Terminus ~~Dialec~~
non est terminus Dialec[illegible]
debet habere predi: et subjectu-
tur Dialecticus

[illegible]

06

PHILOSOPHIA ARISTOTELIS.

EXPLICATA

PER

P. ADAMVM QVIRINVM KRASNODĘBSKI.

SOCIETATIS IESV.

VARSAVIÆ,

Typis Elertianis 1678.

FACULTAS.

EGo Ioannes Blaſzkowski Præpoſitus Prouincialis Societatis IESV per Prouinciam Lituaniæ, poteſtate mihi ad id facta ab Admodum Reuerendo Patre Noſtro Ioanne Paulo Oliua Præpoſito Generali, concedo, vt Philoſophia Ariſtotelis explicata per P. Adamum Quirinum Kraſnodębski Societatis noſtræ, & à Theologis eiuſdem Societatis reuiſa & approbata, Typis mandetur. Varſauiæ Anno Domini 1677. Iunij die 10.

DEO
VNI & TRINO
in venerationem & obsequium
Tres mentis operationes
LOGICA;
DEO-HOMINI
in submissionis testimonium
corporis naturalis principia
PHYSICA;
SALVTI INFIRMORVM
AVGVSTISSIMÆ VIRGINI
MARIÆ
in grati animi vicem
Affectiones corporis naturalis
ab interitu in ortum vindicatas
itidem PHYSICA;
REGINÆ POLONIÆ
ac in hæreditarijs bonis
Illust. Dñi. D. FRANCISCI
BIELINSKI ENSIFERI REGNI
DOMINÆ & PATRONÆ.
BEATISSIMÆ VIRGINI MARIÆ.
in fidem mancipati obsequij
animam omneq́; ens
METAPHYSICA.
D. D. C.

*F*Requentatis hominum consuetudine por-
teis, compitis & vicis, securam vitam
committebat cerua Imperatoris Antonij, quòd
iniecta in collum torques eam muniret hac
epigraphe: Cæsaris sum noli me tangere.
Sui conscia timensq́; & hæc philosphica elu-
cubratio, in publicum proditura, par securi-
tatis munimentum vt haberet, summè desi-
derabat. Quod quidem beneficij ab eorum
debuit impetrare humanitate, qui dum pro-
no humanæ consuetudinis officio, omnibus vi-
tam suam commendant, ad parem officij si-
gnificationem alios exemplo inuitant.

Hinc Illustrissimos, Perillustres, Illu-
stres, Reuerendissimos. Admodum Reue-
rendos, Venerabilis Capituli Ecclesiæ Col-
legiatæ Pultouiensis Prælatos Canonicos,
cæterosq́; Illustres Ad. Reu. Mag. DD.
scilicet STANISLAVM CAŁAWANSKI Episc.
Lacæd. Suffrag: Archid. Offic. Ploc. *ac*
Præp. Pultou. *qui & sermonis affabilitate,
& morum comitate vel Zelorum in ingenia
affine certamen sit insignis prouocare, prima*
Philosophiæ ianua, *inuitabat Antistitem, vt
sua eā torques muniret, & ornaret* PETRVM
de Pilca KORYĆINSKI Miechouiensem *ac*

Gene-

Generalem Præpositum Ordinis Custodũ SS. Sepulchri Christi Dñi Hierosolymitani Archid. Pult. in Cathedrali Plocen. &c. *cui & ingenita præcelsi animi magnanimitas, & Illustrissimorũ Comitũ in Panigrodz, Łuknia, Sieciechy, Xiaznic, Teczyn, Pilca, Iabłona, Morawiee, Balice &c, imò & Serenissimi dixerim Toporei vnius è duodecim Palatinis post Vandam ad clauum Reipublicæ sedentibus meritis clarissima* ascia, *aditũ viamque ad summa quæque aperuit;* Isagoge ac Prolegomenon Logicæ Physicæq; *venerabatur Antesignanum, vt eius authoritate magnanima publicum auderet petere.* ALEXADRVM de Niedzielsko MADALINSKI Canon: Gnesnen: Dec. Pustou: P: Nouogr: *cui ad auiti sanguinis insignia Illustrissimis vomeribus vti ad posterorum memoriam parandam, ita ad animos ad similia facta excitandos nata decora, ratio vitæ ex legibus honestatis instituta, non postremum laudis accessit;* prolegomenon in Metaphysicam *volebat Autorem, vt iure multorum sibi gauder eliceret.* SIMONEM GAWŁOWICKI Canon: Pult: *recti iustique zelotem firmissimum, ac sanctimoniâ com-*

mendatissimum, Liber Cate[gorie]rum im-*petrabat Patronum beneuolentissimum*, *ut sibi securitatem ipsius integritas commendaret*. ADAMVM a Krasne KRASINSKI Canon: Ploc: Pultou: *longa Ceruinorum serie nobilissimum*, & *ex sua magnanimitate commendatissimum*, *iucundum in honesto, utile in amore cummuni quærentem*, *ac in publicis totius Regni iudicijs Tribunalitijs Deputatum Assessorem*, Liber peri hermenias *ambiebat Fautorem*; *ut unicuique suo quidem seruato iure, Zoilorum tamen promptas linguas impune euaderet*. PAVLVM KANGOWSKI Canon: Pultou: P. Prasnisen: Sierocen: *quem afflicta valetudo*, & *facilis ad omnia recte formanda iudicia mens*, *à vulgari obstrepentium linguarum usu remouit*; tertia operatio *Promotorem deposcebat*, *ut non obscuraretur*. IOANNEM SAMPŁAWSKI Canon: Plocen: Pultou: P. Branic, *qui vultu ad suauem amænitatem composito*, (*humanitatis scilicet indicio*,) *ad gradus reciprocos vel inuitum potest pellicere*; Corporis naturalis, entisque supernaturalis principium *Intermediatorem desiderabat*, *ut illud Tua ad moderationis leges*

com-

[illegible]*itas*, *faceret non displicere*. STA[illegible]OŁAKOWSKI Canon: Pult: P. Długosiodien: V. I. D. *qui generosa magnanimitate, ac solerti ingenij docilitate, cultusq; diuini zelo, ac sacrorum vtensilium nitore, magnum populi meruit plausum, Tutorem liberalissimum*, causæ proprietatesque corporis naturalis *postulabant, vt eius magnanimitate in tutum promouerentur*. FRANCISCVM PEŁKACKI Canon: Pultou: P. Zambrouien: *qui ad veteris æui recta exempla, animi morumque composuit candorem*, Metaphysica *Mecænatem amabat amplissimum, vt eam sua moderatio conseruaret*. CHRISTOPHORVM WODZINSKI Posnan: Ploc: Pultou: Canon: *multis Diœcesibus nec peregrinum nec ignotum, suis Principibus fidelem Administrum, sui iudicij sensa liberali animo pandentem*, Mundus, Cælum, Meteora *Diribitorem æquum vrgebant, vt omni crimine ficto absoluerentur*. DOMINICVM ZAKRZEWSKI Canon: Pultou: P. Zakroczymen: *sororium eius* Thomæ Vieyski, *qui sacro Episcopali Magistratu posito*, Illustrissimum nomen, *in minimam* IESV Societatem *intulit, celsiorem*,

rem, (non fallente Supremi Numinis effato) reperturus, quo humiliorem quæsiuit statum; hunc inquam ad magna eruditum & promptum, ortus, *incrementa daturum intendebat, vt eius studio non euanesceret.* ANDREAM PRAŹMOWSKI Can: Pul. *in cuius Illustrissima indole magna spirantem, spes non vanum omen intendit firmare,* Interitus *qui sicut Pelicanus memor semper æuiternæ maneret posteritati Tutorem gratiosissimum cogitabat, vt suo fauore perpetuum interitum nesciret.* CONSTANTINVM ZIELINSKI Præpositum Cathedralem Vladislauien: Crac: Ploc: Pultou: Canon: *Illustrissimis ortum Parentibus; Magno Constantino in hoc similem, quòd DEO magis, quam sibi viuere præferat, honoribus digniorem, quàm qui ei parari possint; hunc inquam, vtpote intimius diuina humanaque penetrantem* Ethicæ institutiones, *Distinctiones, Præcisiones, Connotationes, vniones, vti pronissimum sperabant, ita certissimum gestiunt salutare votorum suorum Executorem, vt dum mala præcidunt, ab optimorum fauoribus non rescindantur.* M. G. D. FRANCISCVM KVNOWSKI Pincernam Czerni-

ni-

[illegible] , qui agendi dexteritate, [illegible] statui deferendis muneribus, ciuili agendi ratione, prompto in humanitatis officia, animo ac facili in honestæ liberalitatis leges pectore valet, vniuersa Animastica Opitulatorem beneficentissimum vrgebat, vt ei sua industria prodesset. Denique Illustres A. R. Dominos MATTHIAM SKVTMIKIEWIC Custodem Vicariorum Eccl: Colleg: Pult: ac Præp: S. Spiritus. ALBERTVM WINNICKI Cantorem, V. Decanum Eccl: Colleg. Pultou: Præpositum Vinnicen: GREGORIVM KŁOŚINSKI Scholast: Eccl: Colleg: Pultou: Præpositum S. Crucis extra mænia, cæterosque eiusdem Colleg: Eccl: Pult: quouis modo Beneficiarios, Additamenta Logica, ac vniuersæ Philosophiæ ambiebant fauentissimos Cooperatores, vt concepta pro se studia, vicibus nunquam intermorituris continuent.

Denique vniuersæ lucubrationis philosophicæ compendium eos, in quorum solo, & quorum beneficio, fauore, præsidio, auxlio, patrocinio, crescunt, educantur, & nutriuntur, Pultouienses Musæ; eos, qui nisi

nisi seipsos oderint, sapientiam non possunt non amare; eos, qui honestum conatum non tantum non reijciunt, sed immò inuitant & alliciunt & fouent humanitate; Illustrissimos *inquam ac* Reuerendissimos, Perillustres *ac* Adm: Reuerendos Dominos, D. Antistites, Prælatos, Canonicos, *totius Venerabilis Capituli Pultouiensis, ac cæteros iam recitatos*, M. G. D. Dominos, Patronos, Fautores, Protectores *optabat, ut laborem hunc facerent suum, qui eis tot titulis semper debebatur. Magna his nominibus securitas, magnus plurimorum amor, magna vel ex eo admiratio, quòd ingeniorum conatus & promocant studiosissimè, & admittant beneuolentissimè; par ergo & huic lucubrationi munimentum.*

Sed verò supra spem suam assurgit hæc Philosophia in omen securitatis, dum Præfati insignes Patroni, eius securitatem firmant ex alto, nec suo sed Diuino, Verbique incarnati, *ac* Augustissimæ Virginis honori, *eam d cari consecrarique cupientes quasi torquem incingant cum epigraphe* De & Augustissimæ Mariæ sum, no[...]

me

[illegible] tangere. *Firmum ſcilicet credunt, quod ſuperna firmatur autoritate; tutiſsimum id, cui è cælo eſt ſecuritas; ac tum demum benè rebus prouiſum, cum ſuperna virtus excubias agit.* *Habete* Illuſtriſſimi Perilluſtres Reuerendiſſimi, A. R. M. G. Domini *pro tanto ſecuritatis munimento illud in acceptis, vt quot in hoc libello ſunt ſyllabæ, tot ſint bonorum in vos vota; quot inciſa tot clientum affectus; quot apices, tot proſperorum euentuum commoda; quot periodi, tot annorū ambitus,* Ita vouet

Illuſtriſsimarum Perilluſtr: Illuſtr: A. R. MM. DD. VV.

Seruus in Christo

Adamus Kráſnodębſki
Soc: Iesv.

DIALECTICÆ PROLEGOMENON.

(1) COgitatio omnis vocatur philosophicè actus intellectûs, seu operatio intellectûs. Hæc operatio intellectûs triplex est prima, secunda, tertia. *Prima* est simplex apprehensio alicuius rei sine vlla affirmatione aut negatione ab intellectu facta, seu quando nulla est constructio: v g. Homo, Petrus, lapis, Rhetor, Petrus altus, homo albus &c. est simplex apprehensio, quia nullum tuli iudicium, an sit homo albus vel non sit? an sit Rhetor doctus vel non sit doctus. *Secunda* operatio est iudicium, quando affirmatur aut negatur aliquid de aliqua re, v g. homo est rationalis, homo non est bos: in prima propositione affirmatur rationale de homine, in secunda bos negatur de homine. *Tertia* operatio est discursus, seu illatio alicuius sensûs ex præcedenti sensu v, g. Petrus est albus, ergo Petrus non est niger. Hæc intellectualiũ operationum varietas prouenit ex imperfectione intellectûs nostri, non valentis

verâ cognitione totam re[illegible]
gere & exhaurire. Ratio huius est, quia cognitio nostra pendet à sensibus, à quibus ad imaginationem siue phantasiam species sensibiles transmittuntur, inde ad intellectum, qui eas depurat.

(2) *Primæ* operationi respondet terminus, *Secundæ* Propositio, *Tertiæ* Discursus. *Terminus* est vox aliqua sensum nullum efficiens. *Propositio* est enuntiatio seu oratio enuntians aliquid de aliquo, affirmando aut negando, *seu* sunt plures voces sensum aliquem efficientes, *seu* est verbum cum duobus nominatiuis, quorum nominatiuorum vnus est ante verbum; & dicitur subiectum, alter post verbum, & dicitur prædicatum; Ille autem nominatiuus ponendus est post verbum, qui pluribus rebus conuenit, quàm alter nominatiuus, (nisi limitetur per ly quidam &c.) vel qui est adiectiuum, vel qui non est basis orationis. Vnde mala est hæc præpositio (Omne animal est rationale) quia animal pluribus conuenit, quàm rationale. Possunt hi nominatiui esse occulti, v. g. ego lego id est ego sum legens; Petrus

trus legit ; id est legens ; vel loco nominatiui potest poni aliqua pars orationis, v. g. qui altiori dignitate præfulgent sunt honorandi. *Discursus est* ex antecedente illatum consequens per particulã, *Ergo* vel ipsi similem; v. g. Omnis homo est animal, Petrus est homo, ergo Petrus est animal. vnde hic : (omnis homo est rationalis, Petrus est rationalis) non est discursus, quia non est particula *Ergo* connectens has propositiones.

(3) Tripliciter verò consequens infertur ex Antecedente. *Primò* ex vi solius formæ v. g. Omne A est B, sed omne C est A; ergo omne C est B. *Secundò* ex vi solius materiæ, v. g. Petrus est animal, homo est animal, ergo Petrus est homo. *Tertiò* vi materiæ & formæ, seu ex veritate materiæ & bonitate formæ : v. g. Omne rationale est risibile, omnis homo est rationalis, ergo omnis homo est risibilis. Discursus qui tantùm vi solius materiæ, vel tantùm vi solius formæ infert, est discursus materialis, nec concludit infallibiliter, discursus autem qui & vi materiæ & vi formæ infert, est discursus formalis

& legitimus, & folus talis concludit infallibiliter.

(4) Difcurfus quilibet debet habere tres partes, Antecedens, Confequens, & Confequentiam. Antecedens funt Præmiffæ, feu propofitiones duæ ante Conclufionem; duæ, vel formaliter vt in Syllogifmo, vel virtualiter vt in Enthymemate. Confequens eft propofitio, quæ infertur. Confequentia eft legitima difpofitio terminorum & propofitionum, ac connexio materiæ pofitæ in Antecedente & Confequente, exprimiturque per particulam Ergo v. g. Omnis homo eft animal, fed Petrus eft homo, ergo Petrus eft animal. Confequens diftingui poteft, feu propofitio vltima poteft in duplici fenfu accipi, confequentia nunquam diftinguitur, quia vnam tantùm fignificat connexionem fcilicet bonam vel malam. Vnde fi quis impugnaturus Sacræ fcripturæ locum illum [homo quafi flos egreditur] fic poneret fyllogifmum [nullus flos eft rationalis, omnis homo eft rationalis, ergo nullus homo eft flos] deberem fic refpondere. *Diftinguo Maiorem* nullus flos propriè

fumptus

ſumptus eſt rationalis *C. Ma.* metaphoricè ſumptus, *N. Ma* ſimiliter *D. C.*

Diſcurrunt formaliter omnes animæ rationales, beſtiæ autem non niſi materialiter diſcurrunt: id eſt beſtiæ non percipiunt vnum inferri ex alio, ſed tantùm cognoſcunt rem vnam poſt aliam materialiter non formaliter. vide Phil. n. 168.

(5) ASSERTIO I.

DE NATVRA SYLLOGISMI.

§. I. *Explicatur definitio Syllogiſmi & Materia.*

SYllogiſmus eſt Oratio, in qua quibuſdam poſitis, aliud quoddam ab ijs quæ poſita ſunt neceſſariò accidit, eò quòd hæc ſint. *hoc eſt:* quando duæ propoſitiones ita diſponuntur, vt ex illis tertia neceſſariò ſequatur propter connexionem terminorum, tunc eſt Syllogiſmus. Materia remota ſyllogiſmi, ſunt termini, materia proxima ſunt tres propoſitiones, nempe Maior, in qua eſt maius extremũ, Minor, in qua eſt minus extremum, & Concluſio. Termini in omni ſyllogiſmo ſunt tres, nempe Maius extremũ ſeu præ-

dicatum Conclusionis; minus extremu
seu subiectum conclusionis, & mediu
terminus seu argumentum, seu probati
Conclusionis, v. g. Omne sensitiuum e
viuens, omne animal est sensitiuum, erg
omne animal est viuens. Tres hîc termi
sunt, *animal*, *viuens*, *sensitiuum*, anima
est minus extremum, viuens est maius ex
tremum, sensitiuum est medius terminu
seu ratio ob quam animal dicitur esse vi
uens; singuli verò termini bis ponuntu

(6) § II. Explicatur Forma Syllogismi.

Forma Syllogismi est dispositio med
termini, *seu* ordo propositionum in ce
ta figura & modo. Modus est affirma
tio vel negatio, item vniuersalitas vel pa
ticularitas propositionis. Figura est coo
dinatio medij termini cum extremis: &
quia tripliciter potest medius terminus d
sponi, ideo est triplex figura, prima, s
cunda, tertia; in prima figura mediu
terminus ponitur in subiecto maioris, &
prædicato minoris, in secunda in præd
cato maioris & minoris; in tertia in sub

iecto

ecto maioris & minoris. vnde carmen.
Prima prius subicit medium, post prædicat illud,
Altera bis dicit, tertia bis subijcit.

Harum figurarum modi sunt sequentibus versibus expressi:

Barbara Celarent, Darij, Ferio: Baraliptō,
Celantes, Dabitis, Fapesmo, Frisesomorum
Cesare, Camestres, Festino, Baroco. Darapti,
Felapton, Disamis, Datisi, Bocardo, Ferison,

In his versibus nouem obserua. *Primò* ex his modis nouem primos spectare ad primam figuram: sequentes quatuor ad secundam, reliquos sex ad tertiam. & quidem in prima figura directi & omniũ perfectissimi sunt tantùm quatuor primi, quinque, alij indirecti; hoc est, qui mutant subiectum minoris in prædicatum Conclusionis. *seu* maius extremum ponunt in subiecto; minus extremum ponunt in prædicato

Obserua secundò, quod supra tres syllabas est in Baralip, & Frisesom, esse merum complementum carminis.

Obser-

Obſerua tertiò vocales, A, E, I, O, nam.

Aſſerit A, negat E, verùm generaliter ambæ:

Aſſerit I, negat O, ſed particulariter ambæ.

Obſerua quartò, conſonantes initiales B, C, D, F, quia ad, quatuor modos directos primæ figuræ, nempe ad Barbara, Celarent, Darij, Ferio omnes reducuntur à ſimili litera incipientes v. g. Quicunq; incipiunt à B, reducuntur ad Barbara, qui à C, ad Celarent &c.

Obſerua quintò conſonantes intermedias M, S, P, C, nam.

S *vult ſimpliciter verti,* P *verò per acci,*

M *vult tranſponi,* C *per impoſsibile duci,*

S ſignificat propoſitionem illam conuertendam ſimpliciter, hoc eſt ſubiectum in prædicatum. P per accidens, id eſt, mutandam quantitatem, ſeu ex vniuerſali faciendam particularem, vel è contra. M ſignificat mutandas eſſe propoſitiones de ſuo loco, videlicet maiorem in minorem, vel è contra. C per contrapoſitionem.

Obſerua ſextò. Seruari regulas generales ſyllogiſmorum, de quibus dicetur hic, à n. 45.

(7) Obſerua ſeptimò. Seruari hîc regulas modorum directorum primæ figuræ has:

Sit Minor affirmans, nec Maior ſit ſpecialis.

Et ſecundæ figuræ has:

Vna negans præeat, nec Maior ſit ſpecialis

Et tertiæ has.

Sit Minor affirmans, Concluſio ſit ſpecialis.

Ratio verò harum regularum eſt, quia procederetur ab extremo non diſtributo ad diſtributum, vel quia medius terminus non diſtribueretur. Ratio vlterior eſt, quia affirmaretur aut negaretur aliquid in Concluſione, quod non affirmabatur aut negabatur in præmiſſis, ac proinde concluſio poneretur ſine connexione cum medio termino, *ſeu* extrema concluſionis eſſent eadem inter ſe, etiamſi eadem non eſſent vni tertio.

(8) Obſerua octauo. Parrticula non poſita ante copulam diſtribuit prædicatū. v. g. Petrus non eſt lapis, id eſt, nec marmor, nec ſmarsgdus &c. Particula *nullus* diſtribuit ſubiectum & prædicatum propoſi-

positionis, *seu* enumeras omnia particularia subiecti & prædicati omnia negat, est enim malignantis naturæ. v. g. huius propositionis [nullus lapis est arbor] sensus est, nec marmor, nec Iaspis, nec onyx, & sic de cæteris, est aut quercus, aut platanus, aut pomus &c. at verò particula *omnis* tantùm subiectum propositionis distribuit. v. g. Omnis homo est animal, non tamen quodlibet; sed rationale. Particula *quidam* & *aliquis* nihil distribuit *sic exemplum*, [omnis bos est animal, nullus homo homo est bos; ergo nullus homo est animal] hic syllogismus malus est, quia hic maius extremum seu prædicatum conclusionis animal, distribuitur in conclusione, quod tamen in præmissis non fuit distributum, quia in Maiori particula *omnis* solùm subiectum distribuit. *Item.* Aliquod viuens est homo, omnis planta est viuens, ergo omnis planta est homo; hic quoque syllogismus malus est, quia mediũ quod est viuens, non distribuitur, siquidem in maiori est particula *Aliquod*, quæ nihil distribuit: in Minori est particula *Omnis*, quæ tantùm subiectum distribuit:

ac

ac proinde extrema conclusionis non sunt [illegible]io. Idem est de exemplis in secunda & tertia figura.

(9) Obserua nono. Galenicam figuram non esse quartam figuram, nam modi Galenicæ figuræ non differunt essentialiter ab Aristotelicis; siquidem non est mutatio essentialis ponere priùs minorem quàm Maiorem. Hinc nec modi indirecti primæ figuræ, faciunt pro se diuersam figuram. Modi Galenicæ figuræ pertinentes ad Aristotelicos sunt hi:

Barmaba, *Calerent*, *Dimari*, *Firemo*, *Bamalipton*,

Calemes, *Dimatis*, *Fesapo*, *Fresisomorum*.

Addunt aliqui modos indirectos tertiæ figuræ hos: *Bamerco*, *Frisemo*, *Papemo*, sed à suis directis sola propositionum trāspositione differunt.

(10) § III. Exemplificantur Syllogismi.

Exempla pro quatuor modis directis primæ figuræ.

BAR Omnis virtus est honesta.

BA

BA Omnis iustitia est virtus.
RA Ergo omnis iustitia est honesta.
CE Nullum vitium est laudabile.
LA Omnis superbia est vitium.
RENT Ergo nulla superbia est laudabilis.

DA Omnis planeta est lucidus.
RI Aliquis Mars est planeta.
I Ergo aliquis Mars est lucidus.
FE Nullus auarus est satiabilis.
RI Quidam homo est auarus,
O Ergo quidam homo non est satiabilis.

Exempla quinque modorum indirectorum primæ figuræ.

BA Omne vitium est fugiendum.
RA Omne mendacium est vitium.
LIP Ergo aliquod fugiendum est mendacium.
CE Nulla virtus est vitium.
LAN Omnis iustitia est virtus.
TES Ergo nullum vitium est iustitia.

DA Omne honestum est laudabile.
BI Quædam ars est honesta.
TIS Ergo quoddam laudabile est ars.

FA

FA Omnis ignis est calidus.
PESM Nulla aqua est ignis.
O Ergo quoddam calidum non est aqua.

FRIS Quidam lapis est leuis.
ES Nullum ferrum est lapis.
OM Ergo quoddam leue non est ferrum.

Exempla Modorum secundæ figuræ.

CES Nullus lapis est animal.
A Omnis homo est animal.
RE Ergo nullus homo est lapis.

CAM Omnis homo est animal.
ES Nulla arbor est animal.
TRES Ergo nulla arbor est homo.

FES Nullus auarus est satiabilis.
TI Quidam homo est satiabilis.
NO Ergo quidam homo non est auarus.

BA Omnis latrans est animal.
RO Quidam canis non est animal.
CO Ergo quidā canis non est latrans.

Exempla Modorum tertiæ figuræ.

DA Omnis lux est clara.

RAP Omnis lux est visibilis.
TI, Ergo aliquo visibile est clarum.
FE Nulla noxa est laudabilis.
LAP Omnis noxa est damnum.
TON Ergo aliquid damnum non est laudabile.

DIS Aliquod mamor est vile.
AM Omne marmor est lapis.
IS Ergo aliquis lapis est vilis.

DA Omne Saccharum est dulce,
TIS Aliquod saccharum est album.
I Ergo aliquod album est dulce.

BO Aliquis Tyrannus non est Rex.
CAR Omnis Tyrannus est improbus.
DO. Ergo aliquid improbum non est Rex.

FE Nullus iustus est damnatus.
RIS, Quidam iustus est homo.
ON. Ergo quidam homo non est damnatus.

Exempla Directorum Modorum Galenicæ figuræ.

BAR Omne mel sapit.
MA Quuidquid sapit nutrit.
RA Ergo omne mel nutrit.

CA

CA Omnis Philosophus est sapiens.
LE Nullus sapieus est stultus.
REM Ergo nullus Philosophus stultus.

DI Quædam diuitiæ sunt malum.
MA Omne malum est detestabile.
RI. Ergo quædam diuitiæ sunt detestabiles,

FI Aliquod vile est plumbum.
RE Nullum plumbum est aurum.
MO. Ergo aliquod vile non est aurum.

Exempla Modorum indirectorum Galenicæ figuræ.

BAM Omnis albedo est color.
A Omnis color est visibilis.
LIP. Ergo quoddam visibile est albedo.

CA Omuis equus est animal,
LEM Nullum animal est lapis.
ES Ergo nullus lapis est equus.

DIM Quidam Cæsar est Tyrannus.
CA Omnis Tyrannus est impius.
TIS Ergo quidam impius est Cæsar.

FES Nulla fraus est virtus.
A Omnis virius est expetenda.
PO. Ergo quoddam expetendum non est fraus.

FRES Nullum venenum est mel.
IS Aliquod mel est dulce.
OM. Ergo aliquod dulce non est venenum.

Exempla Modorum indirectorum Tertiæ figuræ.

BAM Omnis rosa est flos.
OR Quædam rosa non est rubra.
CO Ergo quidam flos non est ruber.
FRIS Quoddam vitium est cōpotatio.
EM Nullum vitium est laudabile.
O. Ergo quædam compotatio non est laudabilis.

PA Omne pomum est fructus.
PEM Nullum pomum est nux.
O. Ergo quidā fructus non est nux.

§ IV.

(10.) Satisfit obiectionibus impugnātibus regulas figurarum positas sub numero 7.

Obijcies 1mo. Veri sunt hi syllogismi [Omne animal est sentiens, nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est sentiens. *Itē.* nullus homo est lapis; nullus equus est homo, ergo nullus est lapis. *Item,* Aliquis

ho-

homo non est iustus; sed omne rationale est homo; ergo aliquod rationale non est iustum. *Item* Aliquod animal currit, sed omnis leo est animal, ergo aliquis leo currit.] Atqui primi duo syllogismi inferunt ex minori negatiua, alij autem ex maiori particulari, ergo falsæ sunt regulæ, primæ figuræ. ℞. *Distin: Ma.* Sunt veri vi materiæ solius, seu in modo inutili. *C. Ma*, vi formæ seu in modo vtili N Ma. Inutilis modus est, qui fallibilis est, seu in quo falsum inferri potest. Sic ex minori negatiua inferres: Omne animal est viuens, nulla arbor est animal, ergo nulla arbor est viuens. Similiter ex maiori particulari falsa conclusio est sic: Aliquod animal non est mugibile, omnis bos est animal, ergo aliquis bos non est mugibilis.

DICES In materia cōtingeuti non potest videre syllogismus ex in solius materiæ, sed vltimus obiectionis præcedentis syllogismus est in materia contingenti, ergo non in solius materiæ concludit. Res. *Dist: Maiorem* contingenti absolutè & ex toto. *C. Ma.* non absolute sed ex parte. *N. ma.* nam licet maior præfati syllogi-

ſmi ſit contingens; non tamen maior quia rationale & homo ſunt identificata & cõuertibilia.

Obijcies 2do. Veri ſunt hi ſyllogiſmi [omne animal eſt viuens; omnis homo eſt viuens, ergo omnis homo eſt animal. *Item*. Aliquod album non eſt dulce, omne mel eſt dulce, ergo aliquod mel eſt albũ] ergo in ſecunda figura poteſt ex affirmatiuis & ex maiori particulari ſequi recta concluſio. ℞. *Diſt. Ant*: veri in modo vtili N. A, inutili C. A. Inutilis eſt modus, ex quo ſequitur falſum ſic: Omne animal eſt viuens, omnis arbor eſt viuens, ergo omnis arbor eſt animal. Ex ſecundo ſic: Aliquis cibus eſt acidus, nullũ mel eſt acidum, ergo aliquod mel non eſt cibus.

Obijcies 3tio. In hoc ſyllogiſmo tertiæ figuræ [Omne rationale eſt homo, ſed nullũ rationale eſt bos, ergo nullus bos eſt homo] ex minori negatiua ſequitur vera concluſio. *Item* in hoc ſyllogiſmo [omnis homo eſt viuens, omnis homo eſt animal, ergo omne animal eſt viuens] rectè ſequitur concluſio vniuerſalis, Ergo falſæ ſunt regulæ tertiæ figuræ. ℞. *Diſt*: *Ant*: ſequitur in modo inutili C. A. vtili N. A.

§ V.

(11) Satisfecit obiectionibus, quibus probantur figuræ syllogismorum esse octo, imo plures.

Obijcies 1mo. Quot sunt modi, quibus medium combinatur cum extremis, tot sunt figuræ: sed sunt modi plures, quàm tres, vel quatuor: ergo sunt pluras figuræ. *Minor probatur.* Combinatio medij cum extremis prima, secunda, & tertia, quarta est talis, qualis dicta est in figura prima, secunda, tertia, & Galenica; *quinta* verò dispositio potest esse, vt maius extremum prædicetur de medio termino, & minus extremum eidem medio termino subijciatur, ita ferè, vt in prima figura Galenica indirecta. *Sexta*, vt maius extremum subijciatur medio termino, & minus extremum de eo prædicetur v. g. omne rationale est viuens, aliquod viuens est homo, ergo aliquis homo est rationalis. *Septima*, vt tam maius, quàm minus extremum prædicentur de medio, ergo dantur plures modi, quibus medium combinetur cum extremis. ℞. *Dist: Maiorem*, Quot sunt modi vtiles· *C. Ma.* inutiles,

N.

N. ma. *Similiter Dist: Min:* Sunt plures modi vtiles *N. mi.* inutiles, *C. mi.* Inutiles sunt, vel quia per illos ex veris potest inferri falsum, vel quia reuocantur ad triū Aristotelicarum figurarum modos.

Obijcies 2do. Dantur aliqui syllogismi regulariter benè concludentes, qui non continentur in vlla ex tribus figuris, ergo dantur plures figuræ. *Ant: probatur.* Hic syllogismus [nullum non viuens est homo, nullus lapis est viuens, ergo nullus lapis est homo] non continetur sub vlla figura, ergo dantur aliqui syllogismi &c. ℞. *Dist: Consequens.* Non continetur vtpotè vitiosus; C. C. vtpotè rectus, N. C. vitiosus est, quia viuens in maiori infinitatur per negationem *non*, non infinitatur autem in minori. Quodsi dicas infinitari sic, vt minoris sit sensus talis [omnis lapis est non viuens] tunc dicam esse affirmatiuam, & contineri sub prima figura.

Obijcies 3tio. Hic syllogismus hypotheticus [si nullus homo esset sensitiuus, nullus homo esset animal, sed omnis homo est animal, ergo omnis homo est sen-

siti

sitiuus] non continetur sub vlla figura Aristotelica, ergo dantur plures figuræ. *Ant: probatur.* In Aristotelicis figuris ex Præmissis negatiuis, non potest sequi Conclusio affirmatiua (debet enim Conclusio sequi debiliorem partem) atqui hic sequitur affirmatiua, ergo ad nullam Aristotelicam reducitur. ℞. *N. Min.* Cùm enim hypohteticæ propositiones vim suam sumant ab æquiualentibus Cathegoricis, sequitur vt licet quoad voces hypothesis videatur esse negatiua, sit tamen in re affirmatiua. Sic in illo syllogismo hypothetica sumit suam vim ab hac cathegorica: Omne animal est sensitiuum, omnis homo est animal, ergo omnis homo est sensitiuus.

§ VI.

(12) Soluuntur obiectiones, quibus Galenica figura probatur esse quarta figura.

Obijcies 1mò. Quæ figura diuersam habet complicationem medij termini cum extremis, quàm habet prima Aristotelica, illa constituit quartam figuram: sed Galenica figura complicationem medij termi-

mini cum extremis habet diuersam à prima Aristotelica, ergo Galenica figura est quarta figura. *Minor probatur*. Quæ figura priùs dicit medium, post subijcit illud, illa complicationem medij habet diuersam à prima Aristotelica, sed Galeni figura priùs dicit mediũ, post subijcit illud, ergo Galeni figura cõplicationẽ medij termini habet diuersã à prima Arist: ℞. *Dist. Ma*. Diuersã notabiliter & essentialiter, *N. M.* non notabiliter sed accidentaliter *C. Ma*, similiter *Dist, Min*. Galenica habet diuersam notabiliter, *nego min*: non notabiliter sed accidentaliter, *C. min*. & *N. C.* Parum enim refert an priùs an posteriùs medium prædicetur.

Obijcies 2do. Quæ figura mediũ prædicat de maiori extremo, & subijcit illud minori extremo, illa figura est essentialiter diuersa ab Aristotelica, sed Galenica figura medium prædicat de maiori extremo, & subijcit illud minori extremo, ergo Galenica figura est essentialiter diuersa ab Aristotelica. ℞. *N. Ma*: Nam malè supponit Galenus, quod maius extremum sit illud, quod in præmissis subijcitur

t: medio maius enim extremum est naturaliter, quod in Conclusione latiùs tet, quàm subiectum.

Obijcies 3tio. Dispositio medij termini hoc syllogismo [omnis Philosophus sapiens, nullus sapiens est stultus, ergo llus Philosophus est stultus] est diuer- à prima figura. ergo figura Galenica est arta figura. R. N. A. nam ibi est tan- n transpositio Præmissorum.

Dices. In hoc syllogismo [nulla sub- ntia est quantitas, omnis quantitas est cidens, ergo aliquod accidens non est stantia] non est transpositio Maioris in norem. ergo hic syllogismus disposi- nem medij termini cum extremis habet ersam à prima Aristotelica, ergo hic ogismus probat quartã figuram. *Ant.* *batur*. Si hic esset transpositio Præ- ssarum, tunc in prima figura daretur nor negatiua: sed non datur: ergo in fato syllogismo non est transpositio ioris in Minorem. ℞. *Dist: Ma.* esset atiua in modo indirecto, nempe Fape- , *C. Ma.* directo, *N. ma. Similiter* t. *min.* non datur negatiua in modo di- o *C. Min.* indirecto, *N. min.* In-

Instabis. Cesare & Camestres distinguuntur sola Præmissarum transpositione, ergo Præmissarum transpositio sufficit ad distinguendam Galenicam figuram ab Aristotelica. ℞. imo C. A. N. C. quia aliud est distingui modos, aliud figuras. ℞. 2do N. A. nam Cesare & Camestres non tam Præmissarum, quàm Conclusionis variatione distinguuntur, qualiter etiam distinguuntur Darij & Dabis.

Vrgebis. In hoc syllogismo [omnis albedo est visibilis, omne visibile est coloratum, ergo aliquod coloratum est albedo] non est transposita maior, ergo hic syllogismus erit diuersæ figuræ ℞. N A. est enim modus indirectæ figuræ Aristotelicæ dictæ Baralip.

Obijcies 4to. Galeni figura non admittitur ideo, quia reducitur ad primam Aristotelicam, sed etiam secunda & tertia Aristotelica reducitur ad eandem, & tamen vt distincta admittitur, ergo & hæc est admittenda. ℞. *Dist.* *Ma.* reducitur & vt indirecta & vt imperfecta ad directum & naturalem modum, qui habet euidentiam, *C. Ma.* reducitur tantùm vt ad perfe-

ctum

ctum ad directum, *n. ma. Similiter etiam Dist: min.*

Obijcies 5to. Aliqui syllogismi Galenici non possunt etiam vt ad perfectum modum reduci ad primam figuram, ergo faciunt distinctam figuram. *Ant. probatur* syllogismo posito in Bamalip. ℞. *Dist: Ant,* non possunt reduci immediatè, C. A. mediatè N. A. Reducuntur enim prius ad indirectos Aristotelicos, postea ad directos.

§ VII.

(13) Satisfit obiectionibus, quibus Galenica figura inutilis esse probatur.

Obijcies 1mo. Qui modus innaturaliter & indirectè concludit, est inutilis, sed modi Galenicæ figuræ innaturaliter & indirecte concludunt, ergo modi Galenicæ figuræ sunt inutiles. ℞. *n. ma.* nam etiam in Aristotelica figura dantur modi indirecti.

Obijcies 2do. In qua figura conclusio non sequitur debiliorem partem, illa non est bona: sed Galenica non sequitur: ergo Galenica non est bona. *Maior probatur.* Quæ figura ex vniuersalibus Præ-

missis infert Conclusionem particularem, in illa Conclusio &c. sed Galenica ex vniuersalibus Præmissis infert conclusioné particularem: ergo in Galenica figura conclusio non sequitur debiliorem parté. ℞. N. 1mam *Maiorem* quia in Baralip & Darapti conclusio non sequitur debilioré partem, & tamen est recta. Intelligendum ergo axioma, non quod omninò debeat præcedere debilis præmissa, quando conclusio est debilis; sed quod non potest sequi conclusio firma, quando vel vnica præmissa est debilis. Quod verò in Bamalip & Baralip & Darapti non sequatur vniuersalis conclusio ex vniuersalibus Præmissis, est ratio hæc, quia procedentur à non distributo ad distributum.

Obijcies 3tio. In Galenica figura extremum quod in Præmissis subijciebatur, in conclusione prædicatur: ergo est inutilis. ℞. N. C. Nam talis etiam est prædicatio in Aristotelicis modis indirectis.

§ VIII.

(14) Satisfit obiectionibus probantibus plures vel pauciores esse modos in prima, secunda & tertia figura. O-

Obijcies contra primam figuram. Datur in prima figura syllogismus directè concludens, & quidem in modo vtili, qui tamen syllogismus nec sit in Barbara, nec in alio aliquo primæ figuræ modo: Ergo dantur plures. *Antecedens probatur.* Qui syllogismus non habet eandem quantitatem, quàm Barbara, Celarent &c. ille syllogismus est in modo distincto à Barbara &c. sed datur in prima figura syllogismus, qui non habet eandem quantitatem, quàm modus Barbara &c. ergo. Minor probatur *Primo* syllogismo expositorio. *Secundo* in syllogismo ex maiori vniuersali & minori singulari. *Tertio* in syllogismo ex maiori & minori vniuersali concludente particulariter. Sic v. g. Omne animal est sentiens, omnis homo est animal, ergo aliquis homo est sentiens. ℞. *Ad primum* expositorius syllogismus est diuersus, & non pertinet ad commune genus syllogismorum, quod ex vniuersali concludit, sed pertinet ad aliud syllogismorum genus, quod ex singulari concludit. de eo num: 36. *Ad secundum:* Propositio singularis reductiuè est eiusdẽ

 quan-

quantitatis, cuius & particularis. *Ad Tertium vide num:* 17. & vt sequitur.

Inuertes. Modus Darij & Ferio includitur in Barbara & Celarent, ergo superfluit. *Antec: probatur* Syllogismus positus sub num. 20. non est in modo distincto à Barbara, quia conclusionē subsumit ex vniuersali: atqui etiā Darij & Ferio subsumit Minorē particularē ex vniuersali, vt patet in aliquo exemplo: ergo. ℞. Saltē in materijs contingētibus non potest subsumi. Nam in hoc syllogismo [omnis currens mouetur: aliquis homo est currens, ergo aliquis homo mouetur] minor non subsumitur ex vniuersali, quia non datur vniuersalis hæc: omnis homo est currens.

Obijcies contra secundam figuram. Dabiles sunt in secunda figura modi Fitesmo & Bormaco. *item* modus Camestrus, modus Festino & Badoco indirectè concludens diuersus à Ferio, sicut in prima figuræ Dabitis est diuersus à Darij: ergo in secunda figura sunt plures modi quam quatuor. ℞. Fitemo & Bormaco tantùm Maiorem transponunt, sicut Galenica in prima figura Camestres non est mo-

dus

dus diuersus à Camestres. *vide num:* 17. Festino & Badaco est modus inutilis, vt patet in hoc syllogismo [nulla rosa est viridis, aliquis flos est viridis, ergo aliqua rosa non est flos. *Item in hoc:* omnis cygnus est albus, aliqua auis non est alba, ergo aliquis cygnus non est albus.] Ratio mali syllogismi est, quia *auis* distribuitur in Conclusione, etsi in Præmissis non distribuebatur.

Inuerteres. Ideo Calerem non est diuersus modus à Celarent, quia solam maiorẽ transponit, atqui etiam Cesare & Camestres tantùm maiorem transponit: ergo. ℞. N. *Min:* tum ex num: *tum quia* in Cesare & Camestres conclusionis subiectum semper est ex secunda propositione, ac proinde non est mera propositionum trãspositio.

Obijcies contra tertiam figuram. In tertia figura dabilis est modus Darapta: ergo plures sunt modi. ℞. D. A. Datur modus vtilis N. A. inutilis C. A. Inutlis esse patet in hoc syllogismo: omnis cygnus est albus, omnis cygnus est auis, ergo omnis auis est alba.

Inuertes. Vitiosè concludit syllogismus iste : [Aliquis Apostolus est damnatus, omnis Apostolus est tum Petrus, tum Andreas &c. ergo tum Petrus, tum Andreas &c. sunt damnati] atqui hic syllogismus est in Disamis : ergo Disamis est modus inutilis : ergo in tertia figura sunt pauciores modi quàm sex. ℞ *N. ma*: quia syllogismus in Maiori recitatus non est in Disamis, siquidem in illo particula *tum* in Maiori accipitur disiunctiuè, in conclusione autem copulatiuè.

§ IX.

(15) Ex dictis colliguntur quædam doctrinæ generales.

Prima. Inutilis syllogisandi modus est in quo ex veris potest falsum inferri, vel qui potest contineri sub aliqua Aristotelica figura.

Secunda. Rationes malorum syllogismorum potissimũ sunt hæ: *Prima.* quādo medius terminus nec semel distribuitur; quia tunc extrema non essent eadem vni tertio, ac proinde etiam non essent eadem inter se. Hoc vitium contingeret, si maior

ior in prima figura, & vtraque Præmissa in tertia figura esset particularis: vel vtraque Præmissa affirmatiua in secunda figura, vel quando indirectè concluderetur in Datisi. *Secunda.* quando proceditur à non distributo ad distributum, quia tunc extrema essent vniuersaliter eadem inter se, cùm tamen in Præmissis tantùm particulariter essent eadem vnitertio. Hoc vitium contingeret in Darapta, vbi subiectum in Conclusione distribuitur, etsi in Minori non distribuitur. *Tertia.* quãdo aliquis terminus non eodẽ modo distribuitur in vna propositione, atque in alia v. g. in Maiori copulatiue per particulam & in Minori autem distributiuè per particulam *nec*, quia tunc non eodem sensu terminus acciperetur in vna propositione ac in alia, vt patet in hoc syllogismo: [omne animal est corpus, nullus lapis est animal, ergo nullus lapis est corpus.] Hic enim syllogismus debuit sic poni: nullũ non animal, id est nec ignis, nec lapis &c. est viuens, sed lapis est non animal, ergo &c. *Quarta.* quando aliter terminus accipitur in vna propositione, quàm in alia, vt habes exẽpla in Sophismatibus à n. 27.

Ter-

Tertia. Maior vel minor in syllogismis non ideò dicitur, quod primo vel secundo loco ponatur, quia iste ordo potest inuerti sine vllo detrimento; nec ideo, quod maius extremum prædicetur de medio termino, minus autem extremum subijciatur medio: *tum quia* hoc tantùm verificatur in prima figura; *tum quia* posset etiam dici maior à medio, quod prædicatur, siquidem medium est præstantiùs in syllogismo, quàm extrema. Illa ergo propositio propriè dicenda est maior, quæ Conclusionis directæ & naturalis, & non conuertibilis habet maius extremum; vt patet in syllogismo in Barbara posito, quia sicut quãtitas ita & maioritas terminorum ac propositionum rectè desumitur ab vniuersalitate. Aliæ autem propositiones dicuntur Maiores ad imitationem præfatæ Maioris.

Quarta Conclusio dicitur propositio illata ex Præmissis. *Consequens* est iudicium de connexione extremorum inter se, *seu* ipsa extremorum inter se connexio: *Consequentia* est iudicium de ratione, cur extrema sint inter se connexa, *seu* ipsum *ideo*;

seu

seu ratio connexionis. Priùs iudicium dicitur consequentis, alterum consequentiæ. Consequens dicitur verum vel falsum, consequentia bona vel mala.

Quinta. Aliud est concludere rectè, aliud directè. *Rectè* concluditur, quoties est argumentatio in modo vtili. *Directè* autem concludere, est concludere via naturali, seu iuxta naturalitatem; vt docetur regula sequenti.

Sexta. Directa & naturalis conclusio secundùm se, seu ratione materiæ, seu quoad prædicationem est illa, in qua prædicatur, quod verè inest, vel quod est superiùs & latius patens v. g. homo est risibilis, *item* homo est albus. *Indirecta & innaturalis secundùm se*, est illa, in qua prædicatur, quod deberet esse subiectum: v. g. Risibile est homo; aliquod dulce est mel. *Directa & naturalis conclusio ratione Antecedentis*, seu quoad illationem seu ratione formæ est illa, in qua id prædicatur, quod prædicabatur in Antecedente, & id subijcitur, quod subijcibatur in Antecedente. *Indirecta & innaturalis ratione Antecedentis*, siue contra naturam est contraria

prio-

priori. Directè igitur in syllogismo concludere dicitur, qui infert Conclusionem naturalem ratione formæ. Hæc via inferendi dicitur naturalis ideo, quia & à maiore parte hominum fit, ait Auerroes, & quia per illam homines naturali instinctu ducti procedere solent. Conuertibiles autem dicuntur ad imitationem directè cōcludere vel indirectè.

Septima. In secunda & tertia figura, non dantur modi indirecti, siquidem in secunda figura non habetur Antecedentis prædicatum, quod subijciatur in Conclusione; in tertia non habetur Antecedentis subiectum, quod in conclusione prædicetur. Et quamuis alicubi videatur esse indirectus modus, non est tamen propriè, quia est tantùm Maioris transpositio, dum conuertitur conclusio v. tamen sub n. 8.

Octaua. Figura in ratione discursûs nō differunt inter se essentialiter. Nam discursus est operatio intellectûs, quæ ex vi vnius cognitionis progreditur ad alterá; hoc autem omni figuræ conuenit. Figuræ in ratione figuræ seu in ratione disponēdi medium, differunt inter se essentialiter.

No-

(16.) *Nona*. Diuersitas figurarum petitur ex varia medij termini dispositione: diuersitas autem modorũ petitur ex quantitate & qualitate, non multiplicantur verò modi, si ex Præmissis ijsdem inferatur subalternata, vel æquipolens vnius conclusionis, in ea enim conclusione formaliter illa vtraque continetur. Necessitas porrò multitudinis modorum peti potest. *Primo*, ex simplici necessitate inferendæ conclusionis, nempe quod cõclusio deduci, seu probari non potest, nisi posito syllogismo in illo modo, v.g. Conclusio hæc [omnis homo est sentiens] non potest probari, nisi posito syllogismo in Barbara, & ideo Barbara vt sit modus distinctus ab alijs, est necesse; & licet interdum eadem materia potest duci per duos modos, non sequitur tamen illos esse indistinctos, quando non potest omnis materia æquè per vnum ac alium duci. Sic Barbara & Darij sunt modi distincti, quia etsi hæc propositio [homo est risibilis] æquè per Barbara ac Darij potest probari; non tamen ista: ergo aliquis homo mouetur. *Secundo*, ex necessitate supposita, seu ex facili-

cilitate, *seu* commoditate probandæ propositionis: siquidem enim medius terminus, qui vel de subiecto vel prædicato in Præmissis affirmari aut esse debet; fit vt aliter sit formandus syllogismus tum, cùm medius terminus est ex subiecto, quàm cùm est ex prædicato: quoniam verò non semper æquè seruiat aut occurrat mediū ex vno extremo ac ex altero, necesse est diuersos esse modos gratiâ facilitatis aut commoditatis. Hæc necessitas potest dici ex suppositione: supposito enim, quod ex conclusionis subiecto sumam argumētum, non possum illud ducere per eundē modum, per quem duxissem, si argumentum sumptum fuisset ex prædicato; v. g. sit probanda hæc propositio [ergo quoddam album non est lac] si argumentum sumo ex prædicato, tum in Baroco pono sic syllogismum: omne lac est potabile, aliquod album non est potabile, ergo aliquod album non est lac, Si verò sumam argumentum ex subiecto, tum in Frisesō sic pono argumentum. [Aliquod gipsum est album, nullum lac est gipsum, ergo aliquod album non est lac.] Hinc nota cur

Ce-

Cesare & Camestres differant nimirum quia valent ad diuersas conclusiones probandas. Nam Cesare valet ad probandam conclusionem negatiuam sumpto argumento ex subiecto sic v. g. [nullus equus est rationalis, omnis homo est rationalis, ergo nullus homo est equus] quod argumentum non posset duci per Camestres. Camestres autem valet ad probandam conclusionem negatiuam, sumpto argumento ex conclusionis prædicato sic v. g. [omnis equus est hinnibilis, nullus homo est hinnibilis, ergo nullus homo est equus] habetur hinc ratio, cur Calerent & Celarent non sint modi distincti, quia nimirum & eandem conclusionem, & eodem argumento probant; sola transposita Maiore.

Decima. Soli quatuor modi primæ figuræ sunt præsenti cæteri omnes sunt imperfecti, & ad primos quatuor reducendi.

Vndecima. Medius terminus sequitur de subiecta aut prædicit definitione, caussis &c. seruando regulam num: 2.

(18) ASSERTIO II.

DE SPECIEBUS SYLLOGISMI.

§ I. Boni Syllogismi species explicantur.

Syllogismorum species variæ sunt.

Primo. Ratione propositionum syllogismus est Categorematicus, Modalis, Hypotheticus, &c. *2do* Ratione figuræ est perfectus, imperfectus &c. *3tio.* Ratione extremorum est directus, & indirectus, ex rectis & obliquis de quo mox dicam. *4to.* Ratione medij termini, est illatiuus, Distributiuus, Demonstratiuus, Topicus, Expositorius. *Ratione propositionum* Syllogismus est *Primò Cathegorematicus*, qui habet mediũ terminũ vniuersalem. *Secundò* Modalis, qui habet propositiones modales. *3tio Hypotheticus*, cuius propositiones sunt hypotheticæ. Hic *item* triplex est. *Primò hypotheticus disiunctiuus*, v.g. Nunc vel est mane vel meridies, vel vesper, sed nec est mane, nec meridies, ergo est vesper. *2dò hypotheticus conditionalis* v. g. Si sol est, dies est, sed sol est, ergo dies est, *Tertiò Copulatiuus* v. g. Omnis homo est rationalis, & nulla planta est sensibilis, sed omnis Petrus est homo, & omnis plata-

nus

nus est planta, ergo omnis Petrus est rationalis, & nulla platanus est sensibilis.

(33) *Ratione extremorum* syllogismus est *Primò* directus & indirectus. *Directus est*, qui in conclusionis subiecto habet minus extremum, *seu* minus patens; in prædicato verò eiusdem conclusionis habet maius extremum, seu nominatiuum latiùs patentem. *Indirectus est*, qui subiectum conclusionis ponit in Maiore, prædicatũ verò in Minore. 2*dò*, Syllogismus ex obliquis est, in quo termini aliqui ponuntur in obliquo casu, vbi attendendum diligentissimè, vt eodem modo extrema inferantur in conclusione, quo accipiebantur in Præmissis. Vnde *Primò* quando vnum extremum in Præmissis est in obliquo casu, etiam in conclusione est inferendum in obliquo v. g. omne iumentum est hominis, omnis bos est iumentum, ergo omnis bos est hominis. *Secundò* quãdo vtrũq; extremũ in Præmissis est in obliquo casu, etiã in conclusione debet esse in obliquo v. g. omnis doctrina est à Deo, omnis doctrina est à labore, ergo quod est à labore est à Deo. *Tertiò*. Quando medium est in v-

na propositione in obliquo, tum extremū alterius Propositionis, debet in conclusione inferri in obliquo v. g. Contrariorum est opposita natura, frigidum & calidum sunt cōtraria, ergo frigidi & calidi est opposita natura. *Quartò* Quando medium in vtraque Præmissa ponitur in obliquo, conclusio potest inferri in recto v. g. Omni homini inest sensus, omni homini inest intellectus, ergo alicui, cui inest intellectus, inest sensus.

(34) *Ratione figuræ* syllogismus est perfectus & imperfectus, *Perfectus est* cuius bonitatem quiuis sanæ mentis cognoscit. Tales syllogismi sunt tantùm ij, qui sunt in quatuor modis directis primæ figuræ, & expositorij tertiæ figuræ. Cæteri syllogismi imperfecti sunt, quorum bonitas debet sæpè probari.

(35) *Ratione medij termini*, syllogismus est *Primò* illatiuus, in quo vtraque vel alterutra Præmissa falsa est, & solùm in illa attenditur ad bonam illationem, *Secundo Distributiuus*, qui habet medium conueniens singulis inferioribus v. g. Omne animal est viuens, omnis homo est

ani-

animal, ergo omnis homo est viuens. *Tertiò Demonstratiuus*, qui medium habet necessarium v.g. Omne animal est sentiens, omnis homo est animal, ergo omnis homo est sentiens. *Et Topicus* seu probabilis, qui habet modum probabile, v. g. Qui studet Philosophiæ, intelliget Theologiã, sed Petrus studet Philosophiæ; ergo Petrus intelliget Theologiam.

(36) *Quartò* Expositorij. *Expositorius seu singularis syllogismus est*, qui habet modum singulare, quale est Petrus; hic homo Paulus. vocatur *expositorius*; quia adeò clarus est, vt penè oculis rem videatur exponere. vocatur *singularis*; quia medium habet singulare, si Præmissæ sunt etiam singulares, potest fieri, in omnibus tribus figuris, sed fit conuenientiùs in tertia, vbi medium subijcitur in vtraque Præmissa, singularem autem terminum magis conuenit subijci, quàm prædicari. Exemplum syllogismi expositorij, sic *est in prima figura*. Petrus est Musicus, quidem Philosophus est Petrus, ergo quidem Philosophus est musicus. *In secunda figura*. Hic asinus non est rationalis, Risibi-

le est hoc rationale, ergo risibile non est hic asinus. *In tertia figura*. Bucephalus non est rationalis, Bucephalus est equus, ergo aliquis equus non est rationalis. Si præmissæ non sint singulares, sed vel vniuersales, vel Particulares, tunc non possunt syllogismi expositorij fieri, nisi in prima vel secunda figura; in secunda verò figura potest fieri conclusio affirmatiua; immò & vniuersalis, licet vna ex Præmissis fuerit particularis, pro quo dantur quatuor modi:

DAR Omne rerum principium est Deus.
DA Omnis rerum omniũ finis est Deus.
NA Ergo rerum omniũ finis est principium.

Omne efficiens diẽ est hic sol. (sol.
Omnis planeta quarti cæli hic est
Ergo omnis planeta quarti cæli est efficiens diem.

SCI Quidam Mars est lucidus.
TI Quædam stella est lucida.
GI. Ergo quædam stella est mars.

Quidam Petrus est homo.
Quoddam album est homo.
Ergo quoddam album est Petrus.

FA

FA Qui omnibus imperat est summus.
XI Deus est Summus.
BI. Ergo Deus omnibus imperat.
Omnis planeta est lucidus.
Aliquis mars est lucidus.
Ergo aliquis mars est planeta.
ZI Quædam Virgo est mater.
MA Omnis quæ habet Filium Christum est mater.
RA. Ergo omnis quæ habet Filium Christum est virgo,
Quidam Philosophus est Socrates.
Omnis filius Sophronisci est Socrates.
Ergo omnis filius Sophronisci est Philosophus.

(19.) § II.
Explicantur species syllogismi vitiosi seu Sophismatis.

Sophisma est fallax syllogismus, quamuis verus apparet. Fit tredecem modis, quorum sex sunt in dictione, septem extra dictionem. Ego omnem fallaciam reuoco ad quatuor principia.

Primò. Quando alicui propositioni addi-

dicitur in vna dictione, quod non est positum in altera, sic enim expressè erunt quatuor termini: v.g. Quod est albũ, non est nigrum, Æthiops est albus *secundùm dentes*, ergo Æthiops non est niger. *Item* lineæ ductæ ab vno puncto ad idem punctũ sunt æquales, sed linea *recta & circularis* sunt ab vno pũcto ad idem pũctũ, ergo omnes lineæ sunt æquales. *Item* Homo est maior *formicâ*, & minor *elephanto*, ergo homo est & maior & minor. *Item* Canis *animal* latrat, quædã stella est canis; ergo quædãstella latrat. Hi syllogismi vitiosi sũt, quia aliquæ dictiones, (quas linea subduximus) ponuntur in vna propositine tantùm.

Secundò. Si alicuius dictionis varietur significatio, sic enim erunt occultè quatuor termini. v. g. Quos puer digitos habuisti, etiam nunc habes, sed puer tantillos habuisti, ergo tantillos etiam nunc habes. *Item:* Quas carnes emisti, illas comedisti, sed crudas carnes emisti, ergo crudas carnes comedisti. Hic *quos & quas* semel propriè, deinde verò pro *quales* sumitur. *Item:* Qui arat littus, scindit terram, sed perdens operam, arat littus, ergo perdens

ope-

operam, ſcindit terram. *Item*: Qui colit Parentem eſt laudandus; ſed tumulum Parentis arans, colit Parentem, ergo. *Item*: Omnes *Magiſtri* literarum ſunt homines, libri ſunt Magiſtri literarum, ergo libri ſunt homines. *Item*: *Qui libros voluit* fiet doctus, ſed Bibliopola *libros voluit*, ergo Bibliopola fiet doctus. *Item*: Quidquid *edis*, conſumis, ſed libros *edis*, ergo libros conſumis *Item*: Quod non habet os, eſſe non poteſt, ſed crux in templo non habet os, ergo crux in templo eſſe non poteſt. *Item*: Qui *leporem* inſequitur, venatur feram, ſed qui ornatè loquitur, inſequitur *leporem*, ergo qui ornatè loquitur, venatur feram. In his exemplis ſubductæ lineâ dictiones, aliquæ ſumuntur propriè, aliquæ metaphoricè. *Item verbum* eſt generis neutrius, lego eſt *verbum*, ergo lego eſt generis neutrius. *Item quidquid non amiſisti*, habes, ſed decẽ millia aureorũ *non amiſiſti*, ergo decem milia aureorũ habes. *Item* Si homo eſt, *animal eſt*, ſed *animal eſt* in ſtabulo, ergo homines ſunt in ſtabulo. *Item*: *Album* eſt accidens, homo eſt albus, ergo homo eſt accidens. *Item* qui benè

dor-

dormit non peccat, ſed qui benè bibit, benè dormit, ergo qui benè bibit non peccat. In his exemplis dictiones lineâ ſubductæ ſemel accipiuntur formaliter, altera vice materialiter.

Tertiò. Si variatur, tempus, caſus, aut aliqua alia ſuppoſitio. v.g. Nullum *album* poteſt eſſe nigrũ, ſed hic paries eſt albus, ergo hic paries nõ poteſt eſſe niger. *Item* Quẽ poſſibile eſt ambulare poteſt ambulare, ſed eũ *qui ſedet* poſſibile eſt ambulare, ergo *ſedens* poteſt ambulare. *Item Cæci* vident iuxta Euangeliũ, ſed Petrus eſt *cæcus*, ergo Petrus videt. In his exemplis dictiones linea ſubductæ non ſeruant idem tempus, ſeu ſemel accipiuntur in ſenſu diuiſo, aliâ vice in ſenſu compoſito. Nam primi ſyllogiſmi ſenſus hic eſt: nullum album poteſt eſſe nigrum, tunc, quando eſt album, ſed paries eſt albus, ergo paries nunquam poteſt eſſe niger. Vbi apertè vitium eſt. Secundi ſyllogiſmi vitium eſt ibi, qui ſedere poteſt, poteſt ſurgere & ambulare, ergo qui ſedet ſimul poteſt ambulare. Tertij ſyllogiſmi vitiũ eſt hoc: Qui cæcus fuit videt, ergo Petrus qui cæ-

cus

cus est videt. *Item*: Naruia est iuxta Pultouiam, Łomża est iuxta Naruiam, ergo Łomża est iuxta Pułtouiam. Hic præter casus variatos, variatur etiam pars Naruiæ, alia enim pars est Naruiæ versus Pułtouiam, alia versus Łomzam.

Quartò. Si non seruetur forma syllogismi, aut aliquæ regulæ. v. g. Omnis bos habet os, sed tu habes os, ergo tu es bos. *Item*. Ego sum homo, Tu es homo, ergo Tu es ego. Hic est species secundæ figuræ, sed modus nullus. *Item* omnis ille est animal, qui est homo, sed bos est animal, ergo bos est homo. Hic forma est nulla, quia omnis non distribuit animal, sed homo. Nam si distribueretur animal, tunc esset dicendum sic: Omne illud est animal, quod est homo, & iam esset falsa propositio. Confirmatur hoc, quia ad eundem terminum pertinet *omnis*, ad quem terminum pertinet *ille*. Confirmatur secundò, quia in prædicta propositione quoad vocem videtur esse prædicatum *homo*, sed quoad sensum est animal, cùm sit maius extremum.

Soluitur secundi & tertij generis sophisma.

ſma, explicando dubiam dictionem v. g. ſic: Quas carnes emiſti, illas comediſti, *Diſt: Minorem*, quas ſpecie, C. Ma, quas numero, N. Ma. &c.

Soluitur Primi & quarti generis ſophiſma conceſſa maiore & minore, & negando Conſequentiam: ſed viris honoratis reſponde ſic: Concedo primam & ſecundam partem Antecedentis, & Nego Conſequentiam. Vniuerſaliter autem omnes ſyllogiſmi poſſunt diſtingui.

(38.) *ASSERTIO III.*

De Proprietatibus Syllogismi.

§ I.

Syllogiſmorum imperfectorum reductio per expoſitionem.

Inuenta eſt reductio propter pertinaces, qui conceſſa Maiore & Minore boni ſyllogiſmi, negant conſequẽtiam. Reducere ergo ſyllogiſmum eſt bonitatem ſyllogiſmi imperfecti oſtendere per ſyllogiſmum perfectũ. Primum enim & perfectum in vnoquoque genere eſt regula

ce-

gularibus diſtinctam, ex natura rei. *Contra 1mo* Sequeretur vnam eandemq; naturam eſſe in pluribus indiuiduis : ſed nō eſt vna : Ergo. *Min* Sequeretur quòd vno annihilato homine, omnes annihilarentur, quòd vnus tantùm eſſet homo in orbe, quòd plures non poſſent creari ; eadem natura eſſet in cælo & in inferno, viua & mortua &c. *2do* Natura à parte rei non eſt indiuiſa : Ergo nec vna. *Ant.* Sequeretur quòd plura indiuidua eſſent indiuiſa in ſe, quia Quæ ſunt eadem vni tertio, ſunt idem inter ſe. *3tio* Natura vna formaliter, debet eſſe apta ineſſe multis ſimul, & adæquatè in ſingulis, ſeu tota in omnibus: Atqui natura vna à parte rei, non eſt apta ſic in eſſe : Ergo.
DICES 1mo In definitione naturæ, non ponitur ſingularitas : Ergo ſingularitas non eſt de eſſentia naturæ : Ergo Natura non eſt eſſentialiter ſingularis : Ergo habet diuerſam definitionem : Ergò diuerſam entitatem. ℞. *N. vlt Con.* quia res definitur, prout intellectui obijcitur, obijcitur autem aliquando adæquatè, aliquando inadæquate. Præterea à paruitate

tate vel vitiositate picturæ, mala est argumentatio ad prototypum. DICES 2do Datur à parte rei natura singularis: Ergo & vniuersalis. *Cons. tum quia* Correlatiua sunt simul tempore, naturâ, & cognitione: *tum quia* Contraria debent esse sub eodem genere, vt calor & frigus: Sed vniuersale & singulare sunt Correlatiua, & Contraria: Ergo. ℞ Sunt correlatiua & contraria secundò intentionaliter, non primò intentionaliter. Pro reliquis obiectionibus soluendis *Nota 1mo* ea quæ sub puncto 4to. *Nota 2do* Natura humana & singularitas; animal & rationale sunt idem à parte rei realiter, non tamen essentialiter; quia etiam actio & passio, homo & risibile sunt idem realiter, habent tamen suas essentias seu definitiones diuersas. *3tio* Secundæ intentionis sunt termini hi: Natura, essentia, differentia, singularitas, proprietas: primæ autem intentionis sunt hi: entitas, realitas, hæc res, Petrus. Vnde sæpe negandum est suppositum, quia sæpe termini secundæ intentionis, ponuntur pro terminis primæ intentionis in argumen-

mentando. *4to* Natura à parte rei est communicabilis, per modum plurium, multiplicabilis; vnde etiam est apta inesse multis materialiter seu per similitudinem, seu non repugnat ei habere aliam entitatem sibi similem. *5to* Quando dicitur; animal hominis & bouis, natura Petri & Pauli non differt non distinguitur, est eadem; intellige, quod non sit dissimilis, seu quòd sit eadem vnitate similitudinis, non identitatis. *6to* Petrus & bos totis seipsis sunt sibi similes & dissimiles. *7mo* Similitudo admittit magis & minus; vnde Petrus magis similis est Paulo quàm boui. *8uo* Similitudo omnimoda & dissimilitudo aliqua opponuntur sibi contradictoriè, sicut lux summa, cum aliqua lucis negatione; at verò aliqua similitudo & aliqua dissimilitudo non opponuntur contradictoriè, sicut calor vt 4. cum frigore vt 2. *9no* Similitudo supponit pluralitatem. *10mo* Natura humana à parte rei, vnitatem genericam seu specificam habet materialiter non formaliter. *11mo* Vnitas formalis Naturæ humanæ existens in indiui-

 duis,

duis, diuiditur per differentias numericas entitatiuè & materialiter. 12*mo* In Petro & boue multiplicatur vnitas diuersa, id est dissimilis, non autem diuersa id est similis; at verò in Petro & Paulo non est diuersa seu dissimilis. 13*tio* Natura à parte rei est singularis, præcisa autem nec est singularis, nec non-singularis; sicut etsi vera est alterutra ex his (Paries est albus, Paries non est albus) propter adiectum tamen neutra est vera ex his [Paries est essentialiter albus, Paries non est essentialiter albus. 14*to* Ex communi vsu Petrus & Paulus à parte rei est eiusdem speciei, cum Bucephalo autem diuersæ. Hinc tamen non sequitur, quòd formaliter detur vniuersale à parte rei, sed hoc tantùm quòd fundamentaliter; quia species non est formaliter à parte rei.

VI. Caietanus & multi Scotistæ docent dari à parte rei in singularibus Vniuersale negatiuè. *Quasi dicant*: Natura humana habet vnitatem specificam à parte rei; quia à parte rei natura quæ est in Petro, & natura quæ est in Paulo, sunt quid

quid vnum negatiuè, seu, ex se non dicunt distinctionem, nisi propter differentias indiuiduales, quibuscum sunt coniunctæ, *Contra* Natura negatiuè vna, est natura non singularis, vt dicit Caietanus, Sed ante opus intellectûs non datur natura ex se non singularis, quia est idem cum singularitate: Ergo. *2do* Sequeretur naturam Petri distingui realiter à singularitate, siquidem illis prædicata contradictoria conuenirent sed sequela est falsa iuxta ipsum Caietanum: Ergo. Pro soluendis obiectionibus. *Nota 1mo* Dari à parte rei vnitatem similitudinis, non identitatis. *2do* Natura Physicè & realiter sumpta dicit distinctionem vt Petrus & Paulus *3tio* Petrus & Paulus habent negationem differentiæ essentialis; hæc tamen negatio non est vna, quia non est eadem in vtroque.

VII. Poncius & alij Scotistæ docent ipsam similitudinem & conuenientiam rerum à parte rei, esse vniuersale metaphysicum; logicum autem dicunt debere esse abstractionem. *Contra 1mo* Omnis diuisio opponitur vnitati. Sed omnis si-

militudo est inter diuisa: Ergo similitudo non est vnitas. 2do Secundùm id est aliquid vniuersale formaliter, secundùm quod est æquè repræsentatiuum vnius, ac alterius inferioris: sed natura quæ est in Petro, secundùm id, secundùm quod est similis naturæ, Pauli non est æquè repræsentatiua naturæ quæ est in Petro, ac naturæ quæ in Paulo: Ergo. *Min.* Naturam Petri ræpræsentat in recto, Pauli in obliquo: Ergo. DICES Natura Petri & Pauli præcisis accidentibus & singularitatibus sunt sibi similes, & plurium naturarum ita repræsentatiuæ, ac vna imago plurium personarum: Ergo à parte rei habent vnitatem. ℟. 1mo A præcisione non valet argumentatio ad esse Physicum. ℟. 2. *D. Con.* habent vnitatem similitudinis C. Con. identitatis, N. Con. *Instabis* Ideo hæcceitas Petri & Pauli nō sunt vnum, quia non sunt similes; Ergo si naturæ sunt similes erunt vnum. ℟. 1mo D. A. non sunt vnum fundamentaliter C. A. formaliter N. A. ℟. 2do *D. Con.* vnū vnitate similitudinis, C. Con. identitatis N. Con.

VIII.

VIII. Vniuersale Lugonis est idolum; Thomistarum ens rationis. *Contra tum quia* ens rationis non inest inferioribus; *tum quia* Scientiæ non sunt de idolis, aut entibus rationis. Dices Concipere naturam sine differentijs, est concipere rem aliter quàm est: Sed concipere rem aliter, quàm est, est ens rationis: Ergo. *Atqui* qui facit vniuersale, concipit naturam sine differentijs: Ergo. ℞. *1mo* *D. Ma.* Concipere sine differentijs, præscindendo intrinsecè (id est, negando naturam esse identificatam differentijs) C. Ma. extrinsecè (id est neque negando, neque non negando, sed tantùm solam naturam cognoscendo) N. Ma. ℞. *2do* *D. Ma.* aliter, *id est*, id quod non est à parte rei, N. Ma. *id est*, non adæquatè, seu non secundùm totum suum esse, C. Ma. Sic D. Con.

IX. Nominales docent vniuersale fieri per præcisionē formalē actûs confusi. *Contra 1mo* Illud est vniuersale, quod secundùm se sumptum, totum potest inesse inferioribus: Sed plura simul cognita non possunt secundùm totum suum esse,

ineſſe inferioribus: Ergo. *Min* Huius propoſitionis(Petrus eſt homo)eſſet ſenſus iſte, (Petrus eſt omnis homo,ſeu collectio omnium hominum) *2do* Vniuerſale non debet eſſe actu diuiſum,ſed poſſe diuidi. *3tio* Illud vniuerſale eſſet ratio conueniendi & diſconueniendi. *Pro obiectionibus ſoluendis Nota 1mo* Intellectus dum facit vniuerſale fundamentaliter,ſeu, dum explorat conuenientiam, cognoſcit ſingularia. *2do* Dum in vniuerſali formaliter ſumpto cognoſcit conuenientiam plurium, cognoſcit plura, non vt conſtitutiua vniuerſalis, ſed vt terminatiua. *3tio* Actûs facientis vniuerſale, obiectum immediatum ſunt indiuidua, ſed ſub ratione eſſentiæ, ſeu ſub ratione communi, non autem differentiali, atque ita diuiſio & indiuiſio,circa idem obiectum verſantur. *4to* Compoſitum phyſicum habet & actu & in ſe partes, quia ſit compoſitum per vnionem partium; at verò vniuerſale, non habet in ſe, ſed ſub ſe ac potentiâ partes; quia in ſuo eſſe, non per vnionem partium, ſed per ſeparationem ab illis, conſtituitur. *5to* Ille homo

eſt

est vniuersale, qui Petro inest materialiter & identicè, & qui est à parte rei diuisus.

(26.) X. Vniuersale fit vnũ per actũ intellectûs præscindentem ex parte obiecti extrinsece; *seu* vniuersale formaliter est denominatio extrinseca ab actu intellectûs cognoscente solam pluriũ conuenientiam, & non cognoscente differentias; *Ratio tum quia* sic est indiuisa & depurata natura à differentijs: *tum quia* non est opus concipere negationẽ multiplicitatis. *Pro Obiect. soluendis Nota 1mo* Natura vniuersalis in genere obiecti, absolutè est singularis & vna, seu, natura abstracta habet vnitatem obiectiuam; in genere autem rei est singularis tantùm ex suppositione, seu, natura contracta habet vnitatem numericam, supposito quod existat. *2do* Natura secundùm essentiam nec corrumpitur, nec generatur, secundùm verò existentiam & corrumpitur & generatur. *3tio* Realiter & entitatiuè nihil est in Petro, quod sit in Paulo. *4to* Ratio hominis in suo conceptu formaliter, non dicit identificationem cum Petro,

tro,

tro, Paulo; dicit autem identicè. 5to Rationis vnitas nulli identificatur, sed tantùm obiectiua; *seu*, Cognitio vt Quo, res autem & natura vt Quod identificatur inferioribus. 6to Natura secundùm id quod dicit in recto & actu, prædicatur intrinsecè, secundùm id quod dicit in obliquo, seu secundùm cognitionem, seu secundum id, quod habet in se potentiâ, seu quod habet sub se, non prædicatur intrinsecè. Sic *Animal* quatenus est viuens sentiens, prædicatur de homine, nō verò quatenus sub se habet bouem leonem &c. 7mo Conceptus accipit vnitatē ab obiecto extrinsecè, quia dicitur esse conceptus huius obiecti, & obiectum accipit vnitatem ab actu, quia repræsentatur per modum vnius. 8uo Natura ab actu intellectûs, non dicitur esse actus, quia huius denominationis est incapax, dicitur verò ab actu intellectûs, vna; quia huius effectûs est capax.

(27) §. II. *De Aptitudine Vniuersalis.*

1. Aptitudo generaliter, est capacitas ad

[a]d aliquid agendum vel recipiendũ. Alia [e]st *positiua*, alia *negatiua* seu nõ repugnan[t]ia. Et hæc vel *præternaturalis*, seu præ[t]er inclinationem & exigentiam, vt est in [l]igno ad recipiendam formam v. g. Se[c]uris; vel *naturalis* vt est in creaturis ad [e]xistendum, in igne ad vrendũ. Et hæc [a]ptitudo potest dici positiua.

II. De aptitudine ita est discurrendũ, [si]cut de vnitate; ac proinde aptitudo [v]niuersalis est denominatio extrinseca ab [a]ctu intellectûs cognoscente rationem [c]onueniendi in natura *Ratio* Per quod [t]ollitur repugnantia ad essendum in plu[ri]bus, *seu* quod est multiplicabilitas, & [ca]pacitas sese multiplicandi & dispertien[di] in inferioribus, illud est aptitudo ad [pl]ura: Sed natura communis abstracta, [h]abet non repugnantiam naturalem, non [re]pugnat esse in pluribus, est multiplica[bi]lis in pluribus, non tantùm per simili[tu]dinem, sed & identitatem: Ergo.

Dices *1mo* Cũ Scotistis. Omnẽ actũ [p]ræcedit potentia: Sed independenter [a]b intellectu est natura multiplicata: Er[g]o erat independenter ab intellectu mul-

tiplica-

tiplicabilis. ℟. D. *Mi.* est multiplicata per similitudinem, non per identitatem. *Oppones.* Materia prima etsi sit determinata ad aliquam formam, habet tamen aptitudinem ad plures: Ergo & natura. ℟. *N. Con.* quia materia prima est realiter distincta à formis: Natura autem ita est identificata vni indiuiduo, vt nec per absolutam Dei potentiam sit communicabilis alteri. *Addes* Aptitudo singularis essendi in vno indiuiduo, est vnitas singularis independenter ad intellectu; Ergo etiam aptitudo inessendi pluribus, erit vnitas vniuersalis independenter ab intellectu, ℟. *N. Con.* quia aptitudo singularis est denominatio intrinseca, vniuersalis extrinseca.

Dices 2*do* Cum Caietano & Suarez. Si aptitudo naturæ esset positiua entitas, esset essentiale prædicatum naturæ sed non est: Ergo. ℟. 1*mo* D. *Ma.* Naturæ primò intentionaliter sumptæ, N. Ma. Secundò intentionaliter, C. Ma. ℟. 2*do* Sicut ad esse rationalis, necessariò sequitur risibile, & sicut idem habitus est elicitiuus rectitudinis physicæ, qui & logicæ;

cæterorum eiusdem generis. Perfecti syllogismi solùm sunt hi: Barbara, Celarent, Darij, Ferio, ut dixi num: 34. Triplex reductio est per Expositionem, ostensionem, & per euidentem deductionem ad id, quod est impossibile,

Per expositionem soli tertiæ figuræ syllogismi probantur. Duobus modis fit hæc probatio. *Primò* in Darapti & Falapton, medio communi substituitur medium singulare: v. g. Si concessis Præmissis negaret aliquis consequentiam huius syllogismi. [Nullus homo est Angelus, omnis homo est creatura rationalis, ergo aliqua creatura rationalis non est Angelus] si concessis Præmissis negaret aliquis consequentiam, peterem hoc modo: si maior & minor vera est, ergo etiam earum subalternæ seu particulares veræ sunt: ac proinde sic faciam syllogismum expositorium. Hic homo non est Angelus, hic homo est creatura rationalis, ergo aliqua creatura rationalis non est Angelus *Secundò*. In reliquis modis tertiæ figuræ, qui vniuersales propositiones duas non habent, subsumi quodlibet sin-

gulare non poteſt; ſubſumendum ergo eſt illud ſingulare determinatum, ratione cuius Præmiſſa particularis vera fuit v. g. huius ſyllogiſmi in Diſamis: Quædam Mater eſt virgo, omnis mater habet prolem, ergo quædam habens prolem eſt virgo: ſi conceſſis Præmiſſis negaretur conſequentia, acciperem determinatum ſingulare, ratione cuius vera fuit maior particularis, & ſic ponam ſyllogiſmum expoſitorium: Beata Maria eſt Virgo, Beata Maria habet prolem, ergo quædam habens prolem eſt virgo.

(39.) § II.
Syllogiſmorum imperfectorum reductio per Oſtenſionem.

Reductio oſtenſiua eſt ſyllogiſmi imperfecti in perfectum mutatio, vel per conuerſionem ſubiecti in prædicatum, ſeruata aut non ſeruata quantitate, vel per tranſpoſitionem Præmiſſarum. Reuoca hic ea, quæ dixi à num: 10. *Obſeruando quartò*. Vbi dictum quod litera prima notat, quo quemque reducere poſſis Reuoca & obſeruandum quintum, quod adhuc

ſhuc clariùs explico. S *vult ſimpliciter verti*, id eſt poſt quam vocalem in aliquo modo figurarum eſt S, illius vocalis propoſitio eſt conuertenda ſimpliciter, ſeu ſubiectum illius propoſitionis ponendum eſt in prædicato. P *per accidens*, id eſt poſt quam vocalem eſt litera P, illius vocalis propoſitio non tantùm ſubiectum in prædicatum mutat, ſed etiam quanticatem, *ſeu* ex vniuerſali facit particularem, aut ex particulari vniverſalem. M *vult tranſponi*, id eſt in quo modo eſt M, in illo modo ex maiore debet fieri minor, & è contra, C *per impoſſibile duci*, id eſt in quibus modis eſt in medio C, ille modus non poteſt reduci per oſtenſionē, ſed per impoſſibile tantúm. Tales modi ſunt Baroco & Bocardo, qui etſi à B incipiant, non poſſunt tamen per oſtenſionem reduci ad Barbara, quia illarum particulares negatiuæ non poſſunt conuerti in vniuerſales affirmatiuas.

Fundamentum autem harum reductionū hoc eſt. Quidquid ſequitur ex conſequente bonæ conſequentiæ, ſequitur etiam ex eiuſdem Antecedente, *ſeu* quid-

quid ex consequente rectè illato possum subsumere, *seu* inferre, possum etiam ex Antecedente, sed ex conuertentibus, *seu* perfectis benè sequitur conclusio, ergo etiam benè sequitur ex conuersis. *Seu* sed conuertens est consequens bonæ consequentiæ, & conuersa est eius Antecedens, ergo quæ conclusio sequitur ex conuertente propositione, sequetur etiam ex conuersa. *Maior declaratur*: sit concessum hoc enthymema: Omnis homo est animal, ergo omnis homo est viuens; iam dico quæ particularia possum subsumere in consequente, eadem possum subsumere in Antecedente, *seu* quibuscunque conuenit *homo viuens*, positum in consequente conueniet ijsdem homo animal in antecedente positum. *Exemplum reductionis ostensiuæ sit in Baralip*: Omne honestum est laudabile, omnis virtus est honesta, ergo aliquod laudabile est virtus. Si huius syllogismi imperfecti negaretur consequentia, tum ego vt ad perfectum reducam, considero in modo Baralip *Primò* literam initialem esse B, quæ monet syllogismum reducendum esse ad Barbara. *Se-*

cun-

cundo literam P positam post vocalem cō-clusionis, quæ significat non tantùm subiectum conclusionis transferendum esse in locum prædicati sed etiam quantitatem mutandam, seu ex particulari faciendam propositionem vniuersalem sic v.g in Barbara [omne honestum est laudabile, omnis virtus est honesta, ergo omnis virtus est laudabilis. *Exemplum aliud sit in Fapesmo*: vbi F monet syllogismum reducendum esse ad Ferio. Litera *P* posita post vocalem A. monet propositionis respondetis vocali A, seu maioris non tantùm subiectum ponendum in prædicato, sed etiam qualitatem Maioris mutandam esse, seu ex vniuersali faciendam propositionem particularem, Litera *S* posita post vocalem E, monet propositionis respondentis vocali E, scilicet minoris prædicatum ponendum esse in subiecto. Litera *M* monet minorem ponendam esse primo loco, ita vt Maior locum minoris occupet.

FA Omne lilium est flos.
PESM Nullus hyacinthus est lilium.

O. Ergo aliquis flos non est hyacinthus. reducetur sic ad

FE Nullum lilium est hiacynthus.

RI Aliquis flos est lilium.

O. Ergo aliquis flos non est hyacinthus.

Exemplum tertium sit in Camestres, vbi litera initialis *C* monet syllogismum reducendum ad Celarent. Literæ *S*, positæ post vocales E, monet subiectum minoris & conclusionis cōmutandum esse in prædicatum. Litera *M* monet maiorem ponendam pro minore atque ita:

CAM Omnis iustitia est virtus.

ES Nullum vitium est virtus.

TRES Ergo nullum vitium est iustitia: reducitur sic ad

CE Nulla virtus est vitium.

LA Omnis iustitia est virtus.

REnt Ergo nulla iustitia est vitium.

Exemplum quartum sit in Disamis. vbi litera D monet syllogismū reducendū esse ad Darij. Litera S vtraque posita post I, monet propositionis respondentis vocali I, nempe maioris & conclusionis subiectum mutandum esse in prædicatum: Litera

tera M maiorem ponendam esse loco mi-
noris, atque ita :

DIS Aliquis homo est Petrus.
CAM Omnis homo est animal.
IS Ergo aliquod animal est Petrus ;
reducitur sic ad
DA Omnis homo est animal.
RI Aliquis Petrus est homo.
I. Ergo aliquis Petrus est animal.

Exemplum quintū sit in Frisesom. Vbi li-
tera F, monet syllogismum reducendum
esse ad Ferio. *S* vtrumque monet sub-
iectum Maioris & Minoris ponendum
esse in prædicatis. *M* monet minorem
ponendam esse loco Maioris, atque ita :

FRIS Quædam stella est canis.
ES Nullum viuens est stella.
OM. Ergo aliquis canis non est viuens
reducitur sic ad
FE Nulla stella est viuens.
RI Quidam canis est stella.
O. Ergo quidā canis non est viuens.

(40.) § III.

Syllogismorum imperfectorum reductio per impossibile.

Hic modus reductionis cogit aduersa-

rium vel ad admittenda impossibilia nempe contradictoria aut contraria, aut ad concedendam bonitatem consequentiæ modi imperfecti. Nam si mihi imperfecti syllogismi concessa maiore & minore negetur consequentia, ego *Primò* sumam vnam ex Præmissis concessam. *Secundò* pro alia Præmissa sumam contradictoriũ conclusionis, quod omninò concedi debebit, quia in contradictorijs vna debet esse vera; & facto syllogismo in modo perfecto infertur contradictorium vel cõtrarium alterius Præmissæ concessæ. Disponendæ autem sunt hæ propositiones iuxta regulas sequentes:

(41) *Substituit motæ Maiorem prima Minori,*
Solùm Celantes dat pro Maiore Minorem.
Altera Maiorem retinet, postrema Minorem.

Vel sic:

Maior fit Minor, & fit contradictio maior
Excipe Celantes; in quo conuertitur ordo
Seruat Maiorem, variatq; secunda Minorem.
Tertia Maiorem variat, seruatq; Minorem.

Id est: Quando syllogismus indirectus pri-

primæ figuræ reducitur ad perfectum per impossibile, tunc *Primò* Maior ponitur loco Minoris. *Secundò* contradictoria conclusionis in loco Maioris. *Tertiò* Minor accommodatur ad formam syllogismi in conclusione. Excipe Celantes vbi *Primò* Minor ponitur loco Maioris. *Secundò* contradictoria conclusionis ponitur in Minori. *Tertiò* Maior accommodatur ad formam syllogismi pro Cõclusione. Quãdo verò syllogismus secũdæ figuræ reducendus est, tunc *Primò* Maior relinquitur suo loco. *Secundò* contradictoria conclusionis ponitur in Minori. *Tertiò* Minor accommodatur pro cõclusione iuxta formam syllogismi. In reductione verò modorum tertiæ figuræ. *Primò* Minor eadẽ seruatur: *Secundò* Contradictoria conclusionis ponitur in Maiori. *Tertiò* Maior accommodatur in conclusione pro forma syllogismi. Atque ex his patet, quis modus ad quem sit reducendus. Nã si in prima figura, v. g. pono Maiorem loco Minoris iuxta illud *Substituit motæ &c* & contradictoriam loco Maioris, cõclusio per se sequitur. Vt tamen *scias*, in

quo

quo modo perfecto faciendus, sit syllogisimus deducens ad impossibile; indicabunt vocales A, E, I, O, positæ in dictionibus.

(42) *Nesciebatis, odiebam, lætare Romanis.*

Nam *A* denotat conclusionem in Barbara, in quo conficiendus est syllogismus deducens ad impossibile. *E* denotat cõclusionem modi Celarent, in quo conficiendus est syllogismus deducens ad impossibile. *I* notat syllogismum reducendum ad Darij, *O* ad Ferio. *Obserua verò* quinq; primas syllabas deputari quinque modis indirectis primæ figuræ; alias quatuor in *odiebam* secundæ figuræ, reliquas tertiæ. Atque adeo syllaba *NE* significat syllogismum Baralip, reducendum ad *Celarent*, in quo est conclusio negatiua vniuersalis, *SCI* significat *Celantes* reducendum ad Darij, in quo est cõclusio particularis affirmatiua. In praxi sic procedes. *Primò*, vnam ex præmissis debito loco pone iuxta regulas supra datas. *Secundò* in locum alterius Præmissæ confer contrádictoriã conclusionis. *Tertiò*, Vide quo reducendus est syllogismus, & iuxta exigentiam mo-

modi alicuius, forma conclusionem, quæ erit vel contraria vel contradictoria alterius Præmissæ. *Sit exemplum in*

B A Omne animal est viuens.

RA Omnis homo est animal.

LIP Ergo aliquod viuens est homo.

Reducitur per impossibile ad

C E Nullum viueus est homo.

L A Omne animal est viuens.

R E nt. Ergo nullum est animal homo. Contradict: conclusionis, Maior primi syllogismi contradict: Minoris primi syllogismi.

Hic Primo Maiorem concessam transtuli in locum Minoris iuxta regulam illã: *Substituit motæ &c.* *Secundò.* contradictoria conclusionis, quæ debet agere Præmissam, occupauit locum Maioris. *Tertio* Conclusio minus extremum in subiecto, maius extremum in prædicato ponit, in quantitate sequitur more solito partem debiliorem.

(43) *Sit aliud exemplum in*

C E Nullum mugibile est marmor.

L A N Omnis bos est mugibilis.

T E S. Ergo nullũ marmor est bos. Reducitur per impossibile ad DA

DA Omnis bos est mugibilis.
RI Aliquod marmor est bos.
I. Ergo aliquod marmor est mugibile. Minor primi syllogismi contradict: conclusionis contradict: Maioris.
Hic syllogismus in Darij est in forma; erit ergo Minor & conclusio vera, si præcedentis syllogismi conclusio fuit falsa: contradictoriam enim alterutrum verum esse debet.

Sit tertium exemplum secundæ figuræ in
FES Nullum vitiosum est virtus.
TI Aliqua operatio intellectûs est virtus.
NO. Ergo aliqua operatio intellectûs non est vitiosa. Reducitur per impossibile ad
CE Nullum vitiosum est virtus.
LA Omnis operatio intellectûs est vitiosa.
RENT. Ergo nulla operatio intellectûs est virtus. Maior primi syllogismi contradict: conclusionis contradictoria Minoris primi syllogismi.

(44) *Sit quartũ exemplum tertiæ figuræ in*
DA Omne sensibile est viuens.

TI

T I Aliquod ſenſibile eſt homo:
S I. Ergo aliquis homo eſt viuẽs. Reducitur per impoſſibile ad
F E Nullus homo eſt viuens.
R I Aliquid ſenſibile eſt homo.
O. Ergo aliquod ſenſibile non eſt viuens. Contradict: concluſion: Minor primi ſyllogiſmi contradict: maioris.

Item ſimiliter in

D A Omnis oculus eſt videns.
T I Quidam oculus eſt cæcus.
S I. Ergo quidam cæcus eſt videns. Reducitur per impoſſibile ad
F E Nullus cæcus eſt videns.
R I Quidam oculus eſt cæcus.
O. Ergo quidam oculus non eſt videns. Contradict: concluſionis Minor prioris ſyllogiſmi contradict: Maioris.

Hic Primò retinui ſuo loco, iuxta illam regulam in carmine poſitam *ſeruat poſtrema Minorem*. *Secundò*. contradictoria cõcluſionis, quæ debet agere Præmiſſam, ponenda reſtabat in Maiori, *Tertiò* concluſio minus extremum in ſubiecto, maius

f ex-

extremum in prædicato ponit, in quantitate sequitur more solito partem debiliorem negatiuam

(20) § IV.

Axiomata communia & generalia tam perfectorum quàm imperfectorum modorum.

Axioma primum est *Dici de omni*, id est quidquid conuenit subiecto vniuersaliter sumpto, conuenit omnibus particularibus subiecti, ac proinde quod affirmatur in Maiori propositione de subiecto vniuersaliter sumpto, affirmari debet de omnibus particularibus subiecti, v. g. quia viuens affirmatur de animali, affirmandū etiam est de particularibus animalis, nempe de boue, asino &c. & in hoc principio fundatur Barbara & Darij.

Secundum, *Dici de nullo*, id est, quidquid negatur de subiecto vniuersaliter sūpto, negandum est de omnibus ijs, de quibus subiectum potest affirmari, v. g. quia brutum nego de homine, ideo etiam negabo de eius subsumptis, nempe de Petro, Paulo &c. & in hoc principio fundantur

tur alij duo modi, nempe Celarent & Ferio.

Tertium. *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se*, id est, quando medius terminus *incommunicabilis* (id est non totus in vno extremo atque in altero) conuenit vni extremo, *secundùm eam significationem* secundùm quam conuenit alteri *separatim* sumpto, tunc illa extrema sunt idem secum, *seu* habent secum connexionem. *Vnde Primò* hic syllogismus [Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se, sed DEUS Pater & DEUS Filius sunt eadem vni tertio, (nempe naturæ diuinæ) ergo DEUS Pater & DEUS Filius sunt idem inter se] non concludit: quia medius terminus, qui est natura diuina est communicabilis, *seu* eadem totaliter est natura in DEO Patre, quæ in DEO Filio. *Secundò.* Hic syllogismus [DEUS est Pater, DEUS est Filius, ergo Filius est Pater. *Item*: Animal est bos, animal est homo, ergo homo est bos] malè concludit, quia medius terminus *alia significatione in Maiori, alia in Minori accipitur. Tertiò.* hic discursus [Anima & corpus sunt

dem homini, ergo anima & corpus sunt idem] malè concludit, quia anima & corpus seperatim sumptæ, non sunt idem cum homine, neque enim sola anima, aut solum corpus est homo.

Quartum. Si tertium (id est medius terminus) vel vni extremo repugnet, illa extrema non sunt idem inter se. *v. g. rationale* non repugnat quidem homini, quia tamen repugnat boui, ideo bos & homo non sunt idem inter se.

Ex his axiomatibus natæ sunt regulæ hæ:

Prima. Ex puris particularibus nihil sequitur: *v. g* Quidam homines sunt docti, quidam homines sunt rudes, ergo quidam rudes sunt docti, malè concludit, quia medius terminus *homines* aliâ applicatione *seu* significatione in Maiori, aliâ in Minori accipitur. *Secunda*, ex puris negatiuis nihil infertur; id est, neque affirmatiua, neque negatiua conclusio sequitur ex Præmissa vtraque negatiua *non affirmatiua* quia medium in Præmissis cum subiecto & prædicato non est coniunctum.

non

rio negatiua quia elsēt diuersa inter se quæ elsēt eadē vni tertio *v.g.* nullus bos est homo, nullus asinus est bos, ergo nullus asinus est homo, male sequitur quia extrema sunt diuersa inter se, etiāsi in Præmissis idē significatū distinguūt, *seu* eandē extremi negationē. *Addo.* Quādo cū vno extremo medius terminus non est idē, iam extrema non sunt idem inter se, ergo si cū vtroque extremo medius terminus non est idem, iam extrema duplici ex causa non erunt secum idem, proinde facient vnam affirmatiuam; vel erunt quatuor termini, *vel* potius nulla est consequentia. *Tertia.* Conclusio sequitur debiliorem partem: vt habes n: 18. obiecit 2a & dog: num: 17. id est si vel vna Præmissa sit negatiua, aut particularis, etiam conclusio debet esse negatiua aut particularis. Ratio est *quia*. *Quarta* à non distributo non valet argumentatio ad distributum, vt iam toties dictum. *Quinta* medius terminus bis ponatur in Antecedēte, ideo enim extrema sunt vel non sunt inter se idē, quia separata, cum medio termino erant vel non erant idem. *Sexta* medius terminus

 fal-

saltem semel distribuatur, per particulas de quibus num: 12. quia alias facilè aliam in maiori, aliam in minori habebit significationem. *Septima* medium cum alterutro extremo conueniat, vel cum vtroque. *Octaua* medium non intret conclusionem; aliquando tamen explicari potest extremum medio termino, v.g. Ioannem agnosco, Ioannes est veniens, ergo venientem (nempe Ioannem agnosco; additum est in conclusione *Ioannem*, ne terminus venientem extenderetur. *Nona*. A sensu distributiuo licet argumentari ad collectiuum, *seu* quod prædicatum conuenit particularibus singulariter enumeratis, conuenit iisdem particularibus vniuersim enũciatis, *v. g.* Petrus Apostolus est Martyr, Iacobus Apostolus est Martyr &c. ergo omnes Apostoli (seu potiùs) ergo quilibet ex Apostolis est Martyr. *Item*, potes portare solum pondus A, potes solum B, & solum G, ergo potes quodlibet ex his. *Decima*. A sensu collectiuo valet argumentatio ad sensum distributiuum, vt patet inuertendo præcedentis regulæ argumenta. *Vndecima*. A sensu distributiuo non valet

ar-

argumentatio ad copulatiuum, *seu* quod prædicatum conuenit particularibus singulariter sumptis, non potest conuenire illorum vni prædicato communi, *seu* illis generaliter sumptis. Vnde etsi dico: Petrus est vnus Apostolus, Andreas est vnus Apostolus, &c. ergo omnes duodecim Apostoli sunt vnus Apostolus. *Item*, si dicas: Potes portare solùm pondus A, & solùm pondus B, ergo potes simul vtrumque; mala est vtraque argumentatio, quia ly *vnus* & ly portare in Antecedente cōuenit particularibus singulariter sumptis, in consequenti autem applicatur simul sumptis. *Duodecima*, A toto disiuncto ad vnam partem disiuncti non valet argumentatio. è contra ab vna parte disiuncti licet argumentari ad totum disiunctum. *Exemplum Primi vel* saluatio, *vel* damnatio Petri est Præuisa, ergo præuisa est damnatio. *Exemplum secundi*, Petri saluatio est præuisa, ergo *vel* saluatio, *vel* damnatio Petri est præuisa. *Decimatertia* A sensu diuiso non licet argumentari ad sinsum compositum, & vicissim à composito ad diuisum; *seu* non valet argumenta-

tio

tiò à termino adstricto; ad vnam partem significati, ad terminum acceptum in tota significatione, vel è contra. *Exemplum primi*: Qui est tantillus, non est magnus; sed Petrus logicus est tantillus, ergo Petrus logicus non est magnus. Hic *magnus* in minori accipitur separatim à Petro, in conclusione autem coniunctim. *Exemplum secundi*. Qui est magnus, non est paruus, sed Petrus Logicus est magnus; ergo Petrus Logicus non est paruæ staturæ. Hic *Petrus Logicus* in minori accipitur compositè, vt significet Petrum Logices peritum eximiè; in conclusione autem accipitur diuisè, vt Petrum, qui est Logicus, significet esse paruæ staturæ. vide item num: 30.

(22.) § II.

Consequentia non Consequens probandum; ac de consequentia mirabili.

I. Consequens & non consequantia tunc probatur, quando infertur quidem quod est negatum, sed *imo* non ex connexione concessi antecedentis, *seu* non ante-

antecedens cõceſſum, aſt aliud mediũ, aſſumitur ad probanda neganta. 2*do*, quãdo poſtquam vnum medium in progreſſu defecit aliud intruditur, v. g. ſi quis Logicam probet non eſſe ſcientiam quia eſt Ars; deinde in progreſſu vrgeat Logicã eſſe facultatem.

II. Artificium argumentandi *per conſequentiam mirabilem* in hoc poſitum eſt, (*vti de re ſpeculatiua optimè in Polonia moritus R. P. Tho: Młodzianowski tr:* 1. *de Pœnit. diſp:* 1. *quæ* 1. *difficul.* 1. *n.* 20 *refert*,) vt ex propoſitione quam tuetur reſpondens, ab argumentante eliciatur contradictoria; *ſeu* (vt loquitur Perez) vi cuius colligitur concluſio ex ante oppoſitis in concluſione.

Primus in hoc argumentandi genere modus eſt, vnam contradictoriam ponẽdo pro maiori, alteram pro minori, & in conſequentia colligendo vtramq́ue u. g, datur ens rationis; non datur ens rationis, ergo datur ens rationis *Ads* probatur in modo ſequ:

Secundus modus eſt, aſſumendo medium terminum, eumq́ue vtriq́ue contradi,

dictoriæ applicando, ac demum vtramq; contradictoriam inferendo, v. g. non dantur actus scientiæ ex medijs probabilibus, qui sint certissimi: dantur actus scientiæ ex medijs probabilibus. *Item* datur ens rationis quia impossibile posset prædicari de Antichristo; non datur ens rationis quia impossibile posset prædicari de Antichristo; ergo datur ens rationis, non datur ens rationis.

Tertius modus est per syllogismũ Hypotheticum, in quo conclusio colligit vtrumque extremum, v. g. Si dantur actus scientifici ex medijs probabilibus; voluntas vel imperat actum certum & euidenté, vel non imperat; si non imperat, ergo intellectus non subest imperio voluntatis; si imperat, tunc vel præinformatur de incertitudine vel non præinformatur; si non præinformatur, ergo est aliquid volitum quod non est cognitum; si præinformatur, ergo supponuntur media necessaria, quia non apparet quomodo actus potuit esse certus & euidens.

Quartus modus fit, in maiori colligant contradictorias. v. g. *Logicam esse practicam*

cam contra Scotum *probatur sic*: Quod per te eſt non practicum, hoc per te eſt practicum: ſed Logica per te eſt non practica. Ergo Logica per te eſt practica. *Ma*: Quod eſt conformatiuum operationis intellectualis ad certam regulã ſeu ad rectam rationem; hoc per te eſt practicum: ſed quod per te non eſt practicum, illud eſt conformatiuum &c. Ergo. *Ma*: Si conformatiuum ad certam regulam non eſt practicũ, ſequitur quod conformatiuum & eſſet conformatiuum quamuis non eſſet practicum, & non eſſet conformatiuum ſi non eſſet practicuũ. Ergo. *Item*: *Logicæ obiectum eſſe res probo ſic*: Res per te non ſunt obiectum Logicæ: ergo res per te ſunt obiectum Logicæ. *Cons*: Quod per te non eſt obiectum Logicæ, illud per te eſt obiectum Logicæ: ſed res per te &c. Ergo. *Ma*: Quod eſt terminatiuum, & vt Quod reſpectu Logicæ, illud eſt obiectum Logicæ, ſed res ſunt tales: quia actibus Logicæ immediatè obijciuntur adeoq; actus ſunt vt Quo: Ergo.

Quintus modus huc poteſt pertinere, quã-

quando pro medio termino assumitur ali-
quid quasi disparatum quod in progressu
connectitur *v. g.* Per te datur ens rationis:
ergo per te obiectum Logicæ est ens seu
res. *Cons:* Per quem datur ens rationis
per illum obiectum Logicæ est ens seu res:
atqui &c. Ergo. *Ma:* Per quem Logica
docet directè non de operationibus, sed
de hircoceruo impossibile, esse directè
prædicabile, per illum obiectum Logicæ
sunt res: sed &c. Ergo. *Item*, Per quem
Logica est scientia, per illum vniuersale
non fit per actum comparatiuum: sed per
te Logica est scientia: Ergo. *Ma:* Per
quem vniuersale fit per actum compara-
tiuum, per illum attinguntur singularia vt
singularia: sed per quem Logica est scien-
tia per illum singularia non attinguntur
sub ratione singulari. Ergo.

Circa tres primos modos obserua *imo*
per talem argumentandi modum non pe-
ti principium, quia pro argumento non
accipimus, id quod negat respondēs, sed
id quod ille concedit ac proinde quasi ex
concessis arguitur: Neque enim dico sic:
Logica non est practica; Ergo falsum est
quod

quod Logica sit practica. 2do, hic modus inferendi non multum differt à modo argumentandi per deductionem ad impossibile, quia dicere sic [Logica quia non est per te practica] est idem ac dicere sic [si Logica non esset practica, sequeretur esse & non esse practicam.]

(22) ASSERTIO IV.
DE ENUNCIATIONE.
§ I.
Quid sit Enunciatio, & quæ eius partes.

I. Enunciatio est Oratio seu propositio, quæ vera & falsa est; id est, verbum cum duobus nominatiuis, falsum vel verum dicens: vide num: 1. 2. adeoque duo nomina & verbum sunt tres partes propositionis.

II. De nomine sciendum *primò: Nomen est vox significatiua ex instituto sine tempore* (*id est*, non affirmando aut negando exercitium rei, seu actionem prædicat in subiectum pro aliqua temporis differentia, *cuius nulla pars significat separata, finita, & recta.* Hinc à ratione no-

minis reijcitur 1. vox *Blictri*, quia nihil significat. 2. Sonus campanæ, tubæ, gemitus &c. quia non ex instituto, sed ex natura significant. 3. Dictiones verbi partis, quia significant cum tempore. 4. Resp: Prorex, Proconsul, iusiurandum; quia aliam significationem habent separatæ, aliam coniunctæ. 5. Non leo, non homo, quia sunt dictiones infinitæ. 6. Casus obliqui. *Secundò* sciendum. Nomen potest infinitari. Ratio. quia nomē infinitari est amissâ propria significatione formali, extendi ad alias significationes indifferenter. sic quando dico: *Petrus est non bos*; significare volo quod Petro non conuenit significatio bouis; sed conuenit significatio aut substantiæ, aut hominis.

Dices contra *1mum*, sciendum *primò*. Quòd potest esse subiectum vel prædicatum propositionis, illud est nomen, sed voces reiectæ supra à ratione nominis; possunt esse, Ergo. *2dò.* Dies, vesper, mensis, crastinum, significant certam differētiam: sed hæc sunt nomen Ergo. *3tiò.* Comestio, cogitatio, significant actionem certi temporis; sed hæc sunt nomen: Ergo.

go. *Resp:* 1*mi* D. Ma. est nomen propriè semper N. Ma, aliquando impropriè per participationem à nomine, seu potiùs vicarium nominis C. Ma. 2*di* N. Ma. quia significare tempus, est esse notam quæ de altero dicuntur, seu esse copulam; præfata autem nomina tātùm consignificant tempus. 3*tij* N. Ma. quia hæc connotare dicuntur tempus.

Dices contra 2dum sciendum 1*mo*, Si hæc vox intelligibile posset infinitari, sequerentur contradictoria; quia & esse intelligibilis, quia intelligeretur à nobis, & non esset intelligibilis, quia infinitaretur. Ergo. 2*dò.* Sequeretur hanc propositionem, *Deus est non lapis* esse falsam, significaret enim Deum esse aut pomum, aut aurum &c. Ergo.

Resp: 1*mi* D. A. non esset intelligibilis sumpta formaliter id est eius significatio propria tolleretur C. A. materialiter, seu sumpta pro semetipsa N. A. 2*di*, N. A. quia significaretur Deus esse aut aliquid tale quod à nobis explicari non potest.

(23) III. De Verbo sciendum *primò*, Verbum est duplex, adiectiuum & sub-

ſtantiuum. Subſtantiuum eſt quod ſignificat propoſitionem æternæ veritatis vel ſolùm verbum *ſum* in præſenti tempore: cætera omnia verba ſunt *adiectiua*, etiam verbum *ſum* quando ſignificat exiſto. 2*do* *Verbum* quodlibet *eſt vox ſignificatiua ad placitum cum tempore*, (id eſt ſignificando coniunctionem prædicati cum ſubiecto, pro differentia temporis) *cuius nulla pars ſeorſim ſignificat, finita & recta; atque ſemper eorum, quæ de alio dicuntur, ſignum*. 3*tiò*, In affirmatiuis propoſitionibus, & in non infinitantibus, ſubiectum ſignificat ſubiecti exiſtentiam *vel* actualem, aut contingentem v. g. Petrus eſt albus, *vel* potentialem ſeu eſſentialem v g. Petrus eſt rationalis. 4*tò*, Verbum in propoſitione poteſt infinitari. *Ratio tum quia* Ariſtotelis infinitauit formans hunc ſyllogiſmum; *Stellæ quæ nō ſcintillāt, ſunt propè nos. ſed planetæ non ſcintillant; ergo.*]*tum quia* Amittere propriam ſignificationem & extendi ad alias, eſt infinitari, vti de nomine eſt dictum; atqui verbum ſic poteſt amittere; nam quando dico: *Petrus non currit*; poſſum ſic reſoluere, Petrus eſt non currens;

er-

ergo. 5tò. Verbum in propositione, est non tantùm copula sed & prædicatū formale vt quo. *tum quia* quod dat prædicato rationē vt quod, est ipsum vt quo, *tum quia* verbum copulando subiectum & prædicatum, exercet actionem à subiecto in prædicatum.

Dices cōtra *2dum p.1mo:* Dictio præteriti & futuri temporis est copula, (vt patet in syllogismo aliquo:) ergo est verbum, etsi non sit vox recta. 2dò. Sum non significat cum tempore, quia non indicat primarias temporis differentias non præsentis præteriti & futuri; nulli enim certæ temporis differentiæ colligatur: sed sum est verbum: ergo verbum non significat cum tempore. 3tiò, *Amans* significat certam temporis differentiam n. præsentem: sed & amans non est verbum: ergo. *Resp:* 1*mi*, D. A est copula enunciians veritatem dependentem à præsenti tempore C. A. secus N. A. nam propositionis de præterito veritas, ideo est vera, quia vera est de præsenti v. g. Propositio hæc *Petrus cucurrit* vel *Petrus curret*, ideo est vera quia vera est hæc, *Petrus currit.*

viet 2*di*, D. A. differentias temporis separatim sumptas C. A simul sumptas ac pro omni tempore verificantes propositionem N. A. nam propositio hæc, *Petrus est rationalis*, semper est vera. 3*tij*, N. C. quia non est in forma *vel* D. Ma. significat & est *non seu* copula N. Ma. & non est copula C. Mi.

Dices *contra* 4*tum* p. 1*mo*. Negatio est malignantis naturæ; quidquid post se inuenit, tollit: ergo omnem tollit significationem. 2*dò* Vbi verbum componit, ibi significat; sed in omni propositione componit. ergo. 3*tiò* in Aristotelis syllogismo prædicatum remouetur à subiecto: ergo est propositio negatiua non infinitata, 4*tò*. Hæc propositio, *Stellæ non scintillant*, resoluitur sic; *Stellæ sunt non scintillantes*: ergo negatio cadit super participium. Ergo participium non verbum fuit infinitatum. *Resp*: 1*mò*, D. A. negatio sumpta neganter C. A, infinitanter N. A. 2*di*, D Ma. significat aliquid certum vt in propositione non infinitata; vel incertum vt in propositione infinitata C. Ma. semper certum N. Ma. 3*tij*, D. A. re-

remouetur negantèr N. A infinitantèr C. A. 4ti, N. vltimam C. eò enim ipso est signum infinitati verbi adiectiui (quod bene obserua) quod in resolutione eius cadat negatio in participium.

(24.) § II.

De speciebus & proprietatibus propositionis.

Huc pertinet I. *Quantitas* propositionis. *id est*, esse vniuersalem vel particularem. II. *Qualitas id est*, esse affirmatiuã, vel negatiuam propositionẽ III. *Oppositio* quæ est non pugnantia duarum propositionum, eaq; quadruplex sic v. g

Omnis homo est doctus. *Contrariæ.* Nullus homo est doctus.

Subalternæ. *Contradictoriæ.* *Subalternæ.*

Aliquis homo est doctus. *Subcõtrariæ* Aliquis homo non est doctus.

(25) Vide Logicam num: 55. Contradictoriæ non habent medium, altera vera, altera falsa.

(26)

(26) IV. Æquipollentia Propositio-num; dum duæ propositiones eundem sensum efficiunt, etsi vni additur aliqua particula v. g. *Omnis homo non est doctus*, æquiualet huic; *Nullus homo est doctus.*

(27) V. Conuersio Propositionum, quando subiectum mutatur in prædicatũ & è contra, v. g. Omnis homo est risibilis, non omnis homo est risibilis.

(28.) *ASSERTIO V.*

De Prima Operatione.

§ I.

De Termini natura & diuisione.

I. Terminus est *in quem resoluitur propositio vt in prædicatũ, & de quo id prædicatur*; id est; Terminus est id, quod potest esse prædicatum vel subiectum propositionis. Hinc sequitur *primò*, plures voces quæ agunt vices nominatiui esse terminũ; quia sunt subiectum; attamen 2*dò* propositiones hypotheticæ non sunt termini, quia vna propositio non est subiectum aut præ-

di-

dicatum alterius. 3tiò. Voces, *Omnis*, *nullus*, *quidam*, *aliquis*, dum propositionis Quantitatem aut æqualitatem significant, non sunt termini; quia tunc non sunt subiectum aut prædicatum.

(29) II. Termini variè diuisi sunt: *Primò*. Quoad significationem, alius est *significatiuus* vt homo; alius *non significatiuus* vt blictri. *Item categorematicus*, qui se solo aliquid significat, quales sunt nominatiui casus substantiuorum; alius *syncategorematicus*, qui non nisi coniunctus cum altero significat vt sunt adiectiua; alius *Mixtus*, qui æquiualet categorematico & syncategorematico, vt sēper id est omni tempore. *Item* alius est *primointentionalis*, significans rem prout est à parte rei, vt *homo*, *lapis*; alius *secundo-intentionalis* isque *vel* primæ considerationis qui significat rem & cognitionem, vt homo cognitus, lapis visus: *vel* secundæ cōsiderationis, qui significat rem non quomodocunque sed vt habentem ab intellectu aliquam denominationem vt *homo est species*, *substantia est genus*. 2dò. Quoad modum significandi, alius est *con-*

cre-

cretus , significans compositum ex subiecto & forma vt albus, iustus; alius *abstractus* significans solam formam, vt albedo, albedineitas. *Item* alius *connotatiuus* significans formam quasi adiacentem, seu in obliquo vt omnia adiectiua, v. g. iustus, id est res habens iustitiam: alius *absolutus*, in recto seu per modum per se stantis significans & subiectum & formá; & talia sunt omnia substantiua. *Item* alius *Copulatiuus*, significans collectionem aliquam & simultaneitatem plurium vt Resp: alius *Collectiuus*, qui significat multa; sed non simultaneitatem vt tempus, mundus. *Item* alius *Vniuersalis* pluribus conueniens, vt animal homini & boui; alius *singularis* vni conueniens, & dicitur indiuiduum remque determinatam significans vt Petrus: alius *Particularis*, & confusus significans rem vnam, sed indeterminatam, diciturque indiuiduum vagum, vt aliquis homo. *Item*: *Transcendens* seu *transcendatalis* plerisque est, qui non est abstrahibilis ab inferioribus; mihi (qui in vniuocationibus admittendis propter paritates sum facilior) est prædi-

dicatum realiter reperibile, non in vno tantùm prædicamento vel prædicato, sed in omnibus vel pluribus: adeoque terminus non transcendens est vltima differentia; ac terminus singularis & prædicatum in his tantùm reperibile.

Dices: Ergo etiam *animal* est prædicatum transcendentale respectu viuentium sentiendum. &c. ℞. Non multum disputo.

(30.) § II.

De proprietatibus Terminorum.

Suppositio est acceptio termini in aliquo significato: eaque *vel materialis* dum vox sumitur pro seipsa, v. g. homo est dissyllabon, Petrus est nomen, *vel formalis personalis*, dum vox accipitur pro sua significatione ordinaria, vt homo est animal rationale *simplex*, dum vox est secundæ intentionis, vt Petrus est indiuiduum.

Sensus compositus est, cùm terminus pluribus seruit, vt in hac propositione, *Apostoli sunt duodecim*, *ly duodecim*, non

soli

ſoli Petro, aut Ioanni applicatur, ſed omnibus: *Item* in hac propoſitione, *Petrus eſt magnus Apoſtolus*, & magnitudo & Apoſtolatus applicatur Petro. *Senſus diuiſiuus* eſt, cùm terminus ad pauciora reſtringitur: vt in hac propoſitione; *Inter Apoſtolos eſt proditor, eſt Euangeliſta*; prædicatum reſtringitur: *Item* in hac propoſitione; *Iudas proditor eſt Apoſtolus*, ly *Apoſtolus* applicatur Iudæ non proditori, quia vt proditor non erat Apoſtolus. Aliter hæc prædicatio, vocatur *prædicatio accommoda* vel *accommodate*.

EX ORGANO ARISTOTELIS.

ASSERTIO I.

DE NATVRA LOGICÆ.

(1) §. I. De Denominatione obiecti.

I. OBiectum, est quod obijcitur, seu, circa quod versatur potentia, scientia, ars, &c. Sic obiectum Sartoris, est pannus; color, visûs; quia Sartor circa pannum, visus circa colorem versatur.

II. Denominatio obiecti, est acceptio nominis; ab aliqua forma, vel tanquam forma. Hæc denominatio *alia* est intrinseca, quæ est à forma intrinseca, seu vnita subiecto physicè, vt esse album: *alia* extrinseca, ab aliquo extrinseco proueniens, vt esse dextrum, sinistrum.

III. Quæri solet, an denominationes secundarum intentionum sint à forma intrinseca, an verò ab extrinseca? Pro quo *Nota* 1. Prima intentio est res ipsa, prout est in se, cognita, v. g. homo animal. Secunda intentio est habens per intellectum, eum statum, quem non habet à parte rei;

v. g. homo est cognitus, homo est species. vide item dialect. n. 29. *Nota 2dò* Aliquæ secundæ intentiones dicuntur relatiuæ, vt sunt esse prædicatum & subiectum, Antecedens & Consequens; quia sine se inuicem intelligi non possunt. *Nota 3tio* Quælibet res est ex se cognoscibilis, subijcibilis; vt verò actu cognoscatur vel non cognoscatur, subijciatur vel prædicatur, est indifferẽs, quia ly *homo* potest *vel* subijci, vt in hac propositione *Omnis homo est animal*; *vel* prædicari vt in hac, *Petrus est homo*. *Nota 4to* In esse cogniti, visi, prædicati, subiecti res constituuntur exercitè, *seu* eo ipso quod viderim parietẽ paries est visus; & eo ipso quod ly *homo* posuerim in subiecto, & *animal* in prædicato, iam *homo* est subiectũ (sine vlla reflexione) & *animal* prædicatũ. His prænotatis.

Dicendum est, quod esse cognitum, subiectum, prædicatum sit denominatio extrinseca, non autem intrinseca ab aliqua ficta relatione ab obiecto ad cognitionem, aut à cognitione ad obiectum. *Ratio 1ma* Ad esse, sequitur dici: Sed sine vlla fictione vel entitatula resultante,

paries

paries v. g. est visus; *Item homo* est verè subiectum, Christus à S. Magdalena verè amatus: Ergo. 2*da*: Hæc propositio, *obiectum est definitum à me*, &, *Ego definiui obiectum* sunt idem, & solum vocibus differunt: Sed quòd *ego definiui*, non significat ens rationis aut entitatulam: Ergo nec *definitū est à me*, inuoluet ens rationis.

DICES 1. Vbi est effectus formalis, ibi est causa formalis: Sed esse visum, cognitum, est effectus formalis, intrinsecus obiecto: Ergo visio & cognitio etiam est intrinseca. *Minor probatur* Esse calidum est à forma intrinseca: Ergo & esse cognitum. *Consequentia probatur* Ideo calidum est à forma intrinseca, quia habet rationem passi: sed etiam esse cognitum habet rationem passi: Ergo. ℞ *Distinguo Maiorem* rationem passi propriè, C. Ma. impropriè n. Ma. Sic D. Min. Quia propriè passum non tantùm terminat, sed etiā recipit: v. g. calorem ignis; at verò visum, cognitum, tantùm terminat cognitionem non verò recipit.

DICES 2. Petrus non potest dici calidus à calore existente in Paulo: Ergo etiam

paries non poterit dici cognitus à cognitione existente in intellectu. ℞. N. Conſ. quia calidum, vti & ſimile, ſunt denominationes intrinſecæ.

Dices 3. Calefaciẽtis & calefacti ſunt diuerſæ denominationes à diuerſis formis: Sed etiam cognoſcentis & cogniti ſunt diuerſæ denominationes: Ergo à formis diuerſis. ℞. n. Ma. quia ab eodem calore producto, dicitur ignis calefaciens, & vt à recepto, dicitur manus calefacta.

Dices 4. Hæc prædicatio *Paries est cognitus* eſt de ineſſe: Ergo à forma intrinſeca. ℞. D. Ant. de ineſſe, *id eſt* non modalis, C. A *id eſt* de intrinſecè identificato, N. A. *Oppones*. In omni propoſitione debet eſſe identitas prædicati cum ſubiecto: Ergo ab identificato. ℞. D. A. debet eſſe identitas intrinſeca, n. A. extrinſeca *vel* ordinis, *vel* relationis, *vel* connexionis, C. A.

Dices 5. Medicina dicitur ſana intrinſecè: ſed ſana dicitur per reſpectum ad animal: Ergo denominatio per reſpectũ eſt intrinſeca: Atqui eſſe cognitum &c. eſt denominatio per reſpectum: Ergo in-

trin-

trinſecâ. ℞. N. Ma. dicitur enim ſana per reſpectum ad animal, ac proinde per denominationem extrinſecam.

Dices 6. Cognitum, apprehenſum, dicuntur entia rationis. Ergo ſunt fictum. ℞. D. A. entia rationis Logica C. A. ficta N. A.

Dices 7. Sua entitate homo eſt dexter, eſt ſubiectum &c. ergo per formam intrinſecam. ℞. D, A. eſt dexter, ſubiectũ, paſſiuè & formaliter, ſeu eſt id quod denominatur (de quo hic non quæritur,) C. A. actiuè cauſaliter, ſeu eſt denominãs forma N. A.

(2.) § II. *De Obiecto neceſſario & contingenti, vniuerſali, factibili, agibili, ſcibili, totali &c.*

I. *Neceſſarium eſt* quod non pendet à nobis; eſt in natura, principia & prædicata habet ſua ita eſſentialia vt nec diuinitùs mutari poſſint; adeoque non ſunt ex noſtro placito & inuentione. *Contingens* eſt cuius principia ſunt in nobis & non in naturâ, ſeu quod potuit eſſe aliter quàm defacto ſit. *Sic* hominem eſſe rationalē,

bouem esse mugibilem, syllogismum esse trium terminorum, est necessarium: quia impossibile est esse hominem & non esse rationalem; esse bouem & non esse mugibilem; esse syllogismum & non esse triũ terminorum: At verò vestem esse talarem aut albam; verbum actiuum poni debere cum accusatiuo, est contingẽs, quia poterat vestis esse non talaris nec alba; & verbum actiuum poni cum genitiuo si ita primi Authores voluissent. *Nota verò imò Necessarium* aliud esse *simpliciter & absolutè* necessarium, quod positis quibuscunque conditionibus, in nullo casu aliter potest aut potuit esse; vt homo sine rationalitate, syllogismus rectus sine tribus terminis: aliud *necessarium ex suppositione* seu secundùm quid & incomplexum; quod in se est contingens, poteratq; simpliciter; aliter esse, attamen propter positam aliquam conditionem iam non potest aliter fieri. *Sic* Petrum moueri simpliciter est contingens; supposito tamen quod currat, necessariò moueri debet. *Sic* possum non videre parietem, supposito tamẽ quod in meridie diductis palpebris me ad

pa-

parietem verterim, non possum eam non videre. *Nota 2do*. Quod est contingens respectu alterius, potest esse simpliciter in se necessarium. Sic albedo est parieti cõtingens, in se tamen est necessaria, quia habet sua prædicata essentialia sine quibus etiam diuinitùs esse non potest; vt quod sit color, quod sit disgregatiua visûs, opposita nigredini &c. *Nota 3tio*. Dupliciter est aliquid contingens in se. 1*mo*. tãtùm quoad actum secundum, seu quoad existentiam, & vt aliqui dicunt, quoad indiuiduationem. Et hoc contingens omnibus rebus existentibus etiam essentialia prædicata habentibus conuenit, excepto Deo, quia solus Deus necessariò existit. Sic existere hominem, visionem, intellectionem, syllogismum, est contingens; quamuis non sit contingens hominem esse rationalem, visionem & intellectionem esse repræsentatiuam obiecti, syllogismũ esse trium terminorum &c. 2*do*, & quoad existentiam & quoad essentiam, seu etiam quoad actum primum; quando non tantùm existentia est alicui contingẽs sed & principia intrinseca. Tale contin-

gens

gens eſt veſtem eſſe talarem; adiectiuum concordare cum ſubſtantiuo; quia & forma veſtis, & conſtructio, eſt noſtræ inuẽtionis, & poterat à nobis non produci.

(3) II. Obiectum *vniuerſale* eſt *vna* ratio communis plurium: & quidem vna *vel* vnitate vniuoca, vt in Phyſica corpus reſpectu Cœli, elementi &c. *vel* vnitate analoga, vt iuxta aliquos in metaphyſica eſt ens reſpectu ſubſtantiæ & accidentis, Dei & creaturæ; *vel* vnitate ordinis & ſubordinationis vt in ſcientia Politica eſt, Reſp: *vel* vnitate definitionis aut deſcriptionis per quam obiecta partialia, quæ in ſcientia tractantur, colligentur. *Singulare* obiectum eſt indiuiduum.

III. Obiectum *factibile* eſt opus ab actione diſtinctum, *ſeu* opus quod produci & permanere poteſt; vt veſtis, calceus, menſa, liber, &c. *Agibile* eſt ipſa actio tranſiens, nec vllum opus poſt ſe relinquẽs vt ſaltatio, cytharifatio, cantatio, locutio, ſic Ethicæ obiectum, ſunt humanæ actiones tranſeuntes.

IV. *Scibile* obiectum eſt quod à ſcientia conſideratur debetque *imo* eſſe vniuer-

ſa-

sale, quia *de singularibus non datur scientia* iuxta Arist: 1. Poster: t. 11. & 12. attamen de singularibus sub ratione communi datur scientia vt de sole, luna, eclipsibus, nisi dicas de his esse scientiam non Aristotelicam vt ait Chabronus. *Item* de singulari essentialiter vt de Deo datur scientia quia tale singulare est necessarium. *2do*, necessarium; quia propositiones scientificæ sunt æternæ veritatis. *3tio* reale vnde de ente rationis scientiæ tantùm per accidens tractant: alij tamen hanc conditionem negant. *4to*, si scientia sit speculatiua, sit speculabile, seu consideratur circa illud solùm causæ, passiones, definitiones; si practica sit agibile vel factibile, seu scientia præscribat modum quo sit producibile. vide num: 6. 7.

V. Obiectum totale adæquatum vide n. 12. Attributionis & principale v. n. 15.

(4) § III. *De Obiecto materiali & formali generaliter.*

I. Obiectum materiale est 1. indifferens, indeterminatum, terminatiuum, cómune multis habitibus, potentijs, &c.

Item

Item quod in operis artificati definitione ponitur in recto. v.g. quia scamnum definitur esse lignum habens talem figuram, ideo lignum est obiectū materiale Fabrilis artis, iuxta aliquos referēdos hîc puncto vij. & n. 13.) 2. Obiectum materiale aliud est *remotum* quod non in se, sed in alio attingitur. *Sic* paries est remotum, albedo proximum, quia hæc in se, ille in albedine videtur: aliud *proximum* quod in se attingitur. 3. Obiectū materiale proximum, in scientijs dicitur subiectum considerationis, quia solet per medium terminum probari de illo passio seu prædicatum poni solet in subiecto Conclusionis, & dicitur subiectum de quo, seu circa quod. 4. Obiectum materiale proximū, potest esse compositū ex materia, & forma. *Sic* in Physicis compositum est Corpus; sic in Logica, vt deinceps dicetur, obiectum materiale proximum, est compositum ex ente denominabili tanquam materia, & ex secunda intentione tanquā forma denominante.

II. Obiectum formale aliud est *Quod*, quod est passio aut proprietas obiecti materia-

teria-

terialis, ſoletque poni in prædicato Concluſionis. *Item*, in habitibus practicis obiectum formale Quod, eſt forma ſeu rectitudo, quæ in materiale inducitur, modo explicato. num: 10. Obiect: 3. Aliud *Propter Quod* quod eſt ratio propter quã aſſẽtior cõcluſioni. Aliud *Sub Quo*, quod eſt ratio, quâ obiectũ materiale determinatur ad certam Scientiam, potentiam, &c.

III. Doctrina declaratur *primo Exemplo Pomi*. Pomum eſt obiectum *materiale*, quia poteſt attingi à pluribus potentijs & habitibus; *formale ſub quo* eſt pomi viſibilitas, guſtabilitas, intelligibilitas, naturalitas; quia ſub his formalitatibus circa pomum verſatur potentia viſiua, guſtatiua, intellectiua, ſcientia phyſica: *formale propter quod* eſt motiuum videndi, guſtandi &c. vt quia pulchrũ, ſapidũ, &c. *formale quod* eſt ipſa viſio, guſtatio, conſideratio, quãtitatis de pomo demõſtratio &c. 2*do* exemplo ferri, hîc ſub pũcto V.

IV. Obſerua verò *primo materiale* obiectum *remotum*, *aliquando* eſt facile aſſignabile vt in pomo & ferro, *aliquando* non facile aſſignabile, & fruſtra quæritur:

Nam

Nam cytharistæ obiectum proximum est cytharisatio; saltatoriæ artis est saltatio, prudentiæ est actionum honestas; at verò remotum obiectum nullum est, nisi forte dicas digitos cytharisantis, pedes saltantis, voluntatem prudentis; intellectum in Logica &c. *aliquando* nullum est materiale obiectum, sed solum formale vt in assensu præmissarum primorumque principiorum; vt & in amore quem auarus habet ad pecuniam. 2*dò*, de obiecto *formali sub quo*, v. puncto vj. 3*tiò* materiale *à formali quod*, *aliquando* realiter distinguitur, vt albedo à pariete: *aliquando* tantùm per rationem vt rectitudo saltationis, vestis, &c. ab ipsa saltatione, veste &c. 4*tò*. à *formali propter quod* similiter *aliquando* distinguitur realiter, vt quando fugio malam conuersationem propter salutem animæ meæ: *aliquando* tantùm per rationem; vt quando amo Deum quia bonus est; *item* quando assentior hominem esse sensitiuum quia est animal rationale, definitum enim à definitione non distinguitur realiter. 5*tò*, quod est respectu vnius formale, potest respectu alterius esse ma-

te-

teriale : sic dum sanitas per medicinas quæritur vt vires sufficiant labori ; illo casu sanitas respectu medicinæ est formale at respectu laboris est materiale obiectum.

V. Litigant porrò Authores quibusnã habitibus assignandum est materiale obiectum realiter distinctum à formali quod. *Aliqui* enim ijs habitibus distinctum assignant, qui non tantùm de inducenda forma in subiectum, sed & de aptificando subiecto peculiaria requirunt præcepta; vt sunt opificia. *Aliqui* ijs qui formam intendunt pro aliquo subiecto Physico, *seu* formam non transeuntem sed permanentem. vt est forma vestis, lateris, lintris; non assignant autem ijs qui intendunt formam præscindentem à subiecto certo, seu qui intendunt formam transeuntem. qualis est cytharisatio, saltatio &c. *Aliqui* factiuis non actiuis Et hi clarius. Vnde *dicendum* quòd *in habitibus practicis* materiale est, in quod inducitur forma: & quidem *materiale remotum* est quod multis potentijs vel habitibus objicitur, adeòque est indifferens ad plures habitus vel potentias: *materiale proxi-*

ximum est quod ad vnum determinatur per formale quo; sed est adhuc indifferens ad habendam vel non habendam certam formam; iam verò *formale quod* est ipsa forma seu operis rectitudo connotans regulationem, adeòque hæc forma est finis intrinsecus habitûs. Sic *ferrum* est fabri materia remota, quia circa ferrum potest versari oculus, manus, faber &c. *ferrum* in manu vel in cude fabri est materia proxima fabri, ferri *factibilitas* seu *flexibilitas* in formam mallei, securis, est formale sub quo; *ipsa forma* mallei, securis, est formale quod; vsus intentus, aliaque motiua & regulæ &c. sunt formale propter quod. *In habitibus autem speculatiuis* formale quod, sunt proprietates, de subiecto & obiecto quæ demonstrantur.

VI. Litigant item Autores *de ratione formali sub quo*, an scilicet hæc teneat se ex parte obiecti materialis, an formalis, an verò ex parte potentiæ; ac consequenter vtrum hæc ratio formalis per modum rationis formalis conferat vltimò & essentialiter habitibus speciem & vnitatem. Nos eam esse diximus obiectum forma-

le

le reperibile in materiali, à quo materiale determinatur ad certam potentiam & habitum, & à quo habitus specificatur. vide num: 75. in fine.

VII. Discrepant prætereà adhuc Autores in obiecti materialis & formalis Quod, descriptione. *Primò*, Aliqui dicunt in scientijs illud esse formale, quod consideratur in recto; illud verò materiale quod attingitur in obliquo. Sic dum Logica suum obiectum explicans dicit; *definitio est oratio explicans naturam rei*; *iuxta aliquos* res dicuntur in obliquo, ideòque sunt obiectum materiale; actus verò intellectus dicitur in recto, ideòque est formale: *aut iuxta aliquos*, actus dicitur in obliquo, ideòque est materiale; rectitudo autē actus dicitur in recto, ideòq; est formale. 2dò *Aliqui* dicūt illud esse materiale remotum & terminatiuum, quod indirectè & in obliquo attingitur, vt sunt res in Logica; proximum autem & determinatiuum quod attingitur directè & in recto, sed non sub reduplicatione; vt sunt operationes intellectûs dirigibiles: formale verò illud quod attingitur sub re-

 dú-

duplicatione per particulam *vt quatenus* &c. v. g operationes dirigibiles vt dirigibiles. *Sed contra tum quia* hæc sententia non ostendit formale quod: tum quia reduplicationem non semper cadere supra formam constat ex num: 13. Quare *notanda* est doctrina, num: 4, 10, 13.

(5) § IV. *De Habitibus generaliter.*

I. Habitus est qualitas nata ex frequẽtatis actibus, inclinans & facilitans potentiam ad producendos actus similes ijs, à quibus est ipse productus. Diuiditur variè. Ad præsens autem diuiditur in *virtutem* quæ est dispositio perfecti ad optimum; & *vitium*: Virtus in scientiam & artem sub quâ comprehendi potest Experientia. Scientia in speculatiuam & Practicam.

II Scientificus & non scientificus habitus differt potissimum ratione obiecti: quia scientiæ obiectum debet esse simpliciter necessarium; non scientiæ obiectũ est contingens vt mox patebit. Differt item ex fine, quia factiuus seu non scienti-

tifi-

tificus habitus, per se intendit operis productionem, atque ideò obiectum considerat vt illud producat; scientificus autem non curat productionem, & per accidēs est illi si opus sequatur vide num: sequ.

III. Practicus & speculatiuus habitus differunt potissimum ex fine. Quia *speculatiuus* procedit *more resolutorio*, seu solā veritatem scilicet naturam, species, proprietates, causas obiecti considerat; & hac veri consideratione contentus, sistit in M a: adeòque non ideò considerat obiectum, vt eius productionem intendat, sicut intēdit Ars; nec ideò vt saltem præscribat modum producendi obiecti, quod facit, practica scientia. *Practicus* autem habitus cōsiderationem veritatis non curat, sed aliunde demonstratam supponit; vel si curat, (vt pote si ab alijs scientijs non sit demonstrata) non sistit in illa; sed vltra hanc veritatem quam assequitur in obiecto, procedit *more compositorio*, extēdendo se ex natura sua ad alium finem qui est operatio; non quidem intendendo ipsam operationem, quia hoc pertinet ad

artem; sed intendendo operationis re-ctitudinem proponẽdo obiecti *rectam* fa-ctibilitatem & possibilitatem, *seu* modum & regulas *rectè* operandi præscribendo ei potentiæ quæ vult operari; ac proinde quasi sic dicit: *ego percipio naturam syllogismi; vnde si tu rectè vis syllogisare, accipe ex me modum syllogisandi, n. vt ponas tres terminos, disponas in figura &c.* adeòque *scientia practica non considerat veritatem obiecti, ideò vt in ea sistat, quod facit speculatiua; nec ideò vt operis productionem intendat quod facit Ars; sed ideò vt præscribat modum* rectè *operandi*; atque sic præscribere modum, est practicæ scientiæ finis intrinsecus: si autem deducatur aliquid in opus, est eius finis per accidens & extrinsecus, quamuis scientij possit esse intrinsecus.

(6) § V. *De Conditionibus Obiecti in habitu Experimentali, Artificiali, & Scientifico.*

I. Habitus practicus Experientiæ versatur. 1. Circa obiecta factibilia & agibilia; & quidem vt factibilia & vt agibilia;

bilia; seu ideò circa hæc obiecta versatur, quia intendit eorum productioné. 2. circa merè singularia; quæ enim producũtur, singularia sunt. 3. circa contingentia; rerum enim existentia, quam experientia intendit, est contingens. 4. non habet præcepta generalia, siquidem circa singularia versatur. 5. conclusiones suas non deducit ex veris, seu vt Arist: ait, *scit quod res sit, nescit autem cur res sit*; siquidem huius obiecti causæ solent esse fallibiles.

11. Ars versatur. 1. circa factibilia vt factibilia, ideòque dicitur post se opus relinquere. Latiùs autem sumpta, Ars versatur etiam circa agibilia vt agibilia, nam saltatoria est Ars, quæ circa agibilia versatur. 2. circa singularia, quæ tamen potest considerare etiam in cõmuni: nam architectus considerat non tantùm hanc domum in particulari, sed domum absolutè. 3. circa contingentia. 4. habet præcepta generalia; nam ars est congeries præceptorum dirigentium actiones circa obiecta ad illam artem pertinentium. 5. potest conclusionem deducere ex veris

cau-

causis, siquidem ars est habitus cum recta ratione factiuus. Sic *chirurgica ars* demonstrat vulnus rotundum difficilius curari quam oblongum, quia in oblongo magis à se distant partes, ac proinde difficilius coëunt. Sic *Sutoria* demonstrat corium solidius ponendum inferius, quia soleis incumbit totus corporis grauitas, ac proinde soleæ facilius atteruntur quam pars superior. Sic *Sartoria* demonstrat pannum antequam scindatur, esse contrahendum seu condensandum ideò, quia humefacta, calor contrahit. *Demonstrant* igitur artes veritatem ait Arriaga; non vocantur tamen scientiæ, ob vilitatem materiæ, circa quam versantur. Immò nisi ars demonstraret veritatem non differret ab Experientia. Quanquam alij negant Artis esse, per se & ex suo instituto demonstrare veritatem; differreque ab Experientia propter generalia præcepta, etsi non omninò demonstratiua.

III. *Habitus scientificus* versatur 1. circa vniuersalia, quia *de singularibus non datur scientia* ait Arist. 1. *Post tex:* 11. & 12. siquidem singularia sunt ferè contingentia.

tia, 2. si sit *Speculatiuus*, circa speculabile considerando se solum definitionem, passiones, causas obiecti, si verò *sit practicus*, versatur circa agibile vel factibile præscribendo modũ quo possit produci. 3. Scientiæ obiectum est simpliciter necessariũ, proinde incomplexum: propositiones enim scientificæ sunt æternæ veritatis, ac proinde infallibiles, quales non possunt esse de obiecto contingenti: sufficit verò esse necessarium quo ad essentiam solum, vt dictũ num: 2. 4. habet prædicata generalia & axiomata. 5. demonstrat suas conclusiones ex veris causis. 6. sit obiectum reale. Quanquam alij concedunt etiam de ente rationis veram esse scientiã.

Dices contra primam scientiæ conditionẽ cum Hurtado. Datur scientia de sole, luna, cælis; nam demonstrantur eclipses, concursus certarum stellarum; sed ista omnia sunt singularia: ergo de singularibus datur scientia. ℞. *Primo* Ouiedo. D. Ma: de sole &c. sub ratione communi. C. Ma. indiuiduali N. Ma. ℞. 2*do*. Chabronus datur scientia Aristotelica N. Ma. diuersa ab Aristotelica C. Ma.

Insta-

Instabis. Datur de Deo scientia Theologica & Methaphysica Aristotelica: sed Deus est singulare, nec potest esse vniuersale Ergo. ℞. D. Min. est singulare essentialiter ac proinde necessarium C. Min. secus N. Min.

(7) § VI. *Variè donominationes obiecti scientifici.*

Quoniam circa obiectum scientia tria considerat, n. principia constitutiua obiecti species & proprietates eiusdem, ideò obiectum scientiæ variè explicatur. Nam 1mo dicitur *compositum* quia componitur ex materia & forma, vel ex materiali & formali tanquam ex principijs. 2. *Genus* quia habet sub se species. Sic in Physica, corpus est genus, cœli autem, elementa, &c. sunt species: sic in Logica operatio est genus, iam verò definitio, Argumentatio &c. sunt species. 3tiò. *Materia circa quam* versatur scientia. 4tò. *Subiectum considerationis*, circa quod scientia suos actus exercet, cognoscendo ac demóstrando in eo proprietates, ac eas de eodem prædicando. Porrò circa hanc quar-

tam

tam obiecti appellationem, *aduertendum est 1mum* quod obiectum adæquatum debet prædicari de omnibus suis speciebus, & proprietatibus, quia est genus *aduertendum 2dum*, quod proprietates de obiecto debent prædicari in recto v.g. sic, *cœlum est quantum*; at verò obiectum de speciebus quidem prædicatur in recto v. g. *cœlum est corpus*; sed de principijs & proprietatibus prædicatur in obliquo: nã obiectum adæquatum, etsi sit genus, non est tamen necesse vt semper prædicetur in quid, quia non respectu omnium est vniuocum. Vnde non dices sic, *materia & forma, vel motus & duratio, est corpus materiale; quantitas est cælum*; sed sic: *materia & forma sunt principia corporis naturalis; motus, duratio, quãtitas est proprietas corporis naturalis &c. Aduertendũ 3tiũ* quòd obiectum & subiectum licet pro eodem sumantur, tamen *subiectũ* strictè & Logicè loquendo est incomplexum, *seu* accipitur pro solo subiecto conclusionis, in quo ponitur id quod est proprietatum principium: *obiectum* verò strictè similiter & logicè acceptum, est aut solum prædica-

tum conclusionis, aut potiùs est comple-
xum, seu tota conclusionis propositio
continens & subiectum & subiecti passio-
nem quæ de subiecto prædicatur. Sic
corpus naturale est subiectum Physicæ, at
verò tota hæc propositio, *corpus naturale
est mobile*, est obiectum. Interim vsus re-
cepit vt subiectum, dicatur obiectum.

(8.) § VII. *De cognitione practica.*

Cognitio practica est regula aliquid
agendi præscripta ab habitu practi-
co, seu actus regulans, dirigens & præ-
scribens modum aliquid operandi, vt est
hic actus; definitio constat genere &
differentia. *Aliter cognitio practica fusius
describitur sic.* Cognitio practica est actus
intellectus ex quo prævio proponente, &
per se intrinsecè intendente factibilitatem
in obiecto, mouetur voluntas vt possit
imperare potentiæ executiuæ liberam aut
necessariam obiecti productionem reguli
conformem, *seu* ex officio suo ostendit
quomodo opus debeat fieri.

Dixi imò, est actus intellectûs, ex rece-
pta

cepta sententia. Vnde si opus fiat *vel ex* naturæ determinatione vt sensatio, vegetatio, *vel* ex cognitione sensuali, vt quando bos videns in via obstaculum, diuertit de via non est propriè praxis, quia non regulatur ab intellectu.

Dixi 2do ex quo præuio, quia non cõsentio *Scoto* docẽti cognitionẽ tunc fieri practicam, cùm per voluntatis actum applicatur ad praxim. *Moueor 1mo.* quia causa non tunc primùm nec ideò habet potentiam & virtutem ad efficiendum effectum, quando vel quia à voluntate ordinatur & applicatur ad illum; sed iam ante supponitur talis, ac ideò applicatur quia est ad efficiendũ apta. *Moueor 2do.* quia si non esset opus cognitione præuiâ ad praxim, nulla daretur cognitio purè speculatiua; sequela est contra Scotum Ergo. *Sequela probatur.* Ex omni cognitione potest aliquando sequi opus, n. amor, vel odium, vel species impressa: ergo.

Dixi 3tiò Proponente n. per modum vel imperij vel consilij vel regulæ. Non requiritur verò vt proponatur obiectum in-

 diui-

indiuiduo, sed satis quod in genere co-gnoscatur. Experimur enim nos velle e-licere actum amoris Dei, non in indiuiduo sed in specie tantùm illum præcognoscé-do; Deus enim vel aliqua alia causa me potest determinare ad indiuiduum.

Dixi 4tò. Per se & intrinsecè intendente seu inclinante. *Tum quia* cognitio practi-ca debet esse aliquomodo causa sui obie-cti n. vel per imperium vel per consilium &c. *Tum quia* non deficit esse ex se actus regulatiuus, quamuis potentia executrix aberret à regula, monstrosumque aliquid producat. *Tum quia* si ex cognitione spe-culatiua aliquis arripiat occasionem facié-di operis, illa cognitio speculatiua non ni-si per accidens & extrinsecè & denomina-tiuè ab actu regulato, erit practica. Sic si aliquis cognitâ naturâ auri, inquirat de-inceps modum faciendi auri, illudque fa-ciat; illa cognitio explicans naturam auri non erit per se practica; quia per se non intendebat factibilitatem. Quod si tamen ideò cognoscebatur natura auri, vt dein-ceps perciperetur modus eius faciendi iam illa cognitio naturæ auri fuit practica

Dixi

Dixi 5to. Factibilitatem, siue quoad essentiam vt in artificialibus, siue quoad existentiam tantùm, siue tantùm quoad modum rei faciendæ. *Item siue* quoad actualem existentiam; q. d. ideò considero quia volo productionem; *siue* quoad modum; q. d. non ést quidem meum officium producere huius obiecti existentiá, si quis tamen illam velit producere, hoc & hoc modo debet procedere.

Dixi 6tò intendente factibilitatem. Nam sentio non esse cognitionem practicam illam, quæ circa obiectum factibile quidem versatur, sed non versatur dictando modum factibilitatis, aut præcipiendo factibilitatem. *Moueor primò*. quia practicè circa obiectum versari, est obiecti factibilitatem præcipere & præscribere; siquidem cognitio practica debet esse causa sui obiecti vt dixi proximè. Atqui cognitio quæ versatur circa obiectum operabile, non dictando modum operabilitatis; non præscribit nec præcipit obiecti operabilitatem: Ergo. *Min*. qui dicit terribile, non præcipit timere; Nam Arist. 3. de An. t. 46. inquit: *neque cùm specu-*

latur (sc. anima) *aliquid huiusmodi iam præcipit aut prosequi aut fugere ; quoniam sæpe intelligit terribile, non iubet autem timere* : Ergo. *Moueor 2do* Mathematica circa operabiles triangulos, & Physica circa operabiles proiectorum motus versatur, & tamen non est practica. *Moueor 3tio.* quia hic actus Christi Domini [Petre ter me negabis :] & cuiusdam sancti actus hic, [ob fragilitatem meam grauiter peccarem , nisi specialiter à D. Deo custodirer] est de obiecto operabili , & tamen non est inclinans aut præcipiens peccatum.

Dixi 7mo in obiecto, quia potest esse cognitio practica, quæ non essentiam sed existentiam vel existendi modum supra descriptum dictet.

Dixi 8uo . mouetur voluntas . Nam si obiectum nullo modo voluntati subsit, intellectus non poterit circa illud practicè versari, quia cognitio practica debet in obiectum influere , sed non potest aliter influere nisi repræsentando illud voluntati : ergo . *Docet* autem Ouiedus 1mo , si voluntati ad aliquem actum iam determina:

natæ, ac proinde in actu primo sufficienter constitutæ, superueniat alia cogitatio inclinans & inuitans ad eundem actum; hæc superueniens cogitatio erit practica. *2do*, practica cognitio erit etiam respectu eius obiecti, cuius executionem voluntas imperat actu non libero sed necessario. *Ratio* harum doctrinarum est, quia talis cognitio influit in obiectum; siquidem per eam ita volũtati obiectũ proponitur; vt ex vi huius propositionis possit voluntas moueri ad imperandam executionem. *Confirmatur* statuenti deambulationem ob sanitatem; si præterea adueniat motiuum bonæ conuersationis, visitandæ ædis sacræ omnia hæc motiua inclinabunt; ergo erũt actus practici. *Addo*. voluntas est cæca, ergo etiam ad necessarium actum indiget directione.

Dixi 9no, vt possit, quia non est de essentiâ actûs practici vt omninò sequatur opus; sed sufficit quod ille ita proponat obiectum, vt voluntas ad imperandum moueri possit. Sic Rhetorica est practica, etsi interdum non sequatur effectus in suasione intentus: sic in Deo cognitio de

creaturis possibilibus infinitis est practica; quia ex vi illius potest voluntas Diuina imperare omnipotentiæ suæ harũ creaturarũ productionem; & tamen non imperabit.

Dixi 1mo. Potentiæ executrici, de qua aliquot obseru. *1mo.* hæc potentia debet esse per se potens producere effectum, e-sto per accidens impedietur: vnde cognitio practica in ordine practicæ dicitur cõpleri per connotationem ad potẽtiam potentem exequi id quod dictatur. Hinc verò sequitur cognitionem in Angelo de fabricandis cœlis, non esse practicam; nisi forte esset eleuatus sequitur, etiam Archimedis dicentis. [da mihi vbi stem & mouebo terram;] cognitionem non fuisse practicam, quia non cõnotabat vllam potentiam aptam id exequi. *2do*, vt opus aliquod sit praxis, Fonseca non requirit vt sit operabile ab ipso cognoscente; requirit Scotus, Hurt: Quied: Arr. &c. Alij dicunt fore mediatè practicam; sed propter mox dicenda in sequenti obseru: deberet dici valde mediatè & valdè remotè practica, sic actus imperij, consilij, sunt ex natura sua practici; sed eorum obiectum,

n. mi-

ã. militis vel famuli operatio, est valde remotè praxis 3tio. Etiam ipse actus intellectus potest esse praxis respectu præcedentis operationis directiuæ, est communis contra Scotum, Sotum, Capreolum &c. (quamuis Pontius & alij dicunt Scotum tunc praxim accepisse rigorosissimè.) *Ratio nostra est prima*. Actus voluntatis dicitur praxis quia dirigitur: atqui etiam actus intellectus diriguntur, nam prudentia docet discretè studendum, speculandum, *item* hæc cognitio [definitio debet constare genere & differentia] dirigit quomodo sit definiendus homo: Ergo. *Ratio 2dã*. Actus aliarum scientiarũ ad quos Logica concurrit, sunt praxis; & tamen illi actus sunt operatio intellectûs. *Ratio 3tia*. Intellectus potest errare vel conformiter præceptis operari; ergo potest dirigi. *Ratio 4ta*. Arist: 1. Met: 5. inquit; *speculationem esse quæ consistit in sola contemplatione sui obiecti*; ergo si se intellectus reflectat supra suum actum vt illum producat, non sistet in contemplatione obiecti, ergo. *Obijc: Scotus 1mo*. Intellectus fit extensione practicus: atqui per

pro-

proprios actus non extenditur: ergo. *2do.* Actus intellectus est speculatio: ergo. *3tio Obijc: Smiglecius.* Cognitio præmissarum dirigit intellectum ad conclusionem; & cognitio vnius obiecti, dirigit me ad cognitionem alterius obiecti: atqui nec præmissæ nec prior illa cognitio est practica: ergo. R. *1mi vel* N Mai. *vel* N. Min: extenditur enim transeundo de vno actu ad alium. *2di*, D. A. actus consideratus respectu obiecti *C. A.* consideratus respectu actûs reflexi, N. A. *3tij vel* N. Ma. quia directio est per modum dictaminis proponentis quomodo debeat fieri obiectũ. *Vel* N. Min. siquidem enim præmissæ formales dirigunt ad conclusionem formalem potest dici quod conclusio formalis sit praxis.

Dixi 1mo. Liberam aut necessariam, seu vt aliquod opus dicatur esse praxis, non est necesse vt sit liberum libertate *aut* cõtrarietatis ad ponendum syllogismum demonstratiuum aut sophisticum odium aut amorem, *aut* libertate contradictionis ad ponendum se. hunc numero syllogismũ vel non ponendum, ad ponendum hunc

nu-

numero amorem vel omittendum. *Aliter.* potest esse praxis, etiamsi intellectus sit determinatus non tantùm ad vnum in specie, sed etiam ad hunc numero actum ponendum; quia adhuc fiet ex directione. Et in Deo cognitio simplicis intelligentiæ communiter dicitur esse practica, & tamē in Deo non potest committi error. *Nobiscum sentiunt* Hurt: Arr: Compt. Contra nos vel ex toto vel ex parte Suar: Ouied.

Dices 1mo. Vbicunque est periculum errandi, ibi poni potest contrarium: sed vbi est directio ibi est periculum errandi, Ergo. 2*do.* Incapax erroris non potest dirigi: sed vbi non est periculum errandi, ibi est incapacitas erroris Ergo. 3*tio.* Sequeretur brutis esse cognitionem practicam, vt araneis texentibus telam, & hirundinibus fabricantibus nidum; atqui non est: Ergo ℞. 1mi, N. Min. si sensus sit quod præsente cognitione directiua sit periculum errandi. 2*di*, N. Ma. v. hîc ibi *dixi 8uo.* 3*tij*, N. Ma. nam cognitio practica est actus intellectus. Item v. hîc ibi *dixi 1mo. Ex his explicationibus* colligitur 1*mo.* Praxis est actio vitaliter elicita

ex

ex directione rationis, & ex imperio voluntatis: *seu* est actio vitalis regulata per intellectum & imperata per voluntatem. Vnde ad praxim tres actus concurrunt n. 1. actus regulans seu proponens. 2. imperans id quod proponitur. 3. exequens *2do* praxis rigoriosissimè sumpta est actio interna intellectualis aut voluntatis: actiones quoque externæ vt nauigatio, cytharisatio, & factiones externæ vt artis statuariæ, sutoriæ &c. quamuis non rigoriosissimè, non tamen improprie dicuntur praxis. *3tio*. Augmentatio, nutritio, visio, auditio &c. non sunt praxis, quia vt augmentatio &c. tali vel tali modo fiat, hoc non habetur ex directione intellectûs, sed ex eo quia potentia est determinata per naturam vt tali vel tali modo producatur visio &c. *4to*. Cognitio practica est immediatum principium praxeos ex intentione: potest verò dici esse mediatum & remotum in duplici sensu, *tum quia* practica cognitio in obiectum producendum influit mediante voluntatis actu; *tum quia* productio est singularium, scientia autem vniuersalium, iam verò productio est praxis,

xis, ſcientia autem eſt cognitio practica.
5*to* poteſt, iuxta aliquos praxis eſſe per potentiam extranei ſubiecti. vid. ſupra ibi *dixi 1mo.* 6*to*, cognitio peccati ex qua Deus mouetur ad puniẽdum peccatorem; cognitio Dei benefici ex qua moueor ad amandum Deum; cognitio obiecti delectabilis ex qua moueor ad appetendum illud obiectum; non eſt practica; quia non intendit per ſe factibilitatem obiecti, ſiquidem non dictat modum (deſcriptum ibi *dixi 5to, dixi 6to*) faciendi obiecti; ſed eſt naturalis conſecutio: aliàs nulla eſſet cognitio non practica, ſiquidem ex omni cognitione poteſt ſequi amor vel odium &c.
7*mo*. Idem numero actus & habitus reſpectu eiuſdem intellectûs & obiecti, non poteſt eſſe ſimul ſpeculatiuus & practicus eſt contra multos. *Ratio tum quia* diuiſio in practicum & ſpeculatiuum eſt in partes eſſentiales oppoſitas, ac proinde ſicut irrationale in rationali nec formaliter nec virtualiter continetur; ita &c. *tum quia* idẽ obiectum reſpectu eiuſdem actûs eſſet operabile & non operabile; *tum quia* ſiſtere in veritate & non ſiſtere in veritate ſunt

con-

contradictoria; sed speculatio sistit, practica cognitio non sistit ergo. *Quod si dicas*: Potest idem actus esse scientia & opinio &c. ergo. ℞o N. C. quia ibi sunt diuersa motiua quæ se inuicem non tollūt; at verò tantùm sistere in veritate, & non tantùm sistere in veritate sunt cōtradictoria. *Suo.* Dantur scientiæ practicæ quia Dei cognitio de creaturis futuris est practica, & tamen est proprijssimè scientia.

(9) § VIII. *De obiecto materiali Logicæ.*

I. Voces non sunt obiectum materiale proximum & directum Logicæ; sunt tamen indirectum & per accidens. *Ratio primi*. *Tum quia* in illas non inducitur formale: *tum quia* mutus potest esse Logicus: *tum quia* pro diuersitate nationum & linguarum deberent esse diuersæ Logicæ, quia obiecta haberent diuersa, nimirū voces. *Ratio* 2. Quia Mathesis etiam considerat sphœram ligneam, vt benè possit penetrare cœlestem.

Dices 1. Logica agit de vocibus, definit voces, inuenit & explicat multas voces: Ergo. ℞. Facit id per accidens.

Dices

DICES 2. Ideò actus externi prudentiæ pertinent ad prudentiam, quia participant rationem prudentiæ ab actibus internis: sed etiam voces externæ participant rationem seu denominationem à vocibus internis: Ergo sicut voces internæ pertinent per se ad Logicam, ita & externæ. ℞. N. Ma. quia ideò pertinent ad prudentiam, quia imperantur à prudentia interna; voces autem externæ non imperantur ab internis.

II. Intellectus non est obiectum materiale proximum Logicæ. *Ratio* 1. Rectitudo passiua, quam Logica inducit in materiale, est conformitas ad præcepta Logica, seu, est fieri conformiter ad præcepta Logicæ: Sed hanc conformitatẽ non recipit intellectus; neq; enim de intellectu verificatur præceptum de Definitione: Ergo. *Ratio* 2. Dirigens manum scribentis, pingentis, imò & Logica alias scientias dirigens, non habet pro obiecto eũ, qui dirigitur: Ergo nec intellectum habebit, quem dirigit. *Ratio* 3. Intellectus est Logicæ concausa: Ergo.

DICES 1. Logica tradit præcepta intel-

lectui. Ergo, ℟. *N. Con.* quia non trad
de illo perficiendo.

Dices 2. Logica intellectum dirigit
perficit, & indifferentem ad formas Lo
gicas determinat: Ergo. ℟. D Ant. diri
git, perficit, determinat Physicè, C. A. lo
gicè N. A. Quia Logica non intellectum
sed res & operationes perficit logicè, se
facit conformes suis præceptis.

Dices 3. Intellectus est receptiuum re
ctitudinis logicæ: Ergo ℟. D. Ant. recti
tudinis actiuæ, C. A. passiuæ N. A. *Op
pones.* Intellectus à Logica accipit instru
ctionem, quomodo debeat fieri definitio
diuisio: Ergo passiuam accipit rectitudi
nem. ℟. N. Con. Recipit enim passiue
quidem, sed actiuam. Sicut Grammaticus
Regulam sciens, recipit illam passiuè, sed
eius rectitudinem non in se, sed in exem-
plo exprimit. Ita & intellectus.

III. Ens rationis non est obiectum ma-
teriale proximum Logicæ. *Ratio* 1. Quia
non datur. *Ratio* 2. Quia exceditur à Lo-
gica; Substantia enim, Quantitas, &c.
quæ sunt obiectum Logicæ non sunt ens
rationis, quia aliàs & Deus & homo esset
ens

ens rationis. *Ratio* 3. Licet quis ignoret resultantiam entis rationis, sciat tamē definire, argumentari &c. erit bonus Logicus. *Ratio* 4. Ex structura domûs, iuxta Thomistas, & ex virtutis actu, resultat ens rationis, & tamen nec Ethica, nec Architectura pro obiecto habet ens rationis: Ergo esto ex actibus Logicis resultaret ens rationis, non tamen esset obiectum.

Dices 1. Secundæ intentiones sunt ens rationis; S. Thomas dicit obiectum Logicæ esse ens rationis: Ergo. ℞. D. A. ens rationis logicum, C. A. fictum N. A.

Dices 2. Potest de ente rationis formari Propositio potest poni in prædicato, subiecto. Ergo. ℞. D. Con. est obiectum sub ratione denominabilis, C. Con. sub ratione ficti N. Con.

Dices 3. Ens rationis est scibile: Sed non ab alia scientia: Ergo à Logica *Min.* Cōtrariorum eadem est Scientia: sed vera definitio pertinet ad Logicam: Ergo & ficta. ℞. Est scibile per accidens à Metaphysica, quia opponitur enti reali, non autem vero, quia vero opponitur falsum.

IV. Operationes intellectûs vt à rectis

& irrectis abstractæ non sunt obiectum
Logicæ. *Ratio* quia irrectæ non possunt
corrigi, rectæ autem non possunt malæ
fieri.

V. Syllogismus, Demonstratio, Modi
sciendi non sunt adæquatum obiectū Lo-
gicæ. *Ratio* quia exceduntur à Logica,
nam de multis tractat quæ non sunt Syl-
logismus, Demonstratio, Modi sciendi; vt
sunt terminus, propositio.

VI. Operationes intellectûs solæ & ab
omni materia abstractæ, non sunt obie-
ctum adæquatum materiale Logicæ.

VII. Res primo intentionaliter sum-
ptæ, vt primo intentionaliter, non sunt
obiectum proximum Logicæ. *Ratio* quia
sic consideratæ pertinent ad alias Scien-
tias.

Dices Logica est vniuersalis: Ergo ob-
iectum eius est vniuersale, seu id quod est
omnium aliarum Scientiarum: Atqui ali-
arum scientiarum sunt res primo intentio-
naliter sumptæ: Ergo. ℞. 1. N. 1. Con.
quia Logica ex eo dicitur vniuersalis,
quod tradat vniuersales modos sciendi, ar-
gumentandi, definiendi, ℞. 2. D. 1, Con.
ob-

obiectum Logicæ debet esse idem quod aliarum scientiarum, sub eadem ratione, sub qua aliarum scientiarum, N. Con. sub diuersa, scilicet denominabilitatis, C. Con.

[10] VIII. Omnia, seu ens secundo intentionaliter denominabile, est obiectū materiale proximum Logicæ. *Ratio* 1. Aris 4. Metaphys: t. 5. inquit" *Dialectici de omnibus disputant; ens verò commune est omnibus, circa idem enim genus Sophistica & Dialectica versatur cum Philosophia.* *Ratio* 2. Logica conformitatem ad sua præcepta, inducit in res: Ergo. *Ant.* Ponere in subiecto id quod est subijcibile, in prædicato quod prædicabile, est inducere cōformitatem: Atqui res ponuntur in subiecto, prædicato: Ergo. *Ratio* 3. Multa traduntur à Logica, quæ non possunt cadere in ipsos actus formales, sed in res: Docet enim, quod superius debet prædicari, inferius subijci: Quæ sunt eadem vni tertio, sunt idem inter se: Prædicatum debet esse identificatū subiecto; quæ non possunt conuenire actibus, sed rebus: Ergo. *Ratio* 4. Quod Logica actu diuisiuo directè attingit, illud est eius obiectum

materiale directum : atqui dum syllogi-
smum diuidit in probabilem & demõstra-
tiuum, se in topicam & analyticam, ens in
decem prædicamenta ; tunc directè non
formam sed materiam attingit ; forma e-
nim in syllogismo probabili & demõstra-
tiuo est eadem : Ergo. *Ratio* 5. Syllogi-
smus probabilis & sophisticus est obiectũ
attributum : sed non secundùm formam ,
ergo secundùm materiam. *Ratio* 6. Ideò
dirigibilitas & rectitudo operationum di-
recte attingitur à Logica , quia est ratio
formalis determinans operationes ad Lo-
gicam : atqui etiam res sunt formalisatiuũ
demonstrationis , seu sunt ratio formalis
sub quâ demonstratio est demonstratio ,
& est obiectum attributionis : Ergo. *Ra-
tio* 7. Alij habitus habent pro obiecto di-
recto ipsum obiectum sui actûs, & mate-
riam inquam inducunt formam ; vt Grã-
maticæ obiectum non est tendentia in sub-
stantiuum & adiectiuum , sed ipsum sub-
stantiuum & adiectiuum ; & oculus non
tendentiam in parietem, sed ipsum parie-
tem habet pro obiecto : Ergo & Logica;
præsertim quia hæc exercitè imponens re-

bus

bus denominationes prædicati, subiecti; seu exercitè ponens vnum in subiectum & aliud in prædicatum; immediate considerat res, dignoscendo quibusnam conueniāt hæ denominationes. *Conf.* Physica considerans an corpori conueniat passio quātitatis, attingit directè corpus: Ergo similiter. *Ratio* 8. Actus reflexus supra definitionem, non est obiectum Logicæ, sed obiectum est ipsa definitio: Atqui tunc definitio habebit se vt res, quia erit terminus operationis: Ergo. *Ratio* 9. Qui dubitanti an *animal*, an verò *homo* poni debeat in subiecto; responderet quod *homo*; ille rem attingeret: atqui Logica dirigens hoc respondet: Ergo. *Ratio* 10ma. Ad Logicam spectant hæ propositiones; *prædicatum est idem cum subiecto; definitio & definitum conuertuntur* Ergo. *Conseq*: Præfatæ propositiones non possunt à Logica reduplicatiuè considerari hoc enim esset dicere quia conceptus de conceptu prædicatur: Ergo. *Ratio* 11ma. Idem est obiectum habitûs quod & actûs: Atqui huius actûs Logici, *prædicamenta sunt decem*, *Syllogismus probabilis est qui infert ex contin-*

tin-

tingenti; obiectum sunt res: Ergo. *Ratio 12ma.* Agere de termino secundæ intentionis, est agere de re: sed Logica agit de termino secundæ intentionis: Ergo. *Min:* Agere de intentione obiectiua est agere de termino secuudæ intentionis: sed Logica agit de intentione obiectiua, dum agit de termino secundæ intentionis, complexo, denominato, &c. Ergo.

Obijc: 1mo. Illud est obiectum alicuius scientiæ de quo ipsa demonstrat passiones, & de cuius principijs, partibus ac speciebus agit: Atqui Logica claritatem & obscuritatem, veritatem & falsitatem *non demonstrat de re*, sed de actu; & non agit de principijs, partibus, ac speciebus *rerum*: Ergo. *2dum* Actuum Logicorum species non sunt contingentes, non sunt infinitæ: sed si res attinguntur à Logica, dabuntur infinitæ actuum Logicorũ species: & obiectum esset cõtingens seu probabile: Ergo. *3tium.* Subiectum rectitudinis Logicæ & obiectum eius materialē est idem: sed *res* non sunt subiectum rectitudinis Logicæ: Ergo nec sunt eius obiectum, *Min.* Res nec intrinsecè nec ex-

trin-

trinſece poſſunt recipere finem ſeu rectitudinem Logicæ Ergo. *Ant: non intrinſecè*, ſicut pannus vel lignum ſolet recipere formam, quia Logica nullum poſt ſe opus relinquit; *non etiam extrinſecè*, quia rectitudo hæc deberet induci phyſicè per aliquam actionem phyſicam: Ergo. *4tum.* Dum dico ſic: *definitio eſt actus intellectûs*, non ſignifico intellectum eſſe obiectũ Logicæ; idque ideò quia intellectus in hoc actu ponitur in obliquo: Atqui etiam dũ dico, *definitio eſt oratio explicans naturam rei*; res ſignificatur in obliquo: Ergo non ſignifico res eſſe obiectum Logicæ, vel certe etiam intellectus erit obiectum Logicæ. *5tum.* Si Logica finem ſuum immediatè in res induceret, id faceret benè res definiendo, diuidendo, demonſtrando earum paſſiones, ſed hoc pertinet ad alias ſciéntias: Ergo. *6tum.* Quod in ſuo correlatiuo cognoſcitur illud attingitur tantùm mediate, vtpote in alio, non aliter ac paries ab oculo attingitur in albedine; ac proinde indirecte: Atqui res attingitur in conceptibus tanquam in ſuo correlatiuo: Ergo. *Min.* Conceptus formalis v. g.

defi-

definitio, diuisio &c. qui attinguntur à Logica dicunt ordinem & respectum essentialem ad res quas definiunt diuidunt, &c. Ergo. *7mum & 8uum.* erit in Dices R. O *1mi*, D. Min. non demonstrat, non agit secundùm potestatem, vt ait Arist. & S. Thom: C. Min. tentatiue N. Min. *vel 1mi* & *2di* D. Min: de re, rerum, rebus vt res considerantur in se, in statu primæ intentionis C. Min. vt res considerantur sub generalissimo conceptu & res substant secundæ intentioni *N. Min. 3tij*, vel D. Min. vt proximè supra. *Vel N. vltimum Antec.* Nam illa forma in subiectum inducitur physicè per actionem physicam, quæ non præfuit in subiecto; rectitudo autem tota quoad substantiam præfuit in rebus & operationibus; quia est illis naturalis & intrinseca & indepédenter à nostro placito: neque enim liberum est mihi in syllogismo ponere quatuor terminos, aut rationale de homine prædicare in quale contingens. Inducitur ergo extrinsecè sed solùm denominatiuè, quia sc: præexistenti rectitudini physicæ (quæ est intrinseca) accedit respectus ad

præ-

præcepta Logica, seu conformitas cum præceptis Logicis, seu connoattio directionis & regulationis à Logica; ita sicut in sententia non distinguente relationem à fundamento proximo; relatio quoad entitatem & quoad rectum seu fundamentalis est in pariete A, esto paries B nondum existat; posito autem pariete B est iam relatio formalis etiam quoad obliquum, seu quoad connotatum, quæ in parietem A inducitur non per aliquam actionem physicam, sed denominatiuè tantùm & extrinsecè: adeoque relatio formalis similitudinis in pariete A. est ipsa relatio fundamentalis, connotans, iam alterum parietem, quem antea non connotabat, similiter & rectitudo Logica est ipsa rectitudo naturalis, rebusque intrinseca, sed connotans directionem & informationem Logicæ, ostendentem quòd bona & conformis præceptis futura sit hæc operatio rerumque collocatio, sic eam actus vel res recipiunt finem seu rectitudinem obedientiæ, charitatis &c sc. per respectum ad regulas. 4ti *vel* N. suppositum Ma. præfectus enim actus est physicus, ostendens

cau-

causam effectiuam operationis, adeoque
etiam intellectus est eius obiectum, æqui-
ualetque actus ille huic, *intellectus est causa*
operationis definientis. vide n. 13. *vel N.*
causalem Maioris; ideò enim præfatus a-
ctus non habet pro obiecto intellectum;
quia in intellectum nullam inducit formã.
5*ti*, D. Ma. ita vt Min. in 2*do*. Nam res
sub generalissimo conceptu sunt obiectum
Logicæ: quia Logica non dicit definitio-
nem *muscæ* vel *hominis* constare genere &
differentia; sed dicit definitionem *cuiusuis*
rei constare genere & differentia. 6to *vel*
N vltimam Conseq. *vel* D. Min. res cõ-
sideratæ vt compars obiecti N. Min. vt
merè terminus relationis C. Min. quia
tunc aliquid in correlatiuo cognoscitur,
quando cognoscitur merè vt terminus re-
lationis; at verò quando cognoscitur tan-
quàm aliquid componens cum suo corre-
latiuo, tunc cognoscitur in se; sic forma
dicit relationem ad materiam; & tamen
quando materia consideratur vt compars
formæ seu vt pars compositi, tunc mate-
ria cognoscitur in se.

Dices præterea 1. Res sunt singulares,
di-

diuersæ, diuersorumque actuum specificatiuæ; incapaces definitionis, diuisionis, omnisque rectitudinis Logicæ; carentes proprietatibus, quæ à Logica de obiecto demonstrantur, nempe veritate, falsitate, euidentiâ; habentes autem proprietates, quæ à Logica non demonstrantur. Ergo. ℞. D. A. res secundùm se spectatæ & primo intentionaliter C. A. Secundo intentionaliter N. A.

Oppones. Soluendo idem per idem malè assignatur obiectum: sed dicendo, quod res, vt substant secundis intentionibus, sunt obiectum Logicæ, est soluere idem per idem Ergo. *Min*. Dicere sic; Res vt substant secundis intentionibus, sunt capaces rectitudinis Logicæ; & sic, Res substant secundis intentionibus, vt sunt capaces rectitudinis Logicæ; est dicere idem per idem: Ergo. ℞. N. Ant. quia res vt substant secundis intentionibus habent se per modum materiæ, rectitudo autem per modum formæ.

Dices 2. Cum Arriaga. Si Logica esset directiua rerum, esset præfecta stabuli, bubulca &c. Sed hoc est absurdum: Ergo

℞. D. *Ma.* si esset directiua rerũ singulariũ & extra intellectum existẽtium, C. Ma. vt substantiũ secundis intẽtionibus, N. Ma.

[11] IX. Omnes operationes intellectûs sunt obiectũ Logicæ. *Ratio* 1. quia sunt dirigibiles à Logica. *Ratio* 2. Qui attingit terminũ, attingit mediũ, quo terminus attingitur: sed res sũt terminus Logicæ & operationũ intellectûs, operationes autẽ sũt mediũ, quo iste terminus attingitur: Ergo.

Dices 1. Obiectũ Logicæ non possunt esse operationes *præteritæ*, quia hæ iam vel sunt rectæ vel irrectæ; nec *præsentes* quia hæ sunt cõtingẽtes; nec *possibiles* seu *producibiles*, quia possibilitas entis à Metaphysica, producibilitas autem, seu effectuum à causa dependentia à Physica consideratur: Ergo. ℞ Possibiles vt nondum directæ, seu vt dirigibiles, seu possibiles nõ ratione possibilitatis, sed sub ratione dirigibilitatis, sunt obiectum Logicæ.

Oppones Possibilis discipulus non est dirigibilis: Ergo nec operationes possibiles. ℞ 1. N. Ant. quia sicut est possibilis ad existentiã; ita & ad directionem. ℞. 2. N. Con. quia discipulus possibilis non habet

po-

potentiam aliquã, in qua directio recipiatur, operationes vero habent intellectum.

Instabis. Obiectũ debebũt esse operationes in cõmuni: Ergo descendet Logica ad Species, nempe ad primã & secundam & tertiã operationẽ: Ergo & ad particularia. *Cõsequẽtia 2da probatur*. Metaphysica quia tractat de ente in cõmuni; descẽdit etiam ad particularia, nempe ad DEUM, Angelos &c Ergo. ℞. N. vltimãCon. quia in DEO multa sunt specialia, quæ in ente in cõmuni non cõprehenduntur, at vero operationes intellectûs côueniunt in dirigibilitate.

Vrgebis. Obiectũ materiale debet esse indifferẽs, capax oppositæ formæ, præexistẽs ante formale: Atqui operationes non sunt indiffer. &c. Ergo ℞. D. Ma debet esse indifferẽs, capax, præexistens physicè, N. Ma. Logicè, seu, quod potiùs hæc quã alia operatio producatur. C. Ma. Nam etiam rationale est identificatum animali, & tamen animal concipitur esse indifferens ad rationale.

Premes Operationes sunt physicè indifferẽtes ad existẽdũ, vel non existẽdũ: Ergo & ad recipiẽdã formã logicã: ℞. N. Con.

qualẽ enim formã poteſt aliquid recipere, talẽ habet & indifferẽtiã. Sic animal quia eſt capax formæ metaphyſicæ, ideò eſt indifferẽs metaphyſicè ad recipiẽdũ rationale.

Inſiſtes. Medicina ſanabilitatem inducit in qualitates, & tamen corpus dicitur ſanabile: Ergo & Logica, etſi inducat rectitudinem in operationes intellectûs, non tamen operationes. ſed ipſe intellectus dicitur dirigibilis, ac proinde obiectũ Logicæ. ℞. N. Con. quia corpus ſanabile eſt vltimus finis Medicinæ, Logicæ autem finis eſt actio, vt ait Ariſtoteles.

Inhærebis. Operatio intellectûs ſeipſam haberet pro obiecto, nempe Definitio, Demonſtratio in communi, definitionem, demonſtrationem in particulari: Ergo. ℞. D. A. haberent materialiter C. A. formaliter N, A. Sicut volitio & cognitio in communi, attingit hanc & illam.

Dices 2. Prima operatio non eſt capax erroris: Ergo non eſt dirigibilis. *Ant. pr.* Non eſt capax *falſitatis complexæ* quia hæc cõſiſtit in difformitate ſecũdæ operationis cum obiecto; *nec incõplexæ*, quia hæc cõſiſtit in illa diformitate, quòd cõncipiatur

tur vel vniuersale per modũ singularis, vel inferius per modũ superioris &c. Atqui hic error non euitatur ex directione Logicæ: Ergo. *Min: pr.* Prima operatio positis requisitis necessario erũpit: Ergo. ℞. N.C. quia est dirigibile etiã id quod non est liberũ. vid. n. 4. ibi dixi 8. & dixi 11.

Oppones Ideo visus aliįq; sensus materiales nõ sunt dirigibiles, quia necessariò erũpunt: sed etiã prima operatio necessariò erũpit: Ergo. ℞. N. Ma: ideo enim non dirigũtur, quia neq; in se, neq; in causa dirigi possũt, siquidẽ pro illis dirigẽdis non dantur oculo, auri præcepta, quibus sint cõformes operationes sensuũ, quia positâ albedine, necessariò debet oculus videre albedinẽ non nigredinẽ; at verò positò animali, potest illud intellectus ex directione Logicæ apprehendere vt superius.

Instabis. Ex directione vitri optici potest oculus videre albũ, quod non vidisset alias, vt patet in cæcutiẽtibus. Ergo visio potest dirigi. ℞. N. A. quia vitrũ opticum tãtùm colligit species albedinis, & nõ dat præcepta, quomodo aliquid sit vidẽdum.

Vrgebis. Potest dici oculo, vt diducat

palpebras, si velit videre obiectũ: Ergo oculus est dirigibilis: Ergo & visio in oculo. ℞. N.C. quia hoc præceptũ non est tale, vt ipsi conformetur visio, sicut præceptis logicis conformantur operationes.

[12] X. Obiectũ totale & adæquatũ materiale proximũ Logicæ est cõcretũ ex ente & cognitione. *Ratio*. Ens cõcretum ex obiecto & forma, non repugnat ab aliqua scientia cõsiderari: sed esse definitum, divisum prædicatũ &c. sunt cõcreta ex obiecto & forma: Ergo Atqui à nulla alia quàm à Logica: Ergo ab alijs scientijs res consideratur sub alia ratione, à Logica autem sub ratione denominabilitatis.

Pro obiectionibus soluẽdis *Nota* 1. Possunt duo obiecta inadæquata etiã disparata, modò sibi subordinata, cõstituere vnũ obiectũ adæquatũ. Sic in Physica ex materia & forma constituitur vnũ obiectum, nẽpe Corpus. 2. Res in se nõ in alio attingũtur concretè, quia etsi attingãtur vt terminus operationũ, attingũtur tamẽ cõcretè. 3. Ex duobus essẽtialiter cõnexis potest attingi vnũ non attingẽdo aliud; inde tamẽ non sequitur, quòd à Logica possint

at-

attingi operationes, non res; quia non in solas operationes inducitur cõformitas. 4. Grãmatica & Ethica attingit res. 5. Digitus cytharisãtis & pes saltantis recipit formã artis actiuã, sicut & intellectus à Logica, passiuã autẽ motus. 6. Frænifactoria non habet pro obiecto materiali equum; quia equus est eius extrinsecus finis. Sic & Logica non habet pro obiecto Physicam, quæ directione Logicâ vti potest, quia hoc est ei extrinsecum.

[13] XI. Non conuenit inter Authores, quid in recto, quid in obliquo dicant concreta hæc; genus, prædicatũ, subiectũ &c. 1. Aliqui explicant sic: Genus est cognitio abstrahens naturã cõmunẽ: Subiectum est cognitio ponẽs aliquã rem ante copulam. *Rat*: quia agere de re vt definita, prædicata, est agere de re in obliquo, de cognitione autẽ in recto: Sed Logica ait de rebus vt definitis: Ergo. *Item*, Hæ propositiones [Deus cõplacet sibi in peccato punito, remisso; Paries vt albus est visibilis] resoluũtur sic: Punitio, remisso peccati placet Deo; Albedo in pariete est visibilis: Ergo. 2. Aliqui sic: Genus est natura cõmunis abstra-

cta per cognitionẽ; Subiectũ est res, quæ per cognitionẽ subijcitur prædicato. *Rat.* Quia dũ dico : (Ignis vt applicatus vrit; iustus vt iustus amatur à Deo; Petrus vt fur est suspensus) tunc forma ponitur in obliquo, subiectum autẽ in recto, vt (ignis habitâ applicatione vrit, iustus propter iustitiam amatur à Deo; Petrus propter furtũ est suspensus) non autem sic: (Applicatio ignis vrit: furtũ Petri est suspẽsum. 3. Aliqui sic (Genus est natura abstracta, & cognitio abstrahẽs) seu, quod & subiectũ & forma dicatur in recto. *Ratio*, quia obiectũ Animasticæ, est cõpositũ humanum, seu cõplexũ ex subiecto & forma, & tamẽ vtrũq; attingitur in recto. *Addi potest*, Etsi aliqua in ordine ad se habent se ita, vt vnũ sit in obliquo, alterũ in recto, in ordine tamẽ ad sciẽtiã vtrumq; potest esse in recto. Sic vnio respectu cõpositi humani habet se vt Quo; respectu tamẽ cõsiderationis physicæ, habet se vt Quod. Idem in Logica posset dici de re & cognitione. 4. Aliqui explicãt actus Logicæ ita, vt aliquãdo rem, aliquãdo cognitionẽ ponãt in recto: *Ex his sententijs* cõmodior est secũda;

sed

ſed tamẽ non reijciẽdum, quod addidi in tertia. Vide item n. 4. ibi vij. Diſcrepãt.

(14) § *IX. De obiecto formali Logicæ.*

I. Obiectũ Logicæ formale Quod, eſt rectitudo, ſeu recta ac debita entis & operationũ intellectûs coordinatio, *vel* eſt rectè applicata rebus denominatio: vt quod v. g. Animal denominetur genus, & non indiuiduum. *Rat.* Quod Logica inducere intẽdit in materiale, & quod materiale determinat ad habitũ Logicæ, illud eſt obiectum formale Quod, & finis intrinſecè intẽtus Logicæ: ſed ſecunda intentio, ſeu recta rerũ collocatio intẽditur &c. Ergo. *Nota verò* 1. Hæc rectitudo inducitur exercitè id eſt, Petrus v. g. fit eo ipſo ſubiectũ, quòd ponatur ante copulã, etſi me non reflectã quod ſit tale; ſicut litera A, eo ipſo eſt prima in Alphebeto, quod primo loco ponatur. 2. Eo ipſo quòd aliquid exercite ponatur in ſubiecto Mai. Min. &c. iam habet rectitudinẽ Logicã, modo fiat ex præhabitis præceptis Logicæ. 3. Hæc rectitudo quoad exiſtẽtiã pendet à nobis, quia *homo* v. g. eſt indifferens, vt illũ ſubijciã animali, vel prædicẽ de Petro. 4. Non

pen

pēdet tamen à nobis quoad essentiá : quia
res ex se habēt subijcibilitatē, prædicabili-
tatem, & quidem ita, vt si rectè velim o-
perari, nō sit mihi liberū, hominem v. g.
subijcere Petro, in syllogismo ponere qua-
tuor terminos. 5. Rectitudo ista, seu su-
bijcibilitas, prædicabilitas, est rectitudo
physica, quatenus est rebus intrinseca, nec
pendens à nobis, ideoq; dicitur obiectum
necessarium. 6. Hæc eadem rectitudo di-
citur logica, quatenus fit ex directione lo-
gicæ, vnde est rebus extrinseca & acciden-
talis. 7. Malè tamen diceres sic (Rectitu-
do Logica est obiectū Logicæ : sed recti-
tudo logica est cōtingens Ergo obiectum
Logicæ est cōtingens. *Min: pr.* Obiectū
accidentale est obiectum cōtingens : sed
rectitudo Logica est accidentalis: Ergo. Rx.
enim 1. quod Logicæ obiectum est ipsa
rectitudo physica, quam ipsa subijcit suis
præceptis, subijci autem Logicæ præce-
ptis, est rebus extrinsecum & accidentale.
Rx. 2. Potest esse aliquid alteri cōtingens in
se tamē ratione suorum prædicatorum est
necessarium; quia albedo sua prædicata
essentialia habet, etsi sit cōtingēs subiecto;

Vn-

Vnde in forma: ℞. 1. D.Ma. sola rectitudo logica N.Ma. logica & simul physica, C.M. ℞. 2 D.M. est cōtingēs considerata in se, N. Mi. in ordine ad res, C. Mi. sic in Physica, Quantitas, Qualitas cōsiderātur tanquam obiectum necessarium, quia etsi respectu corporis sunt accidētia, in se tamē sunt essentialia. 8. Forma Calicis est obiectum cōtingens artis, quia illā solā attingit artifex; & hæc forma non est intrinseca, sicut rectitudo operationibus.

II. Obiectum formale sub Quo Logicæ, est disponibilitas rerum, & dirigibilitas operationum. *Ratio* Quia sub hac formalitate, à nulla alia scientia, res & operationes considerantur, sed ad solam Logicam determinantur. Hæc porro dirigibilitas nōn dicit ordinem transcendentalē ad scientiam, quia est tantùm conditio necessaria in obiecto præsupposita.

III. Obiectum formale Propter Quod Logicæ, est duplex. 1 *Intrinsecū*, scilicet ipsa rectitudo operationum, & in rebus aptitudo ad recipiendā cōformitatem logicā. *Ratio* quia hæc est radix & causa proprietatum omnium, quæ in Logica de obiecto

iecto demõstrãtur; vt patet in hoc syllogismo: (Oratio explicãs naturã rei, debet esse clarior suo definito: sed definitio est Oratio &c Ergo) Ecce hîc Claritatis proprietas demõstratur de Definitione per essentiã definitionis. 2. *Principia extrinseca*, qualia sunt: Ad esse sequitur dici: Dici de omni Quæ sunt eadem vni tertio, sunt idem inter se &c. *Ratio*, quia omnis habitus practicus non solùm naturam rei debet nôsse, sed etiã modũ eius faciendæ. Sic Chimico non sufficit nosse naturã auri, sed prætɛrea debet scire modum eius faciendi. Ex hoc duplici, cõstituitur vnum formale Propter Quod adæquatum, ita vt extrinseca subordinentur intrinsecis, & extrinseca sint vt Quo, intrinseca autem vt Quod. Differt à formali sub Quo, quia hoc tãtùm modificat obiectum seu materiale determinat ad certum habitum, ac proinde facit. Scientiã differre in genere assensûs dispositiui; formale autem Propter Quod supponit formale sub Quo; & Logicã distinguit ab alijs sciẽtijs tãtùm in genere assensûs scientifici.

(15) § X. *De Obiecto Attributionis & adæquato primario.*

I. Ob-

I. Obiectum Attributionis est, ad quod cognoscendum vel volendum, ordinatur cognitio vel volitio obiectorum attributorum. Vbi Aduerte 1. Attributa ad obiectum Attributionis ordinantur ex naturali sua inclinatione & dispositione, vt mugitus ad cognitionem bouis, *vel* saltem ex non repugnantia, *vel* ex libero hominũ arbitrio. 2. Ordinantur vel tanquã pars ad totum; vel tanquam medium ad finem; vel principia ad compositum; vel tanquam proprietàtes ad suam causam, vel tanquam difformitas à suo principio, seu à sua regula; vel tanquam notius ad ignotius. &c. 3. Inferius debet ordinari ad cognitionem superioris & non è contra. *Ratio* quia clariùs debent cognosci attributa quàm obiecta attributionis: Atqui species clariùs, cognoscuntur quam Genus: Ergo. 4. Obiectum adæquatum dicitur, quod omnia continet quæ tractantur in Scientia, ac proinde in se continet & attributa, & attributionis obiectum: Ergo non est obiectum attributionis. 5. Obiectum principale est aliquod præstantius inter obiecta partialia Scien-

tilæ, vt *homo* in Physica : Ergo non est Sy-
nonymum obiecto attributionis, quia co-
gnitio equi non ordinatur ad cognitio-
nem hominis. 6. Obiectum attributionis
in vna Scientia, potest in alia esse attri-
butum, imò potest iuuare ad sui etiam at-
tributi cognitionem imperfectam.

DICES Contra Punctum tertium 1.
Pars ordinatur ad totum ; Sed genus est
pars, Species est totum : Ergo. ℞. D. Mi.
genus vt genus formaliter est pars N. Mi.
materialiter, seu natura sub ea ratione,
sub qua est genus, C. Mi. Sic D. Con.

DICES 2. Cognitio generis ordinare-
tur ad seipsam ; quia genus cognoscere-
tur tunc, quando cognoscitur species, &
postea cognosceretur abstractum. ℞. 1.
D. A. ordinaretur ad seipsam adæquatè
sumptam N. A. inadæquatè, C. A. plus
enim dicit species quàm genus. ℞. 2. D.
A. ordinaretur ad seipsam eodē modo, N.
A. diuerso C. A. quia quando cognosci-
tur species, tunc genus non cognoscitur
vt superius, seu non vt genus.

II. Obiectum attributionis in Logica
est sola Demonstratio. *Ratio* quia hac ha-
bitâ.

bitâ, intellectus vltimatè perficitur, quiescit, sistit; habet enim certitudinem de causa, proprietatibus connexione prædicati cum subiecto. *Item.* Demonstratio est per se expetibilis; & omnia quæ in Logica tractantur ad eam ex intrinseca sua ratione ordinantur.

DICES. *Demonstratio ordinatur ad pariẽdam scientiam, certitudinem de natura vniuersalium, propositionis &c. Ergo* ℞. *D. A. ad scientiã & certitudinem adæquatè à Demonstratione distinctam N. A. inadæquatè tanquam à formali effectu C. A. adeòque hoc argumentum est simile huic; album ordinatur ad habendam albedinem; homo ad habendam rationalitatem.*

Infer *ex conclusione* 1mo *syllogismũ probabilem & sophisticum esse attributum ad demonstrationem. Quia ex cognitione imperfectioris, potest crescere cognitio perfectioris, vt Dei ex peccatis, entis realis ex ficto, sphæræ cœlestis ex lignea* Opposita *tamen non sunt sibi attributum; quia se inuicẽ æquè inferunt: nec binario denarius est obiectũ attributionis; quia in denario nõ sistitur vltimatè*

Infer 2. *Argumentationẽ, operationem & modos sciẽdi vt sic, non esse obiectũ Attributionis*

onis: aut quia vt sic non sunt factibilia; aut quia includunt topicum & sophisma: aut quia sunt obiectum totale.

Infer 3. Definitionē non esse obiectū Attributionis, quia solā essentiā & non proprietatē cognoscit, Demonstratio autē vtrūq; cognoscit.

DICES 1. Definitio datur in Deo, non datur demonstratio, quia Deus sine discursu omnia intuitiuè cognoscit, Ergo definitio est nobilior & perfectior demonstratione. 2. Visio beatifica est per se expetibilis, nec refertur ad Dei amorem qui ex ea sequitur: ergo & definitio per se est expetibilis, licet ex ea sequatur Demõstratio. 3. Sæpè sistimus in medijs non referēdo ea ad finē vt comestionē ad tuitādā vitā: ergo possumus sistere & in definitione. R. imi, N. A. quia in Deo definitio est dissimilis nostræ, & demõstratio virtualis est in Deo; 2. N. C. quia amor sequitur vt proprietas, essentia autē nõ ordinatur ad proprietatem. 3tij. D. C. possumus sistere ex arbitrio nostro C. C. ex naturâ definitionis N. C.

(16) § XI. Repetenda à num: 5. & 8.

I. Habitus est qualitas nata ex actibus frequētatis. II. Hab: est vel facultas in vtrāq; partē problematicè disputãs vel vitiū vel virtus, & hæc aut Ars aut sciētia; hæc prac: est &c. III. Praxis potest esse ab intelle;

ctu. Sic Prudentia dirigit actus intellectûs.

IV. Cognitio practica est actus intellectûs ex quo præuio proponente & per se & intrinsecè intendente factibilitatem in obiecto, mouetur voluntas, vt possit imperare potentiæ executrici liberam aut necessariam obiecti productionem regulis conformem *seu* ex suo officio ostendit, quomodo opus rectum debeat fieri.

(17) §. VII. *De Habitu Logicæ.*

I. Logica non est non-virtus, nec facultas, sed virtus. *Ratio* Quia est dispositio perfecti ad optimum, seu determinatè ad verum; *seu* in quauis parte etiam topica ostendit, quomodo debeant produci conclusiones certæ, veræ, & euidentes, quod non facit vitium nec facultas. Dices I. Logica quærit an præmissæ causent Conclusionem, vel non: Ergo disputat in vtramq; partem ℞. N. Con. quia non pro vtraque, sed pro vna tantũ parte decidit. Dices 2. Aristoteles dicit Logicam esse facultatem. ℞. D. A. facultatem impropriè C. A propriè N. A. Dices 3. Malleus non perficit artificem:

Ergo nec Logica intellectû. ℞. N. Con.
quia malleus est extrinsecus artifici; ha-
bitus autem logicus intrinsecè recipitur
in intellectu.

II. Logica non est habitus instrumen-
tarius. *Ratio* Quia instrumentum est,
quod ex se non habet sufficientem virtu-
tem ad aliquid producendum, nec effe-
ctum habet tanquam propriæ virtutis:
Sed Logica & propriâ virtute agit, & ha-
bet effectus proprios: Ergo. *Min.* Lo-
gica in propria materia, sine subsidio vl-
lius Scientiæ producit operationes. Di-
ces Logica solet dici instrumentum, orga-
num, modus sciendi, Problema admini-
culans ad alias Scientias: Ergo. ℞. Hæc
illi conueniunt causaliter, quatenus per
sua præcepta est causa bonæ definitionis,
diuisionis, &c.

III. Logica nō est ars propriè sed Scien-
tia. *Ratio tum quia* est de obiecto necessa-
rio; tum quia parta per demonstrationes:
tum quia nullus aliàs habitus esset scien-
tificus quia non sciret, se vti formâ certâ
& infallibili.

Dices 1. Obiectum Logicæ non præ-
existit,

existit, non est necessarium: Ergo. ℞. Præexistit & est necessarium quoad essentiam, etsi non quoad existentiam. Quia si essentia eius à nobis penderet, possem9 quatuor terminos ponere in Syllogismo.

Dices 2. Obiectum scientiæ debet esse incomplexum: Sed Logicæ est complexum: Ergo: *Mi. pr.* In hoc Syllogismo [Omne currens mouetur; sed Petrus currit: Ergo Petrus mouetur] conclusio est obiectum complexum, quia motus Petro conuenit ex suppositione cursûs qui est contingens: Sed in logicis conclusionibus, prædicatum subiecto etiam conuenit ex suppositione existentiæ (seu ex suppositione quod ego producam Syllogismum) quæ existentia est contingens: Ergo etiam erit veritas complexa seu ex suppositione. ℞. N. Mi. quia etsi sit in mea potestate producere vel non producere hunc syllogismum, (sicut & in Dei potestate, hominē) supposito tamen quòd velim hunc, non possum nisi cum his prædicatis, & cum hac causa, quæ huic Sillogismo conuenit, (sicut & Deus nonnisi animal rationale) producere.

(18) IV. Logica suum obiectum attingit purè practicè. *Ratio* Quia attingit directiuè, præscribendo modos, quibus possint fieri operationes, & quidem intrinsecè intendit rectam operationem, supposito quod debeat produci. Vnde *Nota* 1. Physica speculatio, & hic actus [Deus est summum bonum] non est practicus, quia non præscribit modum rei faciendæ. 2. Scientia practica potest considerare veritatem obiecti, & demonstrare de illo proprietates, sed non sistit in hoc. 3. Si considerat opus, erit extrinsecè speculatiua, & ista consideratio non est ipsius actus. 4. Intrinsecè respicit factibilitatem, seu quomodo possit fieri obiectũ. 5. Actus hic logicus [Definitio constat genere & differentiâ] & similes alij, æquiualent huic [Definitio debet constare genere & differentiâ] sicut & regulis grammaticæ (Substantiuum nomen concordat) id est, debet concordare. 6. Logica est gratia sui & alterius. 7. Vegetatiuum & sensitiuum est in eadem anima, non tamen practicum & speculatiuum in eodem actu, quia sibi opponuntur contradictoriè

tiè: Nam practicum respicit essentialiter opus; speculatiuum non respicit essentialiter opus.

(19) V. Logica Docens & Vtens tantum formaliter distinguuntur. *Ratio*, quia vtriusque est idem obiectum formale vtraque simul intenditur, seu vna sine altera non crescit aut minuitur intensiuè, nisi extensiue. Difficultates materiarum superantur ab alijs scientijs. Plura argumenta patent ex solutione obiectorum.

Obijc: 1. *Logicæ Docenti & Vtenti conueniũt prædicata contradictoria. Ergo distinguuntur realiter* Ant. *Docens inclinat tantùm ad cognitionem operis, & non inclinat ad vsum; vtens autem non inclinat ad cognitionem operis, sed tantùm ad vsum. Ergo.* 2do. *Directio & vsus directionis distinguitur realiter: sed Logica docens est directio, vtens autem est vsus: Ergo* 3tio. *Ideò rationale & irrationale non identificantur sibi, quia viuentis diuisio in rationale & irrationa-*

le est in partes essentiales & oppositas: atqui etiam Logicæ diuisio in Docentem, & Vtentem est in partes essentiales & oppositas: Ergo. 4to. Idem habitus non potest in diuersa inclinare; vt habitus amoris non potest in odium inclinare; seu vbi sunt diuersi actus, ibi sunt diuersi habitus: sed Logicæ docentis & vtentis sunt diuersi actus: Ergo. Min. Cognitio operis est ipsum opus; seu cognitio practica & praxis sunt diuersi actus: sed cognitio practica est actus Logicæ docentis, praxis autem est actus Logicæ vtentis: Ergo. 5. Vbi sunt diuersæ difficultates superandæ, ibi sunt diuersi habitus: sed in cognitione præceptorum (qui est actus Logicæ docentis) est diuersa difficultas ab ea, quæ est in operatione conformi præceptis Logicæ, seu in vsu præceptorum: Ergo Min. alius habet difficultatem ratione actûs, alius ratione materiæ: Ergo 6to. Quæ sunt separabilia realiter, illa distinguuntur realiter: sed Logica Docens & Vtens possunt separari realiter: Ergo. Min. tum quia si quis syllogiset in Darij, intensiorem faciet Logicam Vtentem, non inten-

det

det verò Docentem: tùm quia *syllogismus positus in materia physica, non intendet docentem*: tum quia *potest quis obliuisci præcepti*, & *tamen rectè argumentari, ac proinde tunc remittetur Docens*, & *non remittur Vtens*: tum quia *potest quis scire delineare domum, nesciet tamen eam fabricare: ergo etiam potest quis scire syllogismi præcepta, nesciet tamen syllogismum formare*. 7mo. *Logicæ habitus ab aliarum scientiarum habitu realiter distinguitur: sed Docentis & Vtentis Logicæ diuisio est hæc*: ut *Logica Docens sit habitus Logicæ, Logica autem Vtens sit habitus aliarum scientiarum*: *Ergo*. Min. *sequeretur alias definitionē hominis esse actum Logicæ*: *Ergo*: 8uo. *Logica Docens est scientia, Logica Vtens est Ars*: *Ergo*. Ant: 2da pars tum quia *versatur circa singularia*: tum quia *conclusiones multas tantùm probabiles habet*: *Ergo*. ℞o 1mi D. A. *conueniunt post opus intellectûs, respectu diuerso, denominatiue, ratione extrinseci connotati* & *obliqui, sicut literæ B. conuenit esse priorem quàm*

C. posteriorem quàm A; eidem homini simul esse dextrum & sinistrum, eidem parti montis esse decliuem & superiorem, eidem parieti esse similem vni, dissimilem alteri. C. A. *ante opus intellectûs, eodem respectu, formaliter, ratione prædecatorum intrinsecorum* N. A. *Sicut enim æquè animal ac rationale ante opus intellectûs est principium ratiocinandi, & tantùm ratione connotatorum, post opus intellectûs distinguuntur; ita vnus idemque Logicus habitus, est inclinans ad cognitionem practicam & ad praxim; & non nisi post opus intellectus ratione connotatorum distinguuntur; adeòque ipsa Logica docens dicitur esse Logica vtens, non formaliter, sed denominatiuè ab intellectu, qui illius directione vtitur, vel à praxi elicita.* 2di, D. Ma. *vsus directionis formaliter* C. Ma. *denominatiuè* N. Ma. *Logica enim vtens denominatur ab intellectu qui eâ vtitur.* 3tij, D. Min. *in oppositas secundùm rectum, formaliter:* N. Min. *denominatiuè & extrinsecè* C. Min, *ac*

pro-

proinde non in essentialiter. 4ti, N. 2dam Ma. *sunt enim enim distincti tantùm numero, sicut forma sigilli & sigillati*. 5ti, D. Ma. *ubi sunt diuersæ difficultates. quoad rectum & intrinsecum, quoad formam*, C. Ma. *quoad obliquum & quoad materiam sicut quando sigillum imprimitur ceræ, vel ferro*. N. Ma. *difficultatem enim in varijs materijs debent aliæ scientiæ facilitare, forma autem Logica, ubique est eadem*. 6ti, 1mum N. Ant. *quia simul & utens intenditur* N. & 2dum Ant. *vel* D. 2dum Ant. *Syllogismus ut elicitus, & consideratus secundùm materiam* C. A. *ut directus & consideratus secundùm formam* N. A. *Logicæ enim habitus etsi non crescat ex actibus elicitis in aliena materia, crescit tamen ex directis* N. & 3tium Ant. *est enim memor præcepti etsi tenuiter, vel syllogismi ad cuius imitationem procedet, ac proinde in hoc syllogismo erit præcepti memoria, etsi tenuis; alias aget ex directione Logicæ naturalis*. 4tum C. A. N. C. *quia in*

Antecedentis casu vel est diuersum subiectum dirigens ab exequente; vel non est qui difficultatem tollat incurrentem ex parte materiæ, cui applicanda est forma, vt tollitur in Logicæ vsu; vel quia directio ordinatur ad potentiam executricem impotentem exequi. 7ptimi, N. Min. quia quando totum potentiale diuiditur; tunc partes diuidentes debent in recto participare rationem diuisi: alias sequeretur quod qui vtitur securi esset securis. vel D. A, esse Logicæ actum quoad materiam N. A. quoad formam C. A. nec id mirum quia potest effectui tribui denominatio causæ. Sic vsus præceptorum Rhetoricæ dicitur Rhetorica: sic externi actus prudentiæ & humilitatis, dicuntur prudentia, humilitas. 8ui, D. 1mum A. circa singularia sub generalissimo conceptu, sub ratione communi C. A. vt singularia N A. vel N. 2dum A. quia habet multas, imò plures demonstratiuas, à quibus tanquam à potiori denominatur scientia; sicut & alij habitus denominantur scientia, etsi aliquas habent con-

clu-

clusiones probabiles. Addo. *Logica V-tens posita in alienis materijs, & si non esset scientia vt Quod, erit tamen, scientia vt Quo; seu est id quo alij habitus scientificè procedunt:*

VI. Ad actus suos concurrit & elicitiuè & directiuè, seu proponendo intellectui, quomodo debeant fieri operationes rectæ. Vnus verò idemque actus in aliarum scientiarum materijs, à Logica directiuè procedit, ab alijs scientijs elicitiuè.

(20) VII. Logica ad alias Scientias perfectè acquirendas est simpliciter necessaria. *Ratio*, quia demonstratio non potest dari sine Logica, ac proinde nulla scientia potest esse certa de bonitate consequentiæ, consequenter non potest imperturbabiliter, & sine formidine operari.

Dices 1. *Multa sciuntur sine Logica: Ergo.* ℞. *D. A. sciuntur cum formidine C. A. imperturbabiliter N. A.*

Dices 2. *Ad Logicam acquirendam nihil est formaliter necessarium: Ergo &*

aa alias scientias. ℟. 1. D. *A. ad Logicam naturalem, C. A. artificialem, N. A.* ℟. 2. *N. Con. quia est alteri ratio vt Quo sciendi: Ergo & sibi.*

DICES 3. *Illud est simpliciter necessarium, quod dat simplicer posse: sed Logica non dat simpliciter posse: Ergo.* ℟. *N. Ma. quia conditio sine qua non, v. g. applicatio ignis, est simpliciter necessaria ad vrendum, & tamen non dat igni posse vrere simpliciter.*

ASSERTIO II.

DE ENTE RATIONALI.

(21) § I.

Supponuntur quædam fundamenta.

I. ENs rationis est, quod nec est, nec fuit, nec erit, nec est possibile à parte rei, *seu* quod eo modo, quo terminat cognitionem, est à solo intellectu, eiusque cognitione pendens.

II. De impossibilitate Prænota hæc, *imo.* Impossibile illud dicitur, quod nullo mo-

modo potest existere à parte rei. Sic v. g. Hircoceruus est impossibilis, quia hircus & ceruus non possunt vnam essentiam ita componere, sicut animal & rationale: Nam hircus & ceruus, sunt duæ essentiæ completæ, & sibi non subordinatæ. *2do* Impossibilitas alicuius rei est *vel absoluta & intrinseca*, quando ipsius obiecti prædicata seu partes essentiales repugnant ad existendum; *seu* quando vnum prædicatum non potest coniungi cum altero sine destructione sui vel alterius prædicati: *vel est respectiua & extrinseca* quando non datur causa, quæ rem illam producat. *3tio* Impossibile sub ratione impossibilis potest cognosci à Deo, non tamen fit ens rationis. *4to.* Fit verò ens rationis, quando impossibile cognoscitur tanquam possibile, vel è contra; vt si hircoceruus cognoscatur esse possibilis, vel homo rationalis esse impossibilis.

III. De intelligibilitate *Prænota 1mo.* Intelligibilitas est *vel absoluta* & intrinseca, quando ipsius obiecti prædicata essentialia apta sunt intelligi: *vel respectiua* & per denominationem extrinsecam à po-

 tentia

tentia potente obiectum intelligere? 2do Intelligibilitas respectiua supponit absolutã. 3tio Obiecta quæ per proprias species intelliguntur, dicuntur esse obiectum motiuum; quæ verò per alienas (seu per tales, quæ tantùm dant occasionem cognoscendi aliquid, quod propriam nõ transmittit speciem cum DEVS cognoscitur per species Senis) terminatiuum. 4to Esse *ab intellectu*, est produci ab intellectu. Esse *in intellectu*, est subijci in illo, sicut cognitiones & producuntur & subiectantur in intellectu. Esse *ob intellectum* est esse obiectiuè in intellectu. 5to Ob intellectum *aliqua* habent tantùm existentiam extrinsecam, quia existentia illorum intrinseca est in ipsis rebus; quæ existunt; *aliqua* intrinsecam, quia intrinsecam nullibi habent, nisi in intellectu. Et tale dicitur esse ens rationis.

IV. De Cognoscibilibus. 1mo dicunt aliqui, quòd impossibilia, negationes, priuationes cognoscuntur secundùm se & directè; vnde remotam rationem intelligibilitatis, habent ab ente positiuo opposito, ita vt dum v. g. cognoscitur homo,

mo, tunc negetur esse equus; quòd autem sic possiat cognosci, patet, quia opposita sunt inuicem cognoscibilia. *2do* Dicunt aliqui quod non secundum se & directè concipiuntur, sed ad modum entis positiui: sic tenebræ concipiuntur ad modum nigredinis, cæcitas per modum qualitatis positiuæ. Sic autem cognosci, est cognosci per similitudinem. *3tio* Potest dici, quòd attingantur secundùm se & directè, acceptâ occasione ex specie entis positiui, ac proinde positiuum esset obiectum determinatiuum verè, negatio autem terminatinum intentionaliter, seu ex intentione. Hic modus non est multum diuersus à 1ma & 2da sententia, sed tantùm potiùs explicatio earum. V. Metaphysicam.

(22) *§. II. Non datur Ens Rationis.*

Ita Arrubal, Erize, Sfortia, Perez, Esparza, Spinula, Miller, Hainau, Oddo de Comitibus, Bartolus, Sauignanus, Franciscus Gentilis, Pallauicinus, Dominicus de Marinis, Gieraldinus. Idem sensisse videtur S. Thomas vt patebit.

Probatur Assertum 1mo ex S. Thoma, qui 1. p. q. 25. ar. 1. explicans dictum illud: *Non erit impossibile apud Deum omne verbum*, dicit: " *Id quod contradictionem implicat, verbum esse non potest, quia nullus intellectus potest illud concipere.* Et 1. con. Gen. c. 84. *Quæ sunt impossibilia, non cadunt in intellectu.* Et qu. de poten. a. 3. ad 1. *Id quod est affirmationem & negationem esse simul veram, non potest mente concipi, & per consequens nec aliquid eorum, in quibus hoc includitur*, quod est obiectum implicatorium, seu ens rationis, in quo vtiquè includitur affirmationem & negationem simul esse veram. *Probatur 2do.* Nulla datur potentia effectiua entis rationis: Ergo non datur. *Ant.* Essentia entis rationis est habere esse obiectiuũ, & compositionem non tantùm falsam, sed etiam impossibilem prædicatorum aliquorum: Sed nulla potentia datur, quæ hoc vtrumq; præstet: Ergo. *Min.* Non *appetitiua*, quia hæc fertur in obiectum propositum. Non *sensitiua*, quia etsi hæc faciat compositionem falsam, non tamen incompossibilem; omnes enim sensus ob-

iecta

iecta sensibilia coniungunt tantùm secundùm quandam iuxta positionem corporum. Sic oculus cognoscit in iride colores, baculum in aqua fractum; sic phantasia cognoscit loquelam in boue, cognoscens motum localem; sic canis fugiens vmbram, ratus esse hominem, fertur in duo confusa, non autem illa coniungit. Non *intellectus per primam operationem* quia auditâ hac voce *hircocerus* non concipitur aut existentia, aut possibilitas hircocerui, aut identitas inter hircum & ceruum: Ergo. *Ant.* Id aliqua vox significat, ad quod significandum est imposita: sed vox *hircocerus* non est imposita ad significandam existentiam, aut possibilitatem, aut identitatem: Ergo. *Min.* Hæc vox *Animal* non est imposita ad significandam existentiam, aut possibilitatem, aut identitatem cum aliquo: Ergo. Non *per 2dam & 3tiam operationem*, quia, qui assentitur huic propositioni, [DEUS alter est possibilis à parte rei, possibilitate physicâ] ille facit ens rationis: Sed naturaliter est impossibile, vt quis præfato actui assentiatur; quia impossi-

bile

bile est, vt quis assentiatur ei, quod euidenter scit esse falsum: Ergo. *Probatur.* 3tiò. Omnis cognitio debet supponere obiectum circa quod versatur. Ergo. *Ant.* Omnis cognitio creata pendet ab obiecto: Ergo. *Diceres* ab obiecto primariò, C. A. secundario N. A. *Contra*, Ideò cognitio pendet ab obiecto primario, quia ab illo specificatur, & mutatur illo mutato: sed etiã specificatur à secundario, & hoc pereunte perit cognitio: Ergo. *Probatur* 4tò. Non est possibile ens, cuius adæquata intelligibilitatis ratio sit à forma intellectiua: sed ens rationis deberet esse tale: Ergo. *Ma.* Non datur ens, cuius adæquata possibilitas, illuminabilitas, liquefactibilitas &c. sit tantùm à potentia potente producere illuminationem, &c. Ergo. *Probatur* 5tò. Intellectus ad cognoscendum ens rationis deberet determinari per alienas species: sed non potest: Ergo. *Min.* Per species bouis non potest determinari ad cognitionẽ hominis; & quidẽ ideò quia bouis &

ho-

hominis nulla est similitudo: atqui etiam entis ficti nulla est similitudo cũ ente reale ergo. *Probatur 6tò* Contradictoria non possunt practicè & formaliter esse in eodem intellectu; sed ens rationis inuoluit contradictionem, quia inuoluit esse & non esse, & quidem practicè; Ergo. *Probatur 7ptimò*. Obiectum intellectûs debet esse verum: sed ens rationis non est verum; quia veritas ficta nulla veritas est: Ergo. *Probatur 8uo.* Hæ propositiones, *Homo est Leo*, *Homo non est Leo*; non essent contradictoriæ, quia non haberent idem obiectum terminatiuum. *Probatur 9no.* Quando DEUS cognoscitur per species sensis, non fit ens rationis, quia omnia ibi realia concipiuntur: atqui dum etiam hircocervuus concipitur per modum vniti corporis & animæ, sunt omnia realia: Ergo. *Probatur 10mo*. Sequeretur facere ens rationis eum, qui dicit, hircoceruus non est possibilis, vt aliqui concedunt: atqui non facit: Ergo. *Min. tum quia* iuxta multos Oppositos, hac propositione [Petrus non est

bos]

bos] non ſit ens rationis: *tum quia* non facit ens rationis qui dicit, negatio nec eſt quid poſitiuum nec progatio nec eſt quid poſitiuum nec producibilis; impoſſibile non eſt producibile. *tum quia* qui verum dicit, non fingit, nec tenetur priùs fingere, vt poſtea verum dicat; ſicut vt paries dicatur eſſe non cognitus, non opus eſt priùs fingere cognitionem in eo inhærentem: *tum quia* quando Ioſue *Deut:* 3, 24 dixit, *neque enim eſt alius* DEUS, &c. non fecit ens rationis: *tum quia* per pleroſque Oppoſitos, DEUS non facit immediatè ens rationis; iam verò ſequeretur feciſſe tunc, quando dixit: *non habebis Deos alienos*. *Probatur* 11*mo*. Sequeretur facere ens rationis eum, qui dicit hircoceruus eſt impoſſibilis: ſed non facit: Ergo. *Min:* qui concipit impoſſibilitatem hircocerui non facit ens rationis; (nam & DEUS concipit impoſſibilitatem hircocerui, & tamen non facit ens rationis:) ſed qui dicit, hircoceruus eſt impoſſibilis, ille concipit impoſſibilitatem hircocerui. Ergo.

Obij-

Obijcies 1mo. Dum aliquid totam ſuam eſſentiã, & totum ſuum eſſe intrinſecum, tantùm obiectiue habet; & nullo modo à parte rei; tunc eſt ens rationis: ſed poteſt homo vel fractura baculi; tantùm obiectiuum eſſe habere: Ergo. *Min.* ſæpe truncus à longè ſtans, videtur eſſe homo; & baculus in aqua exiſtens, videtur eſſe fractus: Ergo. tunc homo & fractura baculi, tantùm obiectiuum eſſe habet. ℞o *D. A.* Videtur *id eſt* oculis aut apprehenſione percipitur, *N. A.* videtur enim hic numero truncus & baculus, quamuis non clarè quia ſpecies ſunt confuſæ: *id eſt*, ab intellectu iudicatur, C. A. Poteſt enim iudicare falsè, non tamen tunc faciet ens rationis, quia & homo & fractio baculi non implicat.

Obiicies 2do. Sæpè phantaſia in dormiente, iudicat homini alas eſſe vnitas, imò & identificatas: Ergo, ℞o 1*mo* *N. A.* phantaſia enim non indicat, ſed tantùm concipit rerum iuxta

po-

positionem. ℞. 2do. D. *A.* iudicat materialiter sicut pica C. *A.* formaliter cum assensu N. A.

Obijcies 3tio. Potest concipiens rationis: sed non aliter quam fingendo: Ergo, &c. ℞. 1mo. D. *Ma.* potest concipi practice N. Ma. speculatiue sine assensu, vt à pica loquente C. *Ma.* ℞. 2do. N. *Min.* concipitur enim remotiue; hoc est, quando concipitur ens reale, eo ipso remouetur ab eo negatio, seu implicite cognoscitur illud ens reale, non esse fictum, sicut quando Petrus concipitur esse homo, eo ipso concipitur esse non bos.

Vrgebis. Qui definit ens rationis, concipit illud non tantùm remotiuè sed & in se: atqui definitur ens rationis: Ergo. ℞. D, *Ma.* concipit practicè, seu cum assensu *N. Ma.* speculatiuè C. *Ma.*

Obijcies 4to. Qui concipit naturam entis rationis facit ens rationis: sed qui

qui definit ens rationis, concipit naturam entis rationis: Ergo. ℞. *D. Ma.* concipit practice *N, Ma*. speculatiue *C. Ma.*

Obijcies 5to. Dum dico sic: [identitas inter hircum & ceruum est impossibilis;] tunc identitas in hircoceruo concipitur remotiue: Ergo. debuit posse concipi admotiue, ℞. *D. A.* remotiuè, *id est*, separando ad motam, *N. A. id est*, negando inesse veram: sicut quando dicitur silentium audiri: hoc est non audiri vox, tenebræ videri: hoc est non videri lux, *C. A.* Sic etiam remoueo albedinem, dum dico, coruus non est albus.

Obijcies 6to. Dum dico hircoceruum esse impossibilem, talem concipio esse impossibilem, qualis est impossibilis præfata enim propositio est conformis suo obiecto, sed ille qui est impossibilis, habet non veram identitatem: Ergo. ℞. *N. Mi.* dicendum enim erat potius, non habet veram identitatem.

Obij.

Obijcies 7mo. Hæc propositio [bircoceruus non est possibilis,] negat aliquid de subiecto : sed non de subiecto vero. Ergo de ficto. ℞. *N. Min.* quia præfatæ propositionis sensus est hic : [identitas vera & realis; *qualis est inter animal & rationale* ; non est possibilis inter hircum & ceruum.]

Obijcies 8uo. Hæ propositiones, *Petrus est equus*, *Petrus non est equus*, sunt contradictoriæ : atqui non essent. Ergo. *Min.* Negatiua propositio tollit id quod affirmatiua ponit : atqui negatiua tolit equinitatem non veram sed fictam : Ergo & affirmatiua fictam ponit. ℞. 1*mo N.* 1*mam Ma.* vide Logicam num: 59. notando 2do & 4to. ℞. 2*do N.* 2*dam Min*, quia hanc tollit, quæ non est identificabilis Petro ; atqui quæ non est identificabilis, est vera : Ergo. *Addo.* Hæc propositio, *coruus non est albus*, tollit albedinē à coruo non fictā. Reuoca item quod supra in probationibus dixi sic : *Probatur* 6. cōtradictoria non possunt practice cū assēsu & formaliter esse in eodem intellectu: sed

ens

ens rationis inuoluit contradictionem; quia inuoluit esse & non esse, & quidem practicè : Ergo. *Probatur 7mo.* Obiectū intellectûs debet esse verum : Sed ens rationis non est verum, quia veritas ficta, nulla veritas est : Ergo. *Probatur 8uo* Hæ propositiones *Homo est Leo*, *Homo non est Leo*, nō essent contradictoriæ, quia non haberent idem obiectū terminatiuū.

Dices 1mo Scis quid negas: Ergo concipis ens rationis. ℞. D. A. Scio in se, proximè, & directè N. A. in alio, indirectè, remotiuè. C. A. Sic cognoscuntur impossibilia, negationes, priuationes: Nā cognoscendo directè entia realia, v. g. hominē, remotiuè cognosco negationem, imò & alia entia positiua. Sic Devs cognoscendo seipsū directè, in seipso cognoscit impossibilitatem alterius Dei. *Instabis.* Auditâ hac voce *Hircocervus* intelligo eius significatum : Ergo. ℞. intelligo remotiuè, &c. vt supra. *Promouebis.* Omnis actus debet habere proprium obiectum : Sed nisi detur fictio entis, hic actus verus (*Hircocervus impossibilis*) non haberet obiectum ; Ergo. ℞. *N. Mi.* Nam præfa-

ti

ti actûs obiectum, est hircus & ceruus, & negatio identitatis; nec opus est, vt fingatur ibi existens identitas, sicut, vt album concipiam non esse nigrum, non est opus, vt concipiam præexistentiam nigredinis, aliàs falsum conciperem: Ergo. *Insistes* Huius propositionis (*Ens rationis est dabile*) non posset dari obiectum. ℞. N. A. vt supra. *Vrgebis* Diuersa sunt obiecta istorum actuum (*Hircocervus est impossibilis; hircocervus est possibilis*) quia vnus est verus alter falsus: Sed primi actûs obiectum est hircus & ceruus: Ergo non alterius. ℞. *N. Ma.* quia actus verus & falsus, circa idem obiectum versantur.

Dices 2do Possum dicere (*Hircocervus est possibilis*) Ergo faciam ens rationis. ℞. D. A. possum dicere practicè, assensiuè, formaliter, N. A. speculatiuè, materialiter & externè. C. A. Dicã enim sicut pica, aut sicut pueri se baptisantes, aut sicut Neomysta se exercens. *Instabis*. Cum assensu dixit impius, *Non est Deus*, cum assensu hæretici blasphemant, *Deum esse authorem peccati*, cum assensu Salomon *adorauit Deos alienos*; Ergo. ℞. D. A. cum assen-

assensu, *id est*, ex conuictione, formaliter, seu ratione cognitæ veritatis, N. A. sic enim non peccarent; cum assensu, *id est*, cum pertinacia, C. A. Quodsi quis assentitur, quia conuictus, quia non agnouit veritatem, dicetur assentiri materialiter, nec peccaret. *Promouebis.* Gentiles agnouerunt plures Deos sine pertinacia: Sed plures Dij sunt impossibiles: Ergo faciebant ens rationis. ℞. *D. Ma.* plures Deos formaliter N. Ma. materiaterialiter C. M. vt enim facerent ens rationis, debuerunt cognoscere verũ Deum, & vera Dei attributa; eaque concipere identificata creaturis; Non cognouisse autem patet ex S. Paulo. 1. Cor. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Agnoscebant ergo aliquam in aliqua creatura perfectionem, eminentiam, & ei conferebant Deitatem.

Dices 3*tio* Practica entis rationis cognitio, est cognitio factiua entis rationis: Sed datur practica entis rationis cognitio: Ergo. *Min.* Cognitio ostendens modum quo aliquid debet fieri, est cognitio practica; sed datur cognitio ostendens

dens modum, quo debeat fieri ens rationis: Ergo, ℞. D. 2dam *Ma.* Cognitio completa per possibilitatem obiecti ac potentiæ excutiuæ, C. Ma. secùs. N. Ma. Sic in Angelo cognoscente modum fabricandi cæli, & in Archimede cognoscente modum mouendi terram, non est cognitio practica, quia est in potentia impotente exequi.

DICES 4to Hæc sententia est contra torrentem Autorum: atqui Seneca ep. 117. ait, *Veritatis argumentum esse, aliquid omnibus videri*: Ergo &c. Maior prob: Qui pro hac sententia citatur, habet hanc inscriptionem: *Hic iacet extinctus, nigra fuligine tinctus, Petrus Bombinus, Logicorum rite Patrinus, nullis patronis damnauit is Ens rationis, si plus durasset credo ens quodcunq; negasset*: ergo &c. ℞. 1mo Senecæ opponendo S. Thomam qui 1. p. q. 45. a. 1, ait, quòd *non est demonstratoris, sed probabiliter persuadentis allegare autoritates antiquorum*. Et capit. Capellanus de Ferijs statuitur quod communis opinio non est præferenda illi quæ melioribus nititur rationibus. ℞. 2do

Insi-

Insignes pro hac sententia. Autores sunt supra citati.

(23) ASSERTIO III.

De Distinctionibus.

1. DIstinctio variè solet diuidi, 1*mo*, *Realis actualis* est interea, quæ sunt realiter & actu à se distincta, vt Petrus & lapis. 2*do*, *formalis ex natura rei*, interea, quæ non quidem realiter, tamen ante opus intellectûs sunt distincta, quia eis conueniunt prædicata contradictoria, sed hoc refutabitur mox puncto iij. 3*tio*. *in tertio*; sic paternitatis diuinæ *generare* à naturæ *non generare* distinguitur ratione filij; sed de hoc in Theol. 4*to*, *Virtualis* quæ est virtus in vna re æquiualens pluribus. Sic vna anima hominis multiplex est virtualiter, seu æquiualet & animæ floris & bouis, quia eos præstat effectus, quos anima in flore & boue. Hæc distinctio *aliter* dicitur esse ratione connotatorum, & eatenus realis, quatenus connotatio est realis. 5*to*, *Rationis*, quâ quod est vnum in re, concipitur tanquam duo. Hæc alia est *rationis ratiocinantis*, quæ est sine fundamē-

o in re, sed solius intellectûs beneficiô; vt inter definitionem & definitum, inter ensem & gladium. *Alia rationis ratiocinatæ*, quæ fit cum fundamento in re, seu quæ diuidit id, quod vnum est realiter, multiplex autem virtualiter. Rationis ratiocinatæ distinctio solet subdiuidi ita, vt *alia* sit *formalis*, seu ex parte actûs solùm, vt quando concepto in homine animali, simul concipitur rationale, etsi illud clarè, hoc confusè & obscurè; *alia obiectiua*. Et hæc iterum *alia præscindens intrinsecè*, vt quando solum animal concipitur, & rationale excluditur, seu negatur esse intrinsecum animali; *alia præscindens extrinsecè*, quando cognitio terminatur ad vnũ prædicatum, & non ad aliud; v. g. quando cognosco animal, & ad rationale habeo me indifferenter, seu, neque cognosco, neque non cognosco.

II. Res entitatum pluralitate, distinguuntur fundamentaliter, vltimatè & formaliter per negationem. *Ratio* 1*ma*, Ligni siue chartæ scissæ pars A distinguitur à parte B. sed non per suam entitatem; quia hæc eadem est quæ fuit: Ergo per

per negationem. *Ratio 2da* Huic propositioni [Plures numero homines realiter inter se distinguuntur] æquiualet hæc *Plures numero homines non sunt idem numero homo*) non autem hæc (*Plures numero homines sunt plures numero homines*) quia hæc nugatioria est: Sed alias ita deberet resolui: Ergo. *Ratio 3tia.* Dicere sic (Petrus non est Paulus) est formaliter distinguere: Sed hoc fit per negationem: Ergo.

DICES. Quod est constitutiuum, est distinctiuum: Sed negatio non est constitutiua: Ergo. ℞. *D. Ma.* est distinctiuum fundamentaliter, C. Ma. formaliter N. Ma. Pro reliquis obiectionibus soluendis. *Nota 1mo* In ferro ignito est negatio identificati caloris, quamuis non vniti. Vnde etiam inter ferrum ignitum & calorem est distinctio per negationē. *2do* Antequam intelligatur negatio, Petrus nec est formaliter Paulus, nec est formaliter nō Paulus *3tio* Falsum est quod esse Petri sit formaliter non esse Pauli, quia ens positiuum non est formaliter ens negatiuum. *4to* Per prædicata nega-

tiua

tiua bene poteſt definiri id quod conſt
ex prædicatis negatiuis, vt tenebræ, ca
citas. 5to Negatio Pauli, quæ eſt in Pe
tro, formaliter negat Paulum, materia
liter autem negat Petrum, quatenus no
eſt affirmatio Petri.

III. Non datur ex natura rei formali
diſtinctio *Ratio* eſt potiſſimùm ex euer
ſione fundamentorum oppoſitæ.

Dices 1mo Animali & rationali ant
opus intellectûs conueniunt prædicata
contradictoria: Ergo ante opus intelle
ctûs diſtinguuntur. *Ant.* Animali con
uenit eſſe principium ſenſationis; ratio
nali non conuenit eſſe principium ſenſa
tionis: Ergo. ℞. *N. A.* quia tam ratio
nali quam animali ante opus intellectû
conuenit. *Addo* Quibus conueniunt præ
dicata contradictoria intrinſecè conſtitu
tiua rei, illa diſtinguuntur ante opus in
tellectûs, quibus verò conueniunt pe
denominationem extrinſecam ob diuer
ſitatem effectuum, illa nõ diſtinguuntu
Ex diuerſitate enim effectuum, male col
ligitur diuerſitas cauſarum, ſeu poten
tiarum. Alias *ſequeretur* 1mo quòd dare

tur

tur diuersus *intellectus* assensiuus & dissensiuus, affirmatiuus & negatiuus &c. *2do Potentia* ambulandi & currendi. *3tio Voluntas* recedens à peccato, & accedens ad Deum. *4to Actus contritionis* amans Deum, & detestans peccatum: Atqui sequelæ sunt falsæ; *quod probatur* quia potest vna eademq; forma respectu diuersorum subiectorum concipi: Ergo & per diuersas duas denominationes. Sic eadem cognitio dat obiecto esse cogniti, Intellectui cognoscentis; vna eademque cognitio est Dei, quatenus producitur à Deo, & non est Dei, quatenus est repræsentatiuæ talpæ v. g. & nō Dei. DICES *2do* Rationale excluditur ab animalis essentia, definitione; Ergo. ℞. D. A. ab essentia adæquatè seu physicè sumpta, N. A. inadæquatè seu metaphysicè C. A. DICES *3tio* sequeretur, quod de quo potest prædicari animal, posset prædicari & rationale: Ergo. ℞. D. A. animal realiter, identicè seu identificatum homini, C. A. animal formaliter, seu abstractum, & non identificatum homini seu rationali. N. A. DICES *4to* Inter insepa-

C rabilia

rabilia maior est communicatio: Erg
minor distinctio. ℞. 1mo D.A. commu
nicatio physica C. A. metaphysica N. A
℞. 2do D. Con minor, id est, ex natur
rei, N. Con. id est rationis, C. Con
DICES 5to Modus est quid minus quàm
ens absolutum: Ergo. ℞. D. A. minus
physicè, C. A. metaphysicè N. A. Plures
obiectiones soluuntur sub vniuersalibus

IV. Ad gradus metaphysicos distin
guendos, non sufficit præcisio formalis
sed requiritur obiectiua. *Ratio tum* qui
quæritur de distinctione graduu n non
cognitionum; *tum* quia hæc vox DEVS
non est imposita ad significandam im
mensitatem, infinitatem: *Item* possum
de homine prædicare solum animal sin
rationali: Ergo possum concipere in ob
iecto vnam formalitatem, non cogno
scendo aliam *tumquia* si nihil in obiecto
præscinderetur, sequeretur, quòd quan
do Saracenus dicit: (Non credo Deum
trinum, sed credo vnum) per hunc actu
(credo Deum vnum) attingeret omni
prædicata identificata Deo, adeoq; et
trinitatem; ac proinde bene crederet
Sed

Sed hoc nemo dicit: Ergo. DICES 1mo Poteſt cognitio terminari ad totum animal rationale, cognoſcendo illud iam in ordine ad ſenſationes, iam ad ratiocinationes: Ergo. ℞. D. A. poteſt cognitione præciſiuâ & abſtractiuâ, N. A. ſecus, C. A. DICES 2do Conuenientia plurium non poteſt cognoſci, quin cognoſcantur plura: Ergo. ℞. D. A. conuenientia ſimilitudinis, C. A. vnitatis, N. A. vel D. A. quin cognoſcantur plura per actum exploratiuum, vel relatiuum, reflexum, C. A. abſtractiuum N. A. vel eandem diſtinctionem applico ſubiecto Antecedentis. DICES 3tio Viſio terminata eminus ad colorem, & actio productiua nō præſcindit: Ergo nec cognitio. ℞. *N. Con.* quia ab eſſe phyſico non valet argumentatio ad intentionale; Viſio enim & productio fertur in ſingularia. DICES 4to Sequeretur idem eſſe & non eſſe, animal & rationale diſtingui realiter: Ergo &c. *Ant.* Verus eſt hic Syllogiſmus in Cameſtres (Animal Petri actu nemine cogitante eſt capax cognoſci in ſenſu formali aut virtuali per præciſiuam cogni-

 tionem

tionem expressiuam solius animalis: rationale Petri actu nemine cogitante non est capax cognosci in sensu formali aut virtuali per præcisiuam cognitionem expressiuam solius animalis: ergo rationale Petri actu nemine cogitante non est animal Petri:) Ergo &c. ℞. Nego præfatum syllogismum esse verum: *tum quia* animal & rationale sub his terminis non sunt actu nemine cogitante sed est Petrus, Bucephalus &c. *tum quia* pugnant hæc, *actu nemine cogitante*, &, *in sensu formali*: *tum quia* retorqueri posset sic (paternitas actu nemine cogitante est capax cognosci in sensu virtuali per præcisiuam cognitionem expressiuam solius paternitatis; & natura diuina non est capax cognosci; ergo natura diuina & paternitas distinguuntur realiter.) Item sic (Animal Petri actu nemine cogitante est capax posita præcisione formali vti in ordine ad sensationes Petrus denominetur animal; rationale nō est capax; ergo rationale actu nemine cogitante non est animal) DicES 5to Verus est hic expositorius syllogismus: (rationale est non

cognis-

ognitum ; hæc entitas est rationalis ; ergo hæc entitas non est cognita:) ergo si cognito animali hominis non cognosceretur rationale, hoc ipso non cognosceretur hæc animalitas. ℞. D. Min. hæc entitas sumpta adæquatè. C. Min. inadæquate N. Min. DICES 6*to* Rudis ignorans definitionem hominis, si hominem cognoscat non præscindet ab animali rationale ergo ℞. N. C. quia definitum non præcinditur à difinitione, siquidem tantum ratione ratiocinante distinguuntur. DICES 7*mo* Distinctio debet esse in intellectu : ergo non dantur præcisiones obiectiuæ ℞. D. A. in intellectu subiectiuè C. A. terminatiuè N A. DICES 8*vo*. Ratio communis abstracta conformaretur cum obiecto metaphysicè seu inadæquate sumpto : ergo cum obiecto secundo intentionaliter sumpto : ergo obiecto non prout est. ℞. vel N. 1*um* Con. vel D. 2*dum* C. nõ prout est à parte rei & adæquatè C. C. obiectiuè & inadæquatè N. C. *Pro reliquis obiectionibus soluendis Nota* 1*mo* Animal potest cognosci sine rationabilitate, creabilitate,

singularitate. *2do* Nihil tamen mutabitur in obiecto intrinsecè, sed tantùm extrinsecè vel denominatiuè. *3tio* Post opus intellectûs animali & rationali possunt conuenire prædicata contradictoria, etiam physica, vt cognosci & non cognosci. *4to* Sicut Petrûs eâdem ratione consideratus, non potest mihi esse simul & dexter & sinister; ita animal eâdem ratione non potest esse cognitum & non cognitum: Erit enim cognitum, si ad illud terminabitur cognitio, non erit si ad solum rationale. *5to* Non destruitur axioma illud *Quæ sunt eadem vni tertio, sunt idem inter se*, quia quidquid subsumes, diuerso modo accipietur vnũ quam aliud, v. g. animal generaliter, & rationale differentialiter; Animal rationale & intrinsecum, cognitio extrinseca. *6to* Dum videtur albedo in pariete, dicitur paries visus materialiter & in alio, sed sine præcisione; oculus enim non præscindit; dum autem cognoscitur animal, potest rationale non denominari cognitum, quia est præcisio; præterea, posset dici cognitum identicè, (quatenus non

præ-

præcisum intrinsecè) sed non formaliter. *7mo* Animal vt correlatiuum non cognoscitur sine rationali; sed correlatiua non intrant in constitutionem sui correlatiui. *8uo* Dicenti sic: Quando forma denominans obiectum præcisum est tota intrinseca actui, tunc nihil præcisionis tenet se ex parte obiecti: Sed forma denominans est tota intrinseca actui: Ergo. Responde *D. Ma* nihil præcisionis intrinsecæ, actiuæ, formalis, C. Ma. extrinsecæ, passiuæ seu terminatiuæ & obiectiuæ, N. Ma.

V. Inter gradus metaphysicos nō datur præcisio obiectiua intrinseca. *Ratio 1ma* Illud non cognoscitur aliquo conceptu, quod penitus vi eius ignoratur: Sed solâ præcisione extrinsecâ hoc habetur: Ergo. *Ratio 2da* Potest obiectum, à forma extrinseca denominari visum: Ergo & præcisum. *Ratio 3tia* Præcisio intrensica inuoluit falsitatem: Ergo *Ant.* Sequeretur hanc propositionem esse veram (Homo non est animal) Ergo. *Ant.* Ideo hæc propositio [Homo non est bos] vera est, quia bos non est quid intrinse-

cum homini ! Sed etiam per Intrinseci-
nistas, Animal non est quid intrinsecum
homini : Ergo.

Pro Obiectionibus soluendis *Nota 1mo*
Animal à rationali non diuiditur in esse
physico, sed in intentionali. *2do* Anima-
li vt sic, rationale est intrinsecum identi-
cè, extrinsecum autem denominatiuè.
3tio Negatio in rationali, non est anima-
lis, sed cognitionis terminatæ ad animal;
vnde etiam per hanc negationem est di-
stinctio. *4to* Etiam Deus habet in se
negationem corporis. *5to* Quando intel-
lectus præcisiuè cognoscit hominem si-
nè indiuiduis, item animal sine rationali;
tunc huic actui ex parte obiecti respon-
det formaliter solus homo & animal co-
gnitum ; indiuidua autem & rationale
non respondet formaliter, sed tantùm
materialiter, seu potiùs, non respondet.
6to Animal præcisè cognitum habet si-
bi intrinsecam præcisionem , non tamen
talem, quæ neget rationale. *7mo* Falsum
est, quòd talis debet esse distinctio, qua-
lis compositio. Vnde etsi vnio est intrin-
seca inter animal & rationale in compo-
sitio-

fitione, non sequitur tamen debere esse intrinsecam distinctionem.

ASSERTIO IV.

De Vniversalibvs In Commvni

Vniuersale est vnum aptum inesse multis & prædicari de illis.

(24) §. De Unitate vniuersalis.

I. DEbet esse vnum per se. Quia vniuersale est obiectum scientiæ; obiectum autem per accidens non est obiectum Scientiæ. Non sufficit vnitas numerica, quia hæc non est respectu plurium; sed requiritur formalis, quæ est conuenientia plurium in aliquo prædicato substantiali.

II. Hanc vnitatem Nominales dicunt esse in vocibus. *Contra* quia non vox, sed res prædicatur de inferioribus. Dices Si natura v, g. humana esset vniuersalis, tunc Petrus & Paulus differrent inter se & non differrent: Ergo. ℞. Differrent secundùm rationem indiuidualem, non secundùm rationem communem: vnde etiam non mouerentur duobus motibus.

III.

III. Plato vnitatem vniuersalium di-
cebat, esse extra singularia, manentem
sub concauo lunæ; diciturque idea, seu
Antehomo, Anteleo, seu ipsissimus ho-
mo &c. *Contra* Quidquid producitur &
existit à parte rei, est singulare: *tum* quia
quod prædicatur de alio, debet illi esse
connexum & identificatum; *tum* quia
hæ ideæ constituunt singularia: Ergo nō
sunt separatæ. DICES Potest intellectus
facere vniuersale: Ergo & Deus creare.
℞. *N. Con. tum quia* vniuersale esset sin-
gulare; quia quidquid existit à parte rei,
est singulare: *tumquia* non prædicare-
tur id quod inest.

IV. Fonseca & Soncinnas docent vni-
uersale esse ante singularia, ponuntq; tri-
plicem statum; scilicet *Solitudinis*, *Con-
tractionis*, *Abstractionis*, quando natura
ad primum statum reuocaretur per intel-
lectum. Contractio & Abstractio non
reijcitur, sed ille status solitudinis *impu-
gnatur imo* quia Natura non est commu-
nis multis in statu Contractionis: Ergo
nec ante contractionem; essentia enim
naturæ eadem est in statu contractionis,
quæ

antè. 2do Posset etiam nunc Petri separari, & coniungi Paulei- quidem nihil est, quod Deum vo- n impediret. 3tio Quidquid est rea- debet existere in singularibus; ac pro- de quod naturæ conuenit realiter, con- nit vt contractæ. 4to Illa natura esset gularis, sicut albedo ponibilis in plu- bus parietibus.

Pro soluendis obiectionibus. *Nota* 1. atura humana quæ est in Petro, est ea- m cum singularitate Petri imò nihil ud, quam singularitas Petri. 2do Na- ra humana est tota in Petro quoad es- ntialem perfectionem, non tamen ita ta, vt ei repugnet habere aliam simi- m. 3tio Quando dicitur, quod natura ius fuit indifferens ad multa, quàm de- minaretur ad differentias; priùs mul- ilicabilis quàm multiplicata; priùs ssibilis, quàm possibilis Petrus, priùs mmunis multis quàm singularisata; *sponde vel* negando suppositum, iuxta ionem 4tam; quia natura in illo prio- antequam produceretur, vel fuit nihil, l si fuit aliquid fuit idem cum singula- ribus,

ribus, vtpote illis identificata ; *vel* [illegible]
gue sic ; priùs metaphysicè, logicè, [illegible]
ritate rationis, consequentiæ, C. A. [illegible]
realiter, physicè tempore aut naturâ, [illegible]
A. 4*to* Natura à parte rei est vna entita[illegible]
tiuè per similitudinem, seu similis ; for-
maliter autem vna, communis multis, in-
differens est per abstractionem. 5*to*
Quando dicitur, naturæ secundùm se
sumptæ conuenit esse ingenerabilé, com-
munem multis &c. *Dinstingue sic* : natu-
ræ secundùm se, *id est*, secundum sua es-
sentialia prædicata, seu naturæ abstracta,
C. A. naturæ secundum se, *id est*, in sta-
tu aliquo independenter ab intellectu,
N. A. 6*to* Quando dicitur : Res quæ
diuiditur in plura debet esse vna : Ergo
& quæ multiplicatur, debet esse vna. [illegible]
N. Con. quia diuisio dicit separatio-
nem, nihil autem separatur, nisi quod fuit
coniunctum ; multiplicatio autem dicit
poni plura à parte rei. *vel distingue Con.*
debet esse vna entitatiue, C. Con. for-
maliter N. Con.

V. Scotistæ plurimi docent natu-
ram vnam formaliter esse à parte rei, [illegible]

sin-

ca; ita vna eademque cognitio abstractiua, est denominatio extrinseca & vnitatis & Aptitudinis.

Pro reliquis Obiect. soluendis Nota 1mo. Natura est necessariò singularis, & repugnat esse in pluribus non ratione sui, sed ratione indiuidui. 2*do* Naturæ, dum existit à parte rei, repugnat vt non sit singularis, non verò dum existit obiectiuè. 3*tio* Aptitudo fundamentalis est intrinseca naturæ, non autem formalis & completa. 4*to* In obiecto nihil est negatiuũ, sed omnia sunt positiua.

(28) §. III. *De modo inessendi & de inferioribus vniuersalis.*

I. Vniuersale inferioribus nõ inest *per inhæsionem*, vt albedo parieti; nec *per informationem*, vt anima corpori; sed *per identitatem*. Porro aliqua insunt *per identitatem suppositi & essentiæ simul*, id est, & insunt & constituunt essentiam; sic homini animal, sic inferioribus genus, species & differentia inest: Aliqua *per identitatem solius suppositi*, quæ insunt quidem, sed non constituunt entitatem, vt

 albe-

albedo & dulcedo in eodem lacte. Si
inferioribus Proprium & Accidens inest
II. De inferioribus vniuersalis *Not.*
1mo Debent esse plura, seu multiplicabi
lia actu vel potentiâ; alias enim non vni
uersale, sed æquale de æquali prædica
bitur. vnde respectu Dei non datur vni
uersale, quia nihil à sua essentia potest ab
strahi, singularitas autem in Deo, est es
sentia. *2do* Inferiora illa debent haber
vnam eandemq; rationem communem
seu Vniuersale suis inferioribus inest, &
diuiditur in illa non physicè sed logicè se
metaphysicè, *seu* secundùm eandem ra
tionem, omnibus æquè inferioribus con
uenit. Vnde pileus non est vniuersale re
spectu plurium capitum &c.

(29) §. IV. De Causis Universali

I. Solus intellectus facit vniuersale
quia ille abstrahit rationem communem
Non tamen Diuinus, quia hic fertur
res intuitiuè. Intellectus humanus fac
vniuersale per primam operationē; qu
potest abstrahi aliquid, seu commun
concipi significatum sine vlla affirmati
ne

ne aut negatione. Nõ intellectus Agens, sed Possibilis facit vniuersale *Ratio* quia res per speciẽ impressam intellectûs agentis, nondum habet statum obiectiuum; Intellectûs enim agentis munus est, non cognoscere obiectum, sed præcisè efficere speciem tanquàm semen cognitionis. DICES 1*mo*. Intellectus agens facit obiectũ intellectûs possibilis, repræsentat naturam communem: Ergo. ℞. Facit repræsentat remotè, virtualiter, seu semen specierum pro cognitione parando, C. A. proximè, formaliter, N. A. DICES 2*do* Non datur exemplum, quod vna potentia sit cognoscitiua specierum, altera obiecti. Ergo nec intellectus est duplex potentia. ℞. *N. Con* quia solus intellectus eget depuratione specierum à singularitate. DICES 3*tio* Speciei impressæ respondet obiectum vnum: Ergo vniuersale fit per actionem intellectûs agentis. ℞. *D. A.* obiectum vnum, quod accipit vnitatem à specie impressa, N. A. expressa C. A.

(30) II. Vniuersale fit per actum directum; *seu* datur vniuersale absolutum

 con-

condiſtinctum à formali relatiuo. *Ratio 1ma* Per actũ directũ ſecundæ operationis, ſeu exercitè res aliqua habet eſſe prædicati, ſubiecti &c. Ergo etiam per actũ directum abſtractiuum, ſeu naturam ſine ſingularitatibus cognoſcentem habebit eſſe vniuerſalis. *2da* Vniuerſale relatiuũ ſupponit abſolutum. *3tia* Vniuerſale abſolutum omnes habet conditiones; nempe abſtractionem, vnitatem & aptitudinem. *4ta* Natura abſtracta non eſt in ſtatu contractionis, nec habet formam, per quam ei repugnet ineſſe multis: Ergo eſt vniuerſalis. *Pro Obiect. ſoluendis Nota 1mo* Vniuerſale ad inferiora dicit ordinem tranſcendentalem, ſicut accidens ad ſubiectum. *2do* Per actum abſtractiuum natura vniuerſalis eſſe cognoſcitur exercitè & non reflexè quia hoc non requiritur. *3tio* Per actum abſtractiuum natura recedit ab indiuiduis non tamen accedit ad illa, quia ad illa non dicit ordinem prædicamentalem.

(31) III. Per actum reflexum comparatiuum nec fit, nec fieri poteſt vniuerſale. *Ratio tamquia* Vniuerſale ſine relatione

tione eſt obiectum Scientiæ: *tumquia* Cognitio cognoſcens amatum, viſum, non dicitur amare, videre: Ergo etiam cognoſcens naturam vniuerſaliſatam, non dicetur eam vniuerſaliſare. Dices. Debet natura cognoſci eſſe ad plura, vt poſſit prædicari: Ergo. ℞ D. A. cognoſci exercitè per actuales prædicationes, C. A. reflexè, N. A *vel* reflexè quidem, quæ reflexio tamen non eſſet conſtitutiuum principium vniuerſalis. Sic bonum amari non poteſt, niſi cognitum in eſſe tamẽ amabilis, non conſtituitur per cognitionẽ.

(32) §. V. *De Prædicabilitate vniuerſalis ſeu de vniuerſali Logico.*

I. Vniuerſale logicum fit ante comparationem compoſitam, ſeu ante actualem prædicationem. *Ratio tumquia* potentia præcedit actum: *tumquia* conuenientia pluriũ poteſt conſiderari per primam operationem.

II. Vniuerſale ſpecificatiuè ſumptum, dicit formaliter naturam, connotatiuè cognitionem; ſumptum autem reduplicatiuè, dicit pro formali cognitionem,

pro materiali naturã. *Ratio* quia omnia concreta ita dicunt.

III. Natura prædicatur formaliter in recto vt Quod, quia ineſt; vniuerſalitas autem vt Quo, ſeu tantùm vt conditio ſine qua non; quia eſt ratio prædicandi. Nam formale ſignificatum prædicati, debet eſſe ſaltem ratione diſtinctum à ſubiecto. Dices Vniuerſalitas reſpectu vniuerſalis in eſſendo eſt forma: Ergo & reſpectu prædicabilis: Ergo non conditio. ℞. N. Con. vtramque; quia calor & ſiccitas eſt forma reſpectu ſubiecti, & tamen ſimul conditio reſpectu alterius formæ.

IV. Prædicabilitas eſt proprietas vniuerſalis in eſſendo. Ratio quia ſequitur ad eſſentiam.

(33) V. Natura in actuali prædicatione non amittit vniuerſalitatem. *Ratio* 1*ma* Prædicatur non vt contracta, ſed vt ſuperior, vt modificata: Ergo. 2*da* Demõſtrationes actuales fundatæ in principijs *Dici de omni*: ſunt æternæ: Ergo vniuerſales. 3*tia* Differunt hæ propoſitiones: Omnis homo eſt riſibilis, hic

homo

homo est risibilis : Sed nō aliter, nisi quia prior est vniuersalis, altera particularis : Ergo. DICES *1mo* Natura in actuali prædicatione amittit suppositionem vniuersalium seu simplicem : Ergo & vniuersalitatem. ℞. *N Con* quia quod vniuersali est tantùm de ratione extrinseca, illud vniuersalitatem non tollit : Sed Suppositio quæcunque est extrinseca. Ergo. DICES *2do* Coniungitur particulari : Ergo. ℞. D. A coniungitur extrinsecè per actū iudicatiuum dicentem hoc inesse alteri, C. A intrinsecè per differentiam numericam, N. A. DICES *3tio* Inest intrinsecè : Ergo coniungitur intrinsecè ℞. *D. Con* si prædicetur identicè, C. Con in prædicatione formali, N. Con. DICES *4to* Sequeretur quod huius prædicationis (Homo est animal) esset sensus iste (Homo est omne animal vel est potentiâ bos, leo, homo : Ergo. ℞. *1mo* D. A. esset materialiter & implicitè, C. A. formaliter & explicitè N. A. quia *animal* formaliter dicit viuens sentiens ; materialiter bouem, leonem. ℞. *2do N. Ant.* quia animal de homine prædicatur accommodatè,

datè, seu, in quantum habet ordinem ad hominem.

(34) §. VI *Uniuersalia intêr se comparantur.*

I. Vniuersale non immediatè quidem, adæquatè tamen diuiditur in quinque species atomas. *Ratio* ex modis essendi & prædicandi, qui sic diuisi sufficiunt ad scientias, nec potest dari inferior modus essendi & prædicandi. Omne enim vnũ quod inest multis, est illis aut essentiale aut accidentale; *si essentiale*, tunc *vel* se habet per modum totius actualis, & sic emergit *Species*, *vel* per modum partis determinabilis, & sic consurget *Genus*, *vel* per modum partis formalis & determinantis, & sic erit *Differentia*. Si autẽ est accidentale, tunc vel est conuertibile cum essentia, & sic dabitur *Proprium*, *vel* non conuertibile, & sic erit *Accidens*. *Pro Obiect. soluendis Nota* 1*mo* Plura vniuersalia non dantur; quia etsi plures modi essendi & prædicandi dicuntur, ij tamen *vel* reuocantur ad hos modos, quia tantùm secundùm materiam, non autem secun-

ſecundùm communem ineſſendi aut prædicandi rationem differunt; *vel* vniuerſalia non ſunt, quia ſunt vel analoga, vel æquiuoca, vel complexa. *2do* Non ſunt pauciora, *tum quia* etſi ſpecies ab Ariſtotele non numeretur inter prædicata, numeratur tamen inter prædicabilia; *tum quia* Genus & Differentia in ſpecie continetur materialiter tantùm; *tum quia* modi eſſendi & prædicandi generaliſſimi ſunt pauciores, non autem vltimati; *tum quia* abſtractio etſi ſolùm à numero vel ſpecie differentibus fiat, fit tamen modo diuerſo.

II. Vniuerſale vt ſic, ad quinque ſpecies, habet ſe *1mo* vt vniuocum, quia eâdem ratione de illis prædicatur. *2do* Vt Genus reſpectu ſpecierum atomarum. *3tio* Vt genus accidentale, ſeu, vt id, cui eſſe genus, conuenit accidentaliter. *Ratio* quia Animali, Colori &c. commune eſſe, conuenit accidentaliter: Ergo & vniuerſali vt ſic. DICES Idem non poteſt eſſe ſuperius & inferius. ℟. Poteſt eſſe diuerſo reſpectu.

ASSER-

ASSERTIO V.
DE VNIVERSALIBVS IN PARTICVLARI.

(35) §. I. De Genere.

I. Genus est, quod prædicatur de pluribus specie differentibus in eo quod quid est. *Explicatur.* Genus est quod potest prædicari incompletè, seu tanquam contrahibilis pars, immediatè de specie differentibus, vel mediatè de numero differentibus in eo quod quid est, seu quod est de essentia subiecti; prædicatur substantiuè seu per modum per se stantis, seu per quod possum respondere (etsi inadæquatè) ad interrogationem, quid sit res aliqua.

II. Definitur hic & natura in recto, & genereitas in obliquo. *Ratio 1mi* Id definitur in recto quod prædicatur: Sed natura prædicatur: Ergo. *Ratio 2di* quia quod est ratio cur aliquod prædicatum alicui conueniat, id definitur in obliquo. *Confirmatur* Quando accidens in concreto definitur, tunc illam definitionem subiectum ingreditur in recto, accidens in obli-

obliquo: Sed natura est subiectum, genereitas est accidens rationis seu logicum: Ergo.

III. Definitio hæc est bona. *Ratio 1ma* quia per eam Genus distinguitur ab alijs prædicabilibus. *2do* Quia ens per accidens constans ex partibus subordinatis potest definiri. *3tia* Quia etsi non conuenit essentialiter definito materiali, conuenit tamen formali, quod commune est omnibus definitiouibus proprietatum & accidentium. *Nota autem 1mo* Illud definitur materialiter & vt Quod, quod inest, qualis est natura; illud autem formaliter, quod prædicatur vt Quo, seu vt conditio, seu vt ratio cur natura prædicetur talis est genereitas. *2do* Illud hic definitur quod est prædicabile in actu exercito, seu quod per copulam *est* potest coniungi cum subiecto, talis autem est sola natura. *3tio* Genus, sicut & quodlibet accidens, sumptum in concreto, significat subiectum in recto, sumptum autem in abstracto significat subiectum in obliquo. *4to* Definitur hic natura remota seu in communi, vt subest secundæ

inten-

intentioni. 5to Genus est per modũ formæ per se stantis, non per modum adiacentis, ac proinde potest prædicari in Quid; differentia autem prædicatur in quale quid, per modum formæ adiacentis. 6to Accidentia de suis subiectis prædicantur in concreto vt *Paries est coloratus*; de suis autem inferioribus, prædicantur in abstracto ac vt genus: vt *Albedo est color*. 7mo Species non prædicatur incompletè, quia per indiuiduum non completur siquidem indiuiduum non est gradus metaphysicus. 8uo Hæc prædicatio *Rationale est animal*, est generis de specie, quia rationale sumitur hic pro homine.

IV. Genus in actu signato, seu hæc vox *Genus* prædicatur de suis inferioribus vt species atoma. *Ratio* quia alia omnia particularia genera in ratione prædicandi (etsi quoad materiam specie differant) solo numero differunt.

V. Genus de specie non prædicatur vt pars componens speciem, sed vt totū potentiale, seu vt partes sub se, non in se habens, *id est*, prædicatur quidem secundùm

dùm totam significationem, sed non totaliter. Ita Genus, & quoduis vniuersale diuiditur in alia à se, seu, dum prædicatur de vno inferiori, manet adhuc prædicandum de alio. *Ratio* 1*ma* Vniuersale in actuali prædicatione non amittit vniuersalitatem, vt probatum supra. *Ratio* 2*da* Prædicatum debet id totum continere quod subiectum; Sed Genus vt est pars non continet: Ergo. *Ratio* 3*tia* Quod quoad modum prædicandi, prædicatur completè, seu per modum per se stantis, illud (etsi quoad materiam prædicetur incompletè, seu tanquam complebile per differentias) prædicatur nō vt pars, sed vt totum: Sed genus ita prædicatur: Ergo. *Nota præterea* 1*mo* Genus si non accipitur vniuersaliter, potest prædicari vt pars, sicut in definitione. 2*do* Materia est pars, non totū potentiale respectu formæ. 3*tio* In hac propositione, *Homo est animal* sensus est iste *Homo* formaliter explicitè actualiter *est viuens*, *sentiens*, materialiter, implicitè, potentialiter, *est rationalis*, 4*to* In præfata propositione, identitas prædicati, cum subie-

 cto

cto est inadæquata quoad modũ signifi candi, adæquata quoad rem significatam

VI Genus debet aliquomodo continere species, quia est in eas diuisibile; non tamen eas continet actu, sed potentiâ. *Ratio tum quia* denominatio generis est posse se vnire differentijs: Ergo sicut se vnire differentijs, est eas cõtinere actu, ita posse se vnire, est cõtinere potentiâ: *tumquia* qualiter aliquid est totũ, taliter in se continet partes: Sed Genus est totũ potestatiuum: Ergo potestate continet partes: *tumquia* iuxta Aristotelem, genus est in quo latent multa, sicut in semine tritici latent multa grana: Sed in semine grana sunt potentiâ: Ergo. *Nota præterea 1mo* Genus est totum actu, sed non actuale. *2do* Sufficit quod prædicatum potentiâ contineat omnia quæ sũt in subiecto. *3tio* Non potest concipi differentia aduenire generi, quin concipiatur esse diuidens genus, quia forma non potest concipi in Subiecto, quin concipiatur conferre effectum formalem. 4º Differentiæ continentur sub genere non tamen illæ continent genus potentiâ,

tiâ, quia respectu generis habent se sicut locatum respectu loci.

(36) §. II. *De Specie.*

I. Species subijcibilis vt subijcibilis, non est vniuersalis *Ratio.* Illud est vniuersale quod participat rationem vniuersalis: Sed Species subijcibilis non participat quia non respicit inferiora, nec est apta prædicari de illis, Ergo &c. *Nota autem* 1*mo* Species *subijcibilis* dicitur per ordinem ad genus, cui subijcitur. Sic *animal* est subijcibilis species respectu viuẽtis. *Prædicabilis* dicitur per ordinẽ ad indiuidua, vt homo respectu Petri. 2*do* Species subijcibilis, vt subijcibilis, sicut & particulare, est mediũ inter vniuersale & singulare. 3*tio* Est immediatum generis correlatiuum, non tamen vniuersale, quia & indiuiduum est immediatum speciei correlatiuũ nec tamen vniuersale. 4*to* Species subijcibilis secundo intẽtionaliter seu hæc ipsa vox *Species subijcibilis*, est vniuersale & Species atoma respectu particularium, Specierum subijcibilium.

II. Species prædicabilis est id, quod

de pluribus numero differentibus prædicatur completè in eo quod quid est. *Nota autem* 1*mo* Prædicationem Speciei fieri scientificâ inchoatiuè & fundamentaliter, non autem formaliter supposito quod de singularibus non detur Scientia. 2*do* Persona & Natura Diuina prædicatur de Personis Diuinis, non est tamen Species, quia Species prædicatur de naturis non de Personis, seu non de parte indiuidui, sed de toto indiuiduo. 3*tio* Species ideo dicitur completum prædicabile, ac proinde completum Logicè, quia totam indiuiduorum cõmunem rationem & essentiam habet.

(37) *§. III. De termino Speciei Prædicabilis seu de indiuiduo.*

I. Indiuiduum solet describi esse id, quod habet talem accidentium & proprietatum collectionem, qualem aliud in eadem specie non habet. Hæc accidentium aggregatio exprimitur hoc disticho.

Forma, Figura, locus, Tempus, Stirps, patria, nomen.
Vnum perpetuâ reddere lege solent.

Sed

Sed hæc Indiuidui descriptio non est adæquata; tum quia dissimilitudo potest diuinitus tolli: tum quia non conuenit Angelo & animæ.

II. Iuxta S. Tho. Indiuiduum est id, quod est indiuisum in se & diuisum ab omni alio, *id est* quod per identitatem & per similitudinem non potest alteri ita vniri, vt ipsum sit prorsus idem indiuiduum quod est aliud. Sic tu non potes esse is, qui ego sum. Hinc anima est indiuiduum, quia & si vniatur corpori, non tamen ita, vt idem sit prorsus cum corpore, seu vt realiter anima sit corpus. *Nota autem 1mo* Indiuiduum non est idē quod indiuisibile, quia Petrus est indiuiduū & tamen diuisibilis in partes. *2do* Duo indiuidua sibi subordinata possunt tertiū constituere, vt hominē animal & corpus, duæ guttæ aquæ tertiam. *3tio* Indiuiduū potest esse alteri simile genericè vel specificè, non tamen numericè. *4to* Etiam vniuersale in genere obiecti est indiuiduum, quia non potest adæquatè diuidi in plura, quæ sint idem adæquatè cum ipso in genere obiecti, quamuis sint idem-

in ratione communicabilitatis. *5to* In omni quidem propositione affirmatiua dicitur hoc esse hoc; non tamen semper sunt indiuidua duo, quia subiectum & prædicatum aliquando tantùm ratione distinguuntur; vt homo est rationalis.

III. Principium indiuiduationis *1mo* non non est mera negatio diuisionis, quia negatio debet fundari super positiuum. *2do* Nec differentia indiuidualis imperfectè præcisa aut distincta ex natura rei, quia tales distinctiones non dantur. *3tio* Nec materia sola, aut materia affecta quantitate, aut forma sola, aut materia & forma simul. *Ratio tum quia* principium indiuiduationis est incõmunicabile, materia autẽ est communicabilis: *tum quia* materia, forma & quantitas sunt indiuiduum, antequam componant aliquid tertium. *4to* Accidentia non indiuiduantur à suo subiecto, quia accidentia sunt indiuidua, etsi sint sine subiecto. *5to* Nõ existentia, *quia* essentia & natura priùs intelligitur esse singularis quàm existens, Petrus enim & Paulus priùs sunt indiuidua quàm existant: *tum quia* existentiæ

con-

conceptus eſt facere rem exiſtentem, in diuiduationis autem facere ſingularem. *6to* Principiũ indiuiduationis reale phyſicum eſt ipſa entitas rei; metaphyſicum autem eſt differentia indiuidualis ratione diſtincta ab entitate rei. *Ratio* quia etiã differentia ſpecifica (vt rationale ab homine) tantùm ratione diſtinguitur: *tum quia* ſi aliqua entitas non eſſet ſeipsâ ſingularis, daretur proceſſus in infinitum: *tum quia* ens & vnum in natura non diſtinguitur realiter, quia vnum eſt paſſio entis: Ergo quæuis res per id eſt vna, per quod eſt ens: Sed ſeipsâ eſt ens: Ergo & vna. *Nota autem* 1. Ariſtoteles docens materiam & formam eſſe vnam, nõ dicit illa eſſe principium indiuiduationis. 2. Quod eſt vltimum diſtinctiuum, nõ ſemper eſt principium indiuiduationis, quia aliàs accidentia eſſent principium indiuiduationis. 3. Dicenti ſic (Quæ ſunt poſteriora generatione, ſunt perfectiora: Sed ratio indiuidualis eſt poſterior quàm differentia ſpecifica: Ergo perfectior) ℞ *de* eſſe perfectiora, ſi ſint æqualis ordinis, ratio autem indiuidualis

non est æqualis ordinis *Indiuiduum* denique *secundò intentionaliter sumptum* de indiuiduis primò intentionaliter sumptis prædicatur tanquam accidens de subiecto; & de secundò intentionaliter sumptis tanquam species atoma. Sic enim genus & species prædicatur, vt dictum.

(34) §. IV. De Differentia.

I. Differentia diuiditur in Communẽ, propriam & proprijssimam. *Ratio* quia res differunt inter se, vel essentialiter vel accidentaliter: *Si essentialiter* tunc erit differentia *proprijssima* quâ species differt à specie, quæ est tertium prædicabile *Si accidentaliter*, tunc vel per aliquid inseparabile, & sic erit *propria*, vel per separabile, & erit *communis* quæ est quintum prædicabile; propria autẽ est quartum prædicabile. Aliæ porro differentiæ aut sunt improprijssimæ, aut huc reuocantur.

II. Differentia in suo conceptu non includit genus & differentias superiores, sed præscindit. *Ratio* 1*mò* *tum quia* differentia est ratio disconueniendi, genus com-

conueniendi ; *tum quia* in definitionibus committeretur nugatio, dum idem bis poneretur. *Ratio 2di* tum vt primi, tum quia homo posset definiri esse substantia rationalis. *Nota* verò *1mo* hic sermonem esse de differentia, vt generis diuisiua, non autem vt est tertium prædicabile, quia vt est tertium prædicabile est species respectu vniuersalis vt sic, ac proinde in illa includitur vniuersale. *2do* Dicenti quod hoc rationale est substantia, est sensitiuũ, concede de differentia sumpta materialiter seu pro specie, non autem de sumpta formaliter. *3tio* Differentia potest dici Substantia incompleta.

III. Differentia infima non componitur ex alijs differentijs *Ratio* quia cõponeretur *vel* tanquam ex ratione conueniendi & disconueniendi, & sic esset Species non differentia; *vel* tanquam ex partibus diuersis; & sic homo quatenus habens differentiam vegetatiuam, esset sub specie plantæ, quatenus habens differentiam sensitiuam, esset sub specie bruti &c.

Dices *1mo* Multæ species infimæ cõ-

tinent

tinent diuersas specie perfectiones, v. g. homo perfectionem vegetatiui, sensitiui; Sed has perfectiones non contrahit per rationale: Ergo per alias differentias. ℞. *N. Mi.* quia esto esse sensitiua in brutis, habetur à gradu sensitiui, tamen esse talis sensitiui in homine, non est à gradu sensitiui, sed à rationalitate. DICES *2do* Actus ex diuersis motiuis, (v. g. temperantiæ) habent diuersas perfectiones per diuersos gradus: Ergo & homo per diuersas differentias erit vegetatiuus, sensitiuus, rationalis. ℞. *D. A.* habent sub eodem genere, sicut homo sub genere animalis, N. A. sub diuerso, C. A. quia actus temperantiæ procedens ex motiuo obedientiæ pertinet ad genus obediẽtiæ, ex motiuo sanitatis ad genus sanitatis.

IV. Differentia prædicatur de multis in quale quid, id est per modum adiacentis, sed tamen etiam per modum partis essentialis, quia per illam respondetur ad interrogationem, quale & quid.

V. Differentia est vniuersale *non* respectu Speciei, quia huic est æqualis; *nec* respectu generis, quia inferior, *nec* re-

spectu

ſpectu ſuorum inferiorum, quia ſic eſt ſpecies. Eſt ergo vniuerſale *reſpectu indiuiduorum ſuæ ſpeciei* quia ſic diſtinguitur verè ab alijs prædicabilibus. DICES Vniuerſale conſtituitur per prædicationem immediatam: Sed prædicatio differentiæ de indiuiduis ſuæ ſpeciei eſt mediante ſpecie: Ergo. ℞. *1mo D. Mi.* Differentiæ ſumptæ, primò intentionaliter, C. Mi. ſecundò intentionaliter N. Mi. ℞. *2do N. Mi.* quia differentiæ vt conſtitutiuæ immediatus terminus eſt ſpecies, vt prædicabilis, indiuidua.

(39) §. V. De Proprio.

I. Proprium eſt aliquid ab eſſentia emanans, ſoli omni, & ſemper conueniens, id eſt quod omni tempore, ſoli, vni Speciei, & omnibus eius indiuiduis conuenit, & quidem his legibus: 1. Non componit eſſentiam Speciei. 2. Fluit ab eſſentia. 3. Si negetur de eſſentia, multò magis ſi contrarium affirmetur; deſtruitur eſſentia Tale eſt riſibile. *Dices* Proprium indiuiduis eſt commune: Ergo non eſt proprium. ℞. Proprium 4to. modo

modo est proprium Speciei, indiuiduis autem est commune. : *vel* est proprium quatenus ab indiuiduis alterius speciei non participatur, est autem commune, quatenus est vniuersale. II. Solum proprium quarto modo, (seu quod soli, omni & semper conuenit) est quartum prædicabile, quia alia sunt accidens. III. Prædicatur in quale necessariò ; id est per modum formæ adiacentis, seu qualificantis seu tanquam forma necessaria. IV. Non est vniuersale respectu Speciei *tum quia* hanc respicit vt subiectum, *tum quia* species non est plura ; vniuersale autem respicit plura, V. Prædicatur de indiuiduis, quia hæc sunt plura vnde illis est & propriũ & cõmune, vt dixi in obiectione.

(40) §. *VI. De Accidente*,

I. Accidens primò intentionaliter sumptum *Physicum* est, quod non est substantia. *Logicum & Metaphysicum* est, quod est extra conceptum, seu quod potest adesse & abesse, sine Subiecti corruptione, seu quod ita afficit Subiectum vt siue negetur, siue eius contrarium affirmetur

firmetur de Subiecto, Subiecti tamen essentia, non destruatur. Sic & si de Coruo negem nigredinem, imò & si affirmem albedinem, Manet tamen animal crocitabile.

II. Accidens secundò intentionaliter sumptum est prædicabile de suis Subiectis in quale contingenter. Vnde inest inferioribus per identitatem suppositi, nõ essentiæ.

ASSERTIO VI.
DE ANTEPRÆDICAMENTIS.

(41) §. I. *Recensentur & explicantur Antepradicamenta.*

I. ÆQuiuoca sunt ea, quorum nomen solum commune est, ratio verò substantiæ (seu significatio, diuersa; vt Animal dicitur & ipse homo & pictus. *Item* Gallus est æquiuocum, quia diuersâ significatione conuenit, homini, & gallo gallinaceo. Circa definitionem æquiuocorum. *Obserua* 1mo definita esse hic æquiuoca nõ æquiuocata, seu in actu exercito, sed æquiuocantia, seu in actu

signato, seu ly Æquiuocum. *2do* Æquiuoca in actu exercito seu hæ voces, Gallus, Canis, Taurus, &c. Sunt verè æquiuoca, hoc autem nomen *Æquiuocum* est vniuocū respectu illarum. *3tio* Æquiuoca alia sunt *à casu & fortuna*, seu imposita sine aliquo respectu ad aliud, vt Gallus: alia *à Consilio* seu imposita ob aliquam similitudinem & proportionem, quæ Analoga alias dicuntur.

II. *Analoga* sunt, quorū nomen commune est, ratio verò substantiæ per nomen significata, neq; omnino eadem, neque omnino diuersa. Circa hanc difinitionem. *Obserua 1mo* non intelligendum esse sic, quòd Analoga habeant aliquem conceptum obiectiuum communem saltem, secundùm quid. Est contra Ruuiū, Smiglecium, aliosque plurimos. *Ratio* tum quia analoga de inferioribus prædicantur accommodatè, sicut & æquiuoca: *tum quia* significatio propria & impropria, conueniens intrinsecè & conueniens extrinsecè seu per attributionem, non est communis: Sed talis significatio est analoga: Ergo. *tum quia* auditâ

hac

hac voce *ridens* nihil intelligo commune homini & prato. *Obserua* 2*do* Definitionem præfatam vel reijciendam esse vel explicandam sic, quòd analogis sit nomen idem, significatio autem similitudinaria, aut deriuata, seu per attributionem: *vel sic*: Analoga neque sunt omnino diuersa, neque omnino eadem; quia significati vnitatem, etsi non à casu nec à multiplicitate veluti æquiuoca; attamen non nisi per similitudinem aut attributionem habent. Porro *Obserua* 3*tio* Analoga esse vel *Proportionis* seu similitudinis, seu quando nomen vni conuenit propriè, alteri metaphoricè, vt *risus* homini & prato: vel *Attributionis*, quando vni nomen conuenit & propriè & principaliter, seu formaliter, seu intrinsecè, alteri autem & impropriè & & extrinsecè seu per ordinem & habitudinem ad principale & famosius. Sic *sanum* de homine & medicina dicitur. *Obserua* 4*to* Analoga possunt dici esse æquiuoca à consilio, ac proinde species æquiuocorum. *Ratio* quia homo respectu animalis & picti est analogum: Sed

eſt etiam æquiuocum , quia Ariſtoteles
pro æquiuocis expreſsè poſuit hoc ex-
emplum : Ergo.

III, *Vniuoca* ſunt, quorum nomen eſt
commune & ratio ſubſtantiæ nomini ac-
commodata eadem eſt ; vt *animal* dici-
tur & homo & equus. Ita Ariſtoteles.
Conditiones ad vniuocum recenſeri ſolent
hæ : 1*a* vt nomen inferioribus conueniat
eodem accentu & pronuntiatione. 2*a*
vt conueniat eadem ſignificatio. 3*a* vt
communis ſignificatio perfectè ab infe-
rioribus præſcindatur, hoc eſt, vt actum
intellectûs terminet ſola communis ratio
inferiorum , & inferiora non attingan-
tur. 4*a* vt inferiora ab vniuerſali præſcin-
dantur ſeu non tranſcendantur : Sic ra-
tionale formaliter loquendo, nec eſt vi-
uens , nec non viuens , nec ſubſtantia
nec non Subſtantia, Sed hæc conditio ab
aliquibus reijcitur. *Ratio* tũ quia poſſũ
animal concipere ſine homine, licet ho-
minem non poſſim ſine animali ; *tum*
quia poteſt res exiſtere ſine modo, & ſi
modus nequeat ſine re. 5*ta* vt æqualiter
deſcendat ad inferiora. ſeu æqualiter ab
illis,

illis, participetur, Porrò inæqualitas quintuplex cogitari potest. 1. Si in vno sit intensius in altero remisius sicut calor intensior est in igne quàm in àére. 2. Si in igne participetur per differentiam perfectiorem & nobiliorem, quàm in altero. Sic animal per differentiam nobiliorem participatur in homine, quàm in planta talpa. 3. Si in vno sit formaliter in altero virtualiter aut eminenter sicut calor est formaliter in igne, virtualitàr in pipere, eminenter in Sole. 4to Si in vno sit principalius quàm in altero. Sic ens dicitur esse principalius in substantia quàm in accidente. 5. Si in vno sit per essentiam, in altero per participationem. Sic bonitas est in Deo per essentiam in creaturis per participationem. Iam verò conuenit inter Authores, quòd prima & secunda inæqualitas non tollit; vniuocationem, conuenit, item, quòd tertia tollat; non conuenit, an quarta & quinta tollat, faciliùs tamen sustinetur, quod non tollat: *tum quia* Illud est causa analogiæ, iuxta oppositos, quod causat communionem simul & diuersitatem

in eadem ratione : Sed participare inæ-
qualiter aut principaliùs non cau'at com-
mun. &c. Ergo *tum quia* participare
perfectiùs & imperfectiùs non tollit vni-
uocationem : *tum quia* intellectio & vo-
litio, actus vitalis & potentia vitalis, in
ratione vitalitatis & qualitatis ; similiter
apprehensio, iudicium, discursus, in ra-
tione intellectionis; simplex complacen-
tia intentio, finis , executio mediorum
in ratione amoris ; potentia apetitiua &
apprehensiua,in ratione potentiæ conue-
niunt vniuocè,& tamé multa ex his prin-
cipaliùs participant; multa quoque sunt
pendentia essentialiter. *V. item Metaph.*

IV. *Denominatiua* sunt, quorum no-
men idem est,sed variatum casu, tempo-
re, accentu, pronuntiatione per deriua-
tionem significatione sunt potiùs similia
quàm dissimilia, Sic fortis à fortitudine,
prudens à prudentia sunt denominatiua.

(41) §. II. *Ens & Accidens sub quo sint genere Antepraedicamenti.*

I. Ens est vniuocum respectu Substan-
tiæ & Accidentis, Dei & creaturæ, *Ita*
Scotus;

Scotus; Gonzalez, Nominales. *contra.* Thomiſtas, Vaſquez, Hurtadum. *ratio 1ma*, quia illi conueniunt conditiones requiſitæ ad vniuocationem. *2da.* Dum quærimus an ſit poſſibile infinitum an ſit poſſibilis materia ſpiritualis, non concipimus eſſe ſubſtantiam aut accidens: Ergo neq; an ſit ens. *3tia* Animal nô inuoluit ſubſtantiã: Sed inuolueret: Ergo. *Min.* Ens inuoluit ſubſtantiam ſed in animali inuoluitur ens. Ergo & ſubſtantia. *4ta* Ens eſt obiectum ſcientiæ Methaphyſicæ Ergo debet eſſe vniuocum. *5ta* Animal eſt vniuocum Ergo & ens. Diſparitatem Oppoſiti dant *1mo* quia ens principaliùs à Deo quam creaturis, à ſubſtãtia quam accidente participatur. *Contra* Etiam animal principaliùs participatur à rationali quam à talpa ℞. Animal poteſt perfectè præſcindi, non item Ens, *Contra.* Ideo animal poteſt perfectè præſcindi, quia poſſum concipere in Petro principium ſentiendi, non concipiendo principium ratiocinandi. Sed etiam poſſum in Petro non concipere principium eſſendi, ſeu poſſibilitatem ad exiſtendum. Er-

go *Min*. Quando intellectus est certus de vno & dubius de altero, aut quando conceptâ ratione vnius non potest reddi ratio, de altero, tunc concipitur vnum sine altero: sed concepta ratione Petri, non potest reddi ratio de ente, & vicissim concepta ratione entis, non potest reddi ratio de Petro, de vnionibus de stellis, vt inquit Scotus, Ergo. ℞. non posse ens præscindi, quia transcendit inferiora, seu imbibitur in illis. *Contra* tum quia id non impedit, vt dictum §. 1. Num. 3. *tum quia* potest rationale præscindi à substantia à corpore: Ergo & ab Ente. *tum quia* quando dico (substantia est ens, accidens est ens) nihil diuersum ex parte prædicati concipio: *tum quia* dum concipio Chimærã esse impossibilem substantiã tunc concipio substantiam, non concipio ens, quia concipio impossibilitatem ad existendũ.

Dices 1mo Nihil est priùs Deo sed esset, quia vniuersale est prius inferiore, Ergo ℞. *D. Ma* prius realiter, *C. Ma*, per rationem N. Ma. *Dices 2do* Omnis creatura est dependens: omnis substantia

tia & accidens *est* aliquid : Ergo Ens ℞. D. A. est realiter & identicè C. A. formaliter N. A. quia esse & concipi sunt diuersa, sicut omnis homo est viuens, & tamen viuens præscinditur. *Dices 3tio* Rationale non est formaliter nihil: Ergo est formaliter ens. ℞. *N. Con.* præscindit enim ab vtroque. *Dices 4to* Differentia debet definiri per ens. Ergo ens includitur in differentia, seu non præscinditur : ℞. *N A.* Sic enim iam esset species. Deinde Homo definitur per animal, & tamen animal præscinditur. *Dices 5to.* Aristoteles dicit ens esse analogum : Ergo ℞. dicit esse analogum inæqualitatis sed hoc non tollit vnivocationem, vt dictum est § I. sub Num. 3. *Dices 6to.* Rationale dat existentiam ratiocinationi ; Ergo repræsentat existentiam seu ens *Con. pr.* Nemo dat quod non habet. Ergo. ℞. *1mo. D. 1m. Con.* existentiam dantis C. Con. accipientis N, Con, ℞. *2do. N. 1am Con.* aliud est enim dicere quidnam in se habeat rationale, & aliud est dicere quomodo concipiatur. *Dices 7mo.* Sequeretur quod

ens

ens esset genus, ℞. *aliqui* negant, quia non omne vniuocum est vniuersale, *Aliqui* dicunt quod respectu Dei non esset genus, esset autem respectu substantiæ & accidentis. *Aliqui* concedunt, quòd respectu Dei esset genus summum extraprædicamentale, prædicatur enim de Deo tanquam genus de indiuiduo. *Dicerem* tamen potiùs, quod etiam respectu Dei sit genus mediatum, quia dicam infra quod Deus sit species subijcibilis. *Dices* 8*tauo* Sequeretur Deum componi ex ente & independentia, & quod ens esset priùs Deo, ℞. sequeretur secundùm modum nostrum concipiendi non autem in re. vide item Metaphysicā.

II. Accidens est vniuocum ad sua notiem genera. *Ratio* quia duplex est conceptus in quouis accidente, 1*mo* quòd non existat per se, sed inhæret vel adhæret subiecto, inhæret, vt quantitas, qualitas, aliaque accidentia presse sumpta; adhæret ut vestis, diuitiæ, & alia latiùs sumpta accidentia. 2*do* quod inhæreat, vel adhæreat taliter; Si quantitas inhæret extendendo subiectum &c. Ergo ratio

inhærendi vel adhærendi, quæ eſt o-
nibus communis poteſt ab illis abſtra-
Con. pr. Communis ratio ſenſitiui po-
t abſtrahi ab hoc vel illo tali ſenſiti-
, nempe à rationali irrationali; Ergo
iliter. *V. item Metaph.*

ASSERTIO VII.

DE DECEM PRÆDICAMENTIS.

(43) *§. Imus De Prædicamento Subſtantiæ.*

I. Subſtantia primò intentionali tèr ſumpta eſt ens per ſe nõ exiſtens in alio, tanquã in ſubiecto inhæſionis: ſecundò intentiona liter autẽ ſumpta, eſt genus ſummum huius prædicamenti; eſt ens reale completum, per ſe exiſtens, prædicabile in quid formaliter de omni ſubſtantia ſingulari completa.

II. Omnis Subſtantia corporea & incorporea, creata & increata, adeoque homo Chriſtus, Cœli, Angeli, & ipſe Deus ponitur in hoc prædicamento. *Ratio* quia conueniunt vniuocè in ratione

one ſubſtantiæ. *Dices 1mo.* Quæ ſunt expertia potentiæ; illa non habent genus, ſed Deus & Angeli ſunt exper. &c, quia ſunt purus actus. Ergo. ℞. *D. Ma.* Potentiæ Phyſicæ, N. Ma, Metaphyſicæ: C. M, *Dices 2do* Deus non poteſt eſſe ſqecies, quia non habet indiuidua: Ergo nihil vniuerſale à Deo poteſt abſtrahi. ℞. D. A. Species prædicabilis, C. A ſubijcibilis. N. A. *Dices 3tio* Incorruptibile nō habet locum in prædicamento ſubſtantiæ: Sed Deus & Angeli ſunt incorruptibiles: Ergo. *Ma. pr.* Corpus deberet bis poni & ſupra & infra. Ergo ℞. *N. A* quia incorruptibilitas non habens partes, in quas poſſit reſolui, eſt proprietas ſubſtantiæ immaterialis, nempe Dei & Angeli, incorruptibilitas autem habens partes in quas poſſit reſolui, ſed cauſam reſolubilitatis non habet, poteſt poni ſub Corpore & tales dicuntur eſſe Cæli. Dices *4to* Hæc propoſitio (Chriſtus eſt creatura) reijcitur ab Eccleſia, quia inuehit imperfectionem; Sed ponere Chriſtum in prædicamento ſubſtantiæ,

ſtantiæ, inuehit etiam imperfectionem. Ergo. ℞. D. *Ma.* quia inuehit imperfectionem ſecundùm Perſonalitatem C. Ma. ſecundum Humanitatem, N. Ma. DICES 5to Sequeretur quod Perſonalitas Christi poneretur ad latus prædicamenti, ſiquidem principia reducuntur ad prædicamenta ſuorum principiatorũ: Ergo. ℞. 1mo *C. A.* ℞. 2do *N. A.* probationem diſtinguo: Principia excedentia ſuũ principiatũ, Nego. nõ excedentia, Conc.

III. De diuiſione ſubſtantiæ in primã & ſecundã. *Nota* 1mo Prima ſubſtantia eſt res ſingularis ſeu indiuiduum ſubſtans accidentibus: Secunda autem ſubſtantia, eſt vniuerſale, ſeu genus & ſpecies. Licet verò aliqua accidentia, quantùm ad exigentiam, conueniunt potiùs ſubſtantiæ ſecundæ quam primæ, vt poſſe nutriri, videre; tamen quantùm ad actũ ſubſtandi, ſoli primæ ſubſtantiæ conueniunt. *Nota* 2do Prima ſubſtantia dicitur maximè ſubſtantia: *tum quia* plura prædicata complectitur: *tum quia* omnibus ſubſtat accidentibus.

IV. Indiuiduum, ſubſtantia prima,

suppositum, Persona, suppositalitas, sub-
sistentia Personalitas, significant rem sin-
gularem, sed diuerso modo.

(44) §. II De Quantitate.

I. Quantitas generaliter est extreita[s]
partium in ordine ad se. Vide Physicam.

II. Quantitas diuiditur in continuam
& discretam. *Continua est*, cuius parte[s]
communi termino vniuntur, nempe pu[n]-
cto in linea, lineâ in superficie, superfi-
cie in Corpore. *Discreta* est, cuius par-
tes non vniuntur communi termino.
Continua alia est *permanens*, vt in ligno
ferro, alijsq; rebus stabilibus: alia *Succes-
siua*, quæ transit, vt in tempore & motu.
Permanens subdiuiditur in *Lineam* seu
longitudinem; in *Supfierciem*, quæ pro
materiali dicit longitudinem, pro forma-
li latitudinem, & in *Corpus* quod pro
materiali dicit longitudinem & latitudi-
nem, pro formali profunditatem; Suc-
cessiua autem subdiuiditur in tempus &
motum. Discretæ porro Quantitatis spe-
cies sunt duæ; scilicet *Numerus* forma-
lis seu collectio vnitatum pro material[i]
dicens

dicens res congregatas, pro formali autem vel ipsam collectionem, vel vltimam vnitatem; & *Oratio* in quantum est breuior vel longior pronuntiatio: sub hac enim ratione nec ad Tempus, nec ad Numerum, nec ad motum refertur.

III. Omnes hæ Species sunt veræ species Quantitatis. *Ratio* quia habent partes extra partes. Locus tamen non est species distincta à superficie, quia Locus est vltima superficies corporis ambientis.

Dices 1mo Aristoteles docet Motum esse quantum per accidens. ℞. loquitur de motu non successiuo. *Insistes*, Motus successiuus habet partes extra partes, non ratione sui, sed vel ratione spatij, vel ratione termini: Ergo. ℞. *N. Con.* quia Angelus est substantia dependenter à Deo, & tamen est vera substantia. *Vrgebis*. Modus accidentis non potest esse species accidentis: Sed motus est modus accidentis: Ergo. ℞. *N. Ma.* quia linea & superficies sunt modi & simul species quantitatis, similiter figura & forma est species, & modus qualitatis.

Dices 2do. Tempus constituit prædi-

camentum Quando : Ergo non est spe-
cies quantitatis. ℞. Tempus est prædi-
camentum Quando, in quantum substan-
tiam facit durantem tantâ vel tantâ du-
ratione ; in quantum autem facit sub-
stantiam durantem habere partes succes-
siuè, est prædicamentum quantitatis.
DICES 3tio Numerus est aggregatio plu-
rium entitatum : Ergo est ens per acci-
dens. ℞. N Con. quia in illa aggrega-
tione est subordinatio, ita vt quædam
sint pro materiali, quædam pro formali.
Instabis. Iste ordo est per intellectū: Er-
go. ℞. N. Con. quia sicut esse cognitū,
est reale, ita & esse numerum.

(45) §. III. De Qualitate.

I. Qualitas est accidens, quo quale[s]
dicimur, seu, est accidens absolutum, pe-
netrabile, perficiens substantiam in ess[e]
& operari

II. Qualitatis species sunt 4. Habitu[s]
& dispositio ; potentia naturalis & im[potentia]
potentia ; passibilis qualitas & passio[;]
Figura & forma.

(46)

I. Explicandi sunt termini aliqui, 1mo Relatio est id, quo vnum respicit aliud, 2do *Esse in* significat ordinem ad subiectũ, quod est commune omni accidenti, 3tio *Esse ad* Significat rationem propriam huius prædicamenti seu ordinem & respectum ad terminum.

II. Relatio variè solet diuidi, : 1mo. est *rationis & realis*, 2do *Intrinsecùs aduenïens*, quæ posito fundamento & termino, necessariò consurgit vt in similitudine *Extrinsecùs adueniens*, quæ præterea requirit aliquid aliud vt consurgat relatio; sicut actio prærequirit applicationem. 3tio *Transcendentalis* seu Essentialis. *& Prædicamentalis* 4to. Transcendentalis alia est: *secundùm dici*, quando scilicet vnum sine alio etsi possit esse, non tamen explicari potest, Sic Creator nequit concipi sine ordine, ad creaturam esse tamen potest, alia *secundùm esse*, quãdo scilicet vnum sine altero, nec concipi nec esse potest, vt creatura sine Creatore.

III. Dantur relationes reales *tumquia:*

 fide

fide certum est ex Mysterio SSmæ Trinitatis, *tum quia* vniuersi perfectio exigit non solùm diuersa genera, intrinsecam habentia perfectionem, sed & ordinem: Si enim ignis infimum Elementorū locum occuparet, esset confusio.

IV. Diuisio relationis in intrinsecùs & extrinsecùs aduenientem facta à Scoto non probatur. *Ratio 1ma* Omnis relatio præter fundamentum, & terminum, indiget ratione fundandi. Ergo nō dantur intrinsecùs aduenientes relationes, vel certe omnes erunt tales. *2da* Duratio, & vbi sunt iuxta Scotum relationes extrinsecùs aduenientes. Sed Duratio & Vbi necessariò consurgunt ad fundamentum. Ergo. *3tia* Vnio materiæ & formæ iuxta Scotum; est relatio extrinsecùs adueniens. Sed hoc est falsum. Ergo talis relatio non datur. *Mino pr.* tùm quia vnio essentialiter respicit materiam & formam. *tum quia* posita vnione necessariò consurgit relatio materiæ ad formam: Ergo non extrinsecùs adueniens. *4ta* talis relatio *esset* huius prædicamenti quia conueniret cum relationibus

huius

huius prædicamenti, non aliter ac homo & planta, in ratione substantiæ, & *non esset* vt supponitur ex Scoto docente reliqua sex prædicamēta esse tales relationes.

(47) V. Datur relatio transcendentalis, quia creatura sine ordine ad Creatorem, accidens sine ordine ad subiectum non potest concipi. DICES 1*mo* Absolutum non constituitur per respectiuum absolutum & respectiuum differunt essentialiter, definitiuè. Ergo ℞. *D. A* absolutum omnimodè, seu ab omni omninò respectu, (quale tamen nullum datur) C. A. absolutum à solo respectu prædicamentali, N. A *vel D. A.* per respectiuum transcendentale N. A. prædicamentale C. A. DICES 2*do* Rationale non constituit formaliter animalitatem sed tantū complet, id est constituit tertium: Ergo idē dicendum de respectiuo, & absoluto: Ergo respectiuum non constituit essentiam absoluti. ℞. *N. Con.* quia respectiuum & absolutum non habent se per modum potentiæ & actûs, nec per modum duarum entitatum, sed per modum duorum conceptuum mu-

tuò se transcendentium, quia vnum sine altero nõ potest explicari. Sic accidens per ordinem ad subiectum & Scientia per ordinem ad obiectum explicatur. DICES 3tio Æquè prædicamentalis relatio non potest explicari sine termino, ac transcendentalis: Ergo relatio transcendentalis non est aliud quid, quam prædicamentalis. ℞. *N. Con.* quia fundamentum sine relatione transcendentali non potest explicari, potest autem sine prædicamentali vnde est accidentalis. DICES 4to Omnis relatio prædicamentalis dicit ordinem ad subiectum, est enim accidens: Ergo omnis relatio prædicamẽtalis est transcendentalis. ℞. *D. Con.* Est transcendentalis secundùm rationem communem, accidentiũ seu inalietatis, C. Con. secundùm rationẽ propriã inalietatis, seu essendi ad aliud N. Con. DICES 5to. Relatione ita cõpletur subiectũ, vt per aliud nõ egeat compleri: Ergo relationi prædicamentali nõ præsupponitur transcendentalis. ℞ *D. A* relatione prædicamentali, C. A. transcendentali N. A.

VI. Relatio transcendentalis ad terminum

minum terminatur, non vt ad purè terminum, sed vt ad effectum, causam, subiectum, nec indiget termino actu existente, Sic quantitas in Eucharistia dicit ordinem ad subiectum & si hoc nō existat.

VII. Datur realis relatio prædicamentalis *Ratio* quia ante omnem operationem intellectûs duo parietes sunt sibi similes aut dissimiles. DICES *1mo* Omne ens reale est aut substantia aut accidens: sed realatio nec est substantia, quia non ponitur in prædicamento substantiæ nec est accidens, quia non habet subiectum inhæsionis: Ergo ℞. Relatio est accidens Logicum aut Metaphysicum, non distinctum à subiecto, est que in illo tanquam in subiecto inhæsionis. DICES *2do* Esse ad, non est esse in: Sed relatio est Ad: Ergo non est In: Ergo non est accidens. ℞ *D. Ma.* esse ad transcendentale *Con. Ma.* prædicamentale, N. Ma. quia relatio prædicamentalis secundùm rationem communem accidentium petit esse In, secundùm propriam autem petit esse ad. DICES *3tio* Omne ens reale producitur per

veram

veram actionem: sed relatio prædicamentalis non producitur. Ergo ℞. 1mo. *D. Ma.* Si producitur directè C. Ma si indirectè N. Ma. sic calor in cera producitur directè, mollitudo indirectè ℞. 2do N. Mi. Eadem enim causa quæ producit fundamentum producit & relationem, sicut qui habitus producit operationem rectam logicè, producit rectam & Physicè, Dices 4to Sequeretur quòd nato Romæ vitulo, essent mutationes in rebus infinitæ. Ergo ℞. *D. A.* mutationes in intrinseco, & intrinsecæ, seu quoad formam N. A. in extrinseco & extrinsecæ, seu quoad effectum formalem, C. A. Hoc enim peculiare habent formæ relatiuæ & connotatiuæ vt quamuis totæ quoad suum esse intrinsecum sint in subiecto, non tamen possint tribuere effectum formalem, nisi accedente extrinseco, quia subiectum denominant non absolutè sed per ordinem ad aliud, sic albedo, si sumatur absolutè, statim ac ponitur in pariete, denominat eum album, at verò si sumatur respectu alterius albi, non denomi-

nominat parietem similem nisi existat al-
terum album, sic speculum repræsentat
& sol illustrat tunc quando res obijci-
itur. DICES 5to. Boëtius dicit quod re-
latiua nihil prædicant de eo, de quo di-
cuntur: Ergo sunt nihil ℞. D. A. nihil
prædicant distinctum à fundamento C.
A. in distinctum N. A.

VIII. Relationem prædicamenta-
lem Aristoteles in concreto definiens,
dicit: *Ea sunt ad aliquid quorum esse idem
est ei, quod est ad aliquid.* In abstracto
autem sumptam definit *esse id cuius totum
esse est ad aliud*; id est in cuius conceptu
nihil est cogitabile nisi habitudo ad aliud.

IX, Relatio est *Mutua* & *non mutua*,
item *Æquiparantiæ* quando aliqua mu-
tuò & eodem modo ad se referuntur
vt duo alba: & *Disquiparantiæ* quando
aliqua diuerso modo ad se mutuò refe-
runtur, vt Pater, vt Filius.

X. Alia Relatio est *primi generis* & fū-
datur in vnitate & numero vt similia &
dissimilia Alia 2*di generis* & fundatur
in potentia actiua, & passiua, vt inter
causam & effectum. Alia *tertij generis*,

&

& fundatur in mensura passiua, seu adæquatione vnius rei cum alia. Hæc relatio non est mutua. Sic scientia, potentia, habitus refertur ad obiectum; sed non obiectum ad Scientiam &c.

(48) XI. Ad relationem concurrunt hæc, 1. Ipsa forma relationis. 2. Subiectum quod refertur, dicitur aliter relatiuum, ad aliquid. 3. Fundamentum, quod est causa cur subiectum referatur ad aliud, & dici solet fundamentum remotum. 4 Ratio fundandi, quæ est conditio, sine qua sequi non potest relatio, solet dici fundamentũ proximũ. 5. Terminus ad quem refertur subiectum, dicitur aliter correlatiuum, quando præsertim vicissim ille refertur ad subiectum. Sic in relatione Patris ad filium, paternitas est relatio: homo seu patris substantia est subiectum quod refertur, potentia generatiua est fundamentũ, generatio est ratio fundandi, filius est terminus.

XII. Vnitas fundans relationem primi generis, debet esse generica vel specifica, non numerica; quia vnitas numerica non est inter plura. Deçes *Imo* Vni-

tas

tas formalis seu generica est relationis: Sed relatio prædicamentalis non est rationis: Ergo ℞. *D. Ma.* Vnitas formalis fundamentaliter sumpta, N. Ma. formaliter, C. Ma. DICES *2do* Vnitas generica & numerica sunt idem: Ergo si hæc non fundat, nec illa fundabit ℞. *D. A.* sunt idem realiter, C. A. formaliter, N. A.

XIII. Relationem primi generis fundant omnia prædicamenta. *Ratio* quia relatiua sunt ea, quorum substantia seu essentia est vna, vt docet Aristoteles: Sed hæc substantia in omnibus inuenitur prædicamentis: Ergo. Sic conuenientia duorum in colore, fundat relationem identitatis, conuenientia in loco, relationem propinquitatis. Sic fundatur relatio coëxistentiæ in Tempore, Configurationis in situ, conformitatis in habitu.

XIV. Etiam relatio, & quidem formaliter sumpta potest fundare relationē, *Ratio 1ma* Paternitas Petri est similis paternitati Pauli. *2da* Eadem vnio potest esse vt Quo respectu materiæ & formæ, & simul vt Quod ad actionem sui pro-

ductiuam : Ergo & Paternitas. *3tia* Po-
test abesse relatio paternitatis ad aliam
paternitatem , esto adsit relatio Paterni-
tatis ad filium. Dices *1mo* Idem non
potest esse principium formale & radi-
cale: Ergo ℞. *D. A.* non potest in eo-
dem genere C. A. in diuerso, N. A. Di-
ces *2do* Substantia non fit substantia per
aliam substantiam , nec quantitas est
quantitas per aliam quantitatem &c Er-
go. ℞. *N. Con.* quia substantia, quan-
titas &c. essent in eodem genere, hic ve-
rò relatio esset in diuerso genere. Dices
3tio Daretur processus in infinitum : Er-
go. ℞. *1mo* transeat Añs. ℞. *2do N. A.*
quia aliquando deueniretur ad relatio-
nes, quæ seipsis sibi opponerentur.

XV. Vna albedo posita in duobus
subiectis non potest fundare relationem;
seu, ratio fundandi debet esse distincta
à termino. *Ratio 1ma* quia relationem
identitatis non potest fundare vnitas nu-
merica. *2da.* Idem ad seipsum referri
nequit : sed referretur. Ergo. *Min.* Ra-
tiones fundandi ad se referuntur priùs
& subiecta mediantibus illis : Sed vna

albedo

albedo esset ratio referendi ab vtroque pariete: Ergo. *3tia* Eadem anima rationalis informans caput & pedem, non fundat relationem similitudinis vel identitatis, à capite ad pedem. Ergo nec albedo. DICES *1mo* Effectus formalis in pariete A, esset distinctus ab effectu formali. quem eadem albedo tribueret parieti. B. Sed hi formales effectus sunt ratio fundandi. Ergo ratio fundandi in pariete A, est distincta à ratione fundandi in pariete B. *Ma pr.* Destructo effectu formali in pariete A, maneret effectus formalis in pariete B. Ergo ℞. *1mo.* *N Mi.* quia non probatur quòd albedo abstractè accepta non fundet relationem: *tum quia* anima in pede & capite relationem non fundat. ℞. *2do:* *N. 2dam. Con.* tum quia effectus formalis non distinguitur realiter à forma: *tum quia* destructa Sacramentali præsentia Romæ, potest non destrui Pultoniæ, & tamen nō sequitur illos effectus formales fuisse distinctos, DICES *2do.* Illo casu essent duo alba: Ergo ad se possent referri. ℞. essent materialiter, seu

I 2 duo

duo habentia albedinem. non verò formaliter, seu duo habentia distinctos effectus formales.

XVI. Relationem secundi generis fundat principium actiuum & passiuū) seu causa & effectus prout sunt reducta ad actum per actionem & passionem. Vnde actio & passio est conditio sine qua non. *Ratio 1mi.* quia Pater non cognoscitur esse Pater, si potentia generatiua non est reducta ad actum. *Ratio 2di* quia pereunte actione non perit relatio. DICES Si actio tantùm est conditio, sequitur quod sine actione possit esse Paternitas: Sed non potest: Ergo. ℞. *1mò N Ma.* quia est conditio essentialiter requisita. ℞. *2d. N. Mi. tum quia* ignis potest agere sine approximatione: *tum quia* In die Iudicij reproducetur Paternitas, & non reproducetur actio generatiua.

XVII. Ratio fundandi relationes tertij generis est mensurabile & mensura, non quidem mensurabile quantitatiuum, quale est quod mensuratur vlnâ; virgâ, sed quod est mensurabile in certo genere per-

perfectionis, eò enim est aliquis actus perfectior, quò perfectiori magis accedit & commensuratur obiecto. Sic perfectior est actus scientiæ quam opinionis Relationes tertij generis non habent mutuam dependentiam: Scientia enim dependet ab obiecto, non verò vicissim obiectum à Scientia. Ratio huius est *vel* quia mensuratum dependet à mensura non econtra: sicut Sanctitas Dei est mensura sanctitatis creatæ, non tamen sicut hæc ab illa, sic illa ab hac dependet: *vel* quia per has relationes non fit perfectio mutua: nam intellectus quidē perficitur dum transit de non esse scientis ad esse scientis; obiectum autem non.

(49) Circa hanc non mutuam dependentiam, pro obiectionibus soluendis. *Nota 1mo.* Hæ relationes dici solent impropriè relatiuæ *tum quia* non sunt mutuæ, *tum quia*, terminum aliquando habent tantum obiectiuè existentem: vt quando de impossibili, est operatio intellectûs. *Nota 2do.* scientia, actus, habitus; potentia dicit ordinem intrinsecum ad obiectum, ac proinde relationem

propriè dictam. iam verò obiectum ad
potentiam &c. dicit extrinsecum seu
per denominationem extrinsecam; vn-
de non dicitur referri, sed tantùm dici
ad aliud relatiuè: Sic scibile dicitur re-
latiuum non per propriam relationem,
seu non per relationem sui, sed per rela-
tionem scientiæ ad ipsum. *Nota 3tio.*
Scibile, appetibile, visibile, possibile in
obiecto est duplex; scilicet *absolutum*
quod est aptitudo, seu non repugnantia,
vt possit sciri, produci &c. & secun-
dùm hoc non dicit ordinem vllum ad po-
tentiam, & *respectiuum* quando obie-
ctum habet potentiam à qua possit ap-
peti, sciri, &c. & secundùm hoc dicit
ordinem extrinsecum ad potentiam. *No-
ta 4to* Relationes tertij generis certo
modo sunt transcendentales; certo præ-
dicamentales; *Explico* In habitu & po-
tentia est duplex respectus. *1mo* essentia-
lis ad obiectum indeterminatum; *2do* ac-
cidentalis, quod scientia respicit obie-
ctum vt mensuram, ac proinde determi-
natũ. *Not. 5to* Relationes tertij generis
prædicamentales, possunt certo modo es-
se se-

ſe ſecundi generis: ſi enim obiectum ac-cipiatur vt cauſa ſcientiæ, erit relatio ſe-cundi generis: ſi verò vt terminus cui ſcientia cō nenſuratur, erit tertij generis. *Nota 6to* Relatio creaturæ ad Deum eſt non mutua, eſt tamen effectûs ad cauſam, vnde hanc relationem *aliqui* di-cunt eſſe quartum genus. *aliqui* negant eſſe prædicamentalem: *aliqui* dicunt eſſe ſecundi generis: ac proinde relati-ones non mutuas eſſe non ſolas tertij generis. *aliqui* dicunt eſſe ſecundi gene-ris non mutuam ex incapacitate alterius extremi non verò ex natura relationis.

XVIII. Ratio fundandi relationē pri-mi & tertij generis debet actu exiſtere, fundans autem relationem ſecundi gene-ris, ſufficit, ſi exiſtat moraliter. *Ratio 1mi* quia ratio hæc eſt per modum habi-tûs perſeuerantis, vt patet inductione. *Ratio 2di*, quia phyſicè & actio & paſ-ſio & potentia tranſit.

XIX. Ratio fundandi *aliquando* eſt di-ſtincta à ſubiecto, vt paternitas ab ipſo patre, quantitas à ſubiecto quod dicitur æquale vel inæquale; *aliquando* nō eſt di-

ſtincta, vt duæ quantitates Eucharifticæ æquè rotundæ duæ ſubſtantiæ eiuſdē naturæ, ſunt & ſubiectū & ratio fundandi.

XX. Ratio fundandi debet ſemper eſſe diſtincta à termino. *Ratio* quia vna albedo poſita ſuper duos parietes non poteſt fundare relationem. vide N. XV.

XXI. Subiectum & terminus relationis prædicamentalis poſſunt aliquando eſſe in eodem ſuppoſito, vt intellectus & intellectio, aliquando non, vt pater & filius, ſemper tamen diſtinguuntur realiter, quia eſt oppoſitio ad aliud.

(50) XXII. Subiectum & relatio nó diſtinguuntur realiter. *Ratio tum quia* quod eſt diſtinctum realiter, non poteſt ſubiecto aduenire ſine mutatione ſubiecti: Sed relatio aduenit ſine mutatione: Ergo. *tumquia* per quod aliqua ſunt ſimilia vel diſſimilia, per id ſunt relatiua: Sed duæ albedines ſeipſis ſunt ſibi ſimiles: Ergo. *tumquia* non poteſt oſtendi cauſa productiua relationis diſtinctæ realiter; ad Deum autem toties currere, eſt Sacriſtiam petere: *tumquia* aliàs ſequeretur contradictio: ſi enim Deus annihilaret

bilaret relationem , tunc duæ albedines *& essent* sibi similes, quia vna esset talis, qualis altera; *& non essent*, quia deesset relatio: *tumquia* potest terminus sine intrinseca sui mutatione relationem terminare; Ergo & fundamentum eam dicere. *Illustro* sine vlla sui mutatione sol me transeuntem illustrat, speculum repræsentat, homo proijcit vmbram; eadem superficies secundùm eandem realitatem; *modò* habet rationem loci, si ponatur locatum, *modò* non habet si id auferatur: idem punctum *dicitur* centrum, si ex eo describatur circulus, *non dicitur*, si non describatur. Deus idem est, dum hodie vitulus non est, qui heri obijciebatur scientificæ Dei visioni. Dices 1mo Relatio est separabilis à fundamento: Ergo. ℞. D. A. in circumstantia termini & quoad intrinsecum N. A. extra circumstantiã & quoad extrinsecum C. A. Dices 2do Antequam sit terminus, non est tota relatio in fundamento, quia non refert: Ergo. ℞. D. A. non est quoad realitatem intrinsecam, N. A. quoad denominationem respectiuam, C. A. Di-

ces

CES 3tio Effectus formalis non distingui-
tur realiter à forma : sed relatio est for-
ma : Ergo si hæc est in subiecto, deno-
minabit illud relatum, etsi non sit termi-
nus : Ergo. ℞. 1mo D. Ma. effectus pe-
tibilis à solo intrinseco C. Ma. ab intrin-
seco & extrinseco, N. Ma. ℞. 2do N.
Con. quia relatio est forma respectiua
termini, nec confert denominationem
nisi habito termino : sicut etiam quan-
titas non confert formalem effectum ni-
si in subiecto, & tamē datur quantitas in
Eucharistia sine subiecto, & sine effectu
formali; si tamen poneretur in alio subie-
cto, conferret effectum formalē sine vlla
sui mutatione. DICES 4to Visio nō est ipsa
potentia visiua posita in circumstantia
obiecti: Ergo pariter. ℞. 1mo Antece-
dens falsum est in Diuinis. ℞. 2do N.
Con. quia esse simile, est esse tale quale
aliud, at vero esse visum, & esse videns
nō habent talem ad se rationem. DICES
5to Idem de nouo produceretur & non
produceretur physicè: Ergo. ℞. N. A.
quia relatio producitur non physicè sed
logicè vel metaphysicè, seu ex funda-
mento

mento in circumstantia termini posito, pullulat metaphysica forma relationis.
Dices 6to. Transitus de non esse vniti ad esse vniti, est per vnionem distinctam realiter: Ergo & transitus de non esse relati ad esse relati, erit per formam distinctam. ℞. 1mo N. A. vide Physicam. ℞. 2do N. Con. quia esse parietem talem qualis est alter, est illi intrinsecum; at verò esse vnitum non est corpori intrinsecum, siquidem posito corpore etiam in circumstantia animæ potest non sequi vnio, at verò posito altero albo, necessariò primum album est tale quale alterum.

(51) XXIII. Terminus non ingreditur relationem intrinsecè, est tamen intrinsecè seu necessariò requisitus. *Ratio 1mi* tumquia est aliud: *tumquia* relationi transcendentali non est intrinsecus; Ergo nec prædicamentali: *tum* quia relatio esset ens aggregatum: *tumquia* quæ sunt eadem vni tertio, sunt idem inter se: Sed fundamentum & terminus essent idem relationi: Ergo. *Ratio 2di tumquia* relatio nec esse nec concipi potest sine termino; non concurrit tamen

ter-

terminus ad relationem in genere causæ formalis, quamuis habeat se per modum formalis, sicut fundamentum per modum materialis; imò potest terminus dici causa virtualis, quia dat sufficiens fundamentum vt à nobis concipiatur tanquam causa; *tum quia* dantur essentialiter requisita ad constitutionem alicuius quæ tamen essentiam intrinsecè per modum partium non constituunt: Sic creatura dependet à Deo; accidens à subiecto. Dices *1mo* Terminus ingreditur definitionem relationis. Ergo est intrinsecus. ℞. *N. Con.* tumquia non ingreditur in recto *tumquia* creatura per ordinem ad Deum accidens per ordinem ad subiectum definitur, non tamen Deus creaturæ, aut subiectum accidentis est intrinsecum constitutiuum. Dices *2do.* Sine termino non potest haberi *relatio* nec *totum* esse similitudinis: Ergo. ℞. *D. A.* relatio, totum quoad esse intrinsecum N. A. quoad extrinsecum intrinsecè tamen requisitum C. A. Dices *3tio* Noua denominatio intrinseca non potest haberi sine forma intrinseca:

Ergo

Ergo ℞. *D. A.* Denominatio absoluta, C. A. respectiua N. A. hæc enim essentialiter requirit aliud. DICES *4to.* Illa entitas constituit simile; quæ significatur per vocem simile: sed non solum subiectum significatur per vocem simile. Ergo ℞. *D. Ma.* constituit vel intrinsecè vel extrinsecè C. Ma, tantùm intrinsecé, N. Ma. DICES *5to.* Relatio secundùm suū esse completū dicit identificationem non solum cūm subiecto, sed & cum termino: Ergo. ℞. *D. A.* cum termino, tanquam requisito intrinsecè C. A. tanquam constitutiuo intrinseco N. A. DICES *6to* Manente solo intrinseco paternitatis constitutiuo, manet à parte rei paternitas: sed manente solâ entitate patris, non manet paternitas à parte rei; Ergo. ℞. *imo N. Ma.* ad respectiua enim quale est paternitas, requiritur intrinsecè etiam extrinsecum. ℞. *2do N. Mi.* quia mortuo Christo, B. Virgo erat verè Mater. DICES *7mo* Per Connotatistas entitas filij non est conditio extrinseca, requisita adhoc vt existat sola entitas Patris: Sed per Connotatistas en-

titas filij est conditio extrinseca requisita ad hoc vt existat tota relatio paternitatis: Ergo tota relatio paternitatis, non est sola entitas Patris. ℞. 1*mo* Concedo totum. ℞. 2*do* D. *Ma.* vt existat sola entitas patris in esse absoluti, C. Ma. respectiui N. Ma.

(52) XXIV. Terminus actu vel saltem moraliter existens requiritur ad relationem prædicamentalẽ. *Ratio 1mi est 1ma.* Relatio est ad aliud, sed quod est possibile & impossibile non est propriè aliud, quia nihil est; Ergo. 2*da* quia homo qui nunquam genuit, non potest dici pater. 3*tia* Naturalis proportio vnius rei cum altera est, realis actualis; sed commensuratio in relationibus tertij generis, est naturalis proport. Ergo. *Ratio 2di tum quia* ratio fundandi præterita sufficit ad relationẽ prædicamentalem: *tum quia* Petrus etiam nunc est filius Iacobi, etsi Iacobus iam sit mortuus. Dices 1*mo*. Deus est diuersus ab ente rationis: Ergo ad non ens datur relatio. ℞. D. A. diuersus impropriè aut transcendentaliter C. A. propriè aut

præ-

prædicamentaliter: N. A. quod enim est diuersum propriè, est res propriè DICES 2do. Ens rationis & rosa possibilis potest causare & terminare cognitionem: Ergo ℞. 1mo D. A. causare causalitate propriâ N. A. Metaphoricâ aut per alienas species, C. A. ℞. 2do. N. Con. quia relatio scientiæ fundatur non in causalitate & terminatione, sed in reali commensuratione. DICES 3tio Potest dici hircoceruus & ens possibile scitum: Ergo ℞. N. Con quia esse scitum, est denominatio extrinseca à cognitione; at verò esse relationis terminatiuũ est à commensuratione. DICES 4to Quod potest esse obiectum scientiæ ad aliud potest dici relatio: sed ens rationis, & possibile potest esse obiectum Scientiæ: Ergo. ℞. D. Ma. relatio prædicamentalis vel transcendentalis, C. Ma. tantùm prædicamentalis, N. Ma. Sufficit enim, quòd Scientia ad obiectum dicit relationem transcendentalem, tanquam ad id quod habet rationem scibilitatis. DICES 5to Scientiæ relatio transcendentalis est ad obiectum indeterminatum: Sed hirco-

cerùus, est determinatum: Ergo. ℞. *D. Ma.* indeterminatum, id est, non actu terminans, seu non vt commensurans; C. Ma. secùs, N. Ma. DICES 6tò Scibile est obiectum scientiæ; sed siue existat siue non existat, est scibile: Ergo siue existat, siue non, est öbiectū: Ergo scientia dicit ád illud relationem: Ergo potest relatio terminari ad non ens. ℞. *D. Má.* scibile in ratione scibilis, C. Ma. in ratione commensurantis, N. Ma.

(53) XXV. Terminus tam mutuæ quàm non mutuæ relationis, terminat vt absolutus, non autem vt respectiuus. *Ratio tum quia* mensurabile iuxta Aristotelem terminat relationē non sub ratione relatiua; *tum quia* fundamentū dictum dicitur tale qualis est terminus, non autem qualis respectus: *tum quia* relatio prosupponit terminum, correlatiua enim sunt simul naturâ: *tum quia* fundamentum refertur non ad respectum; siquidem hic potest impediri iuxta Oppositos, DICES Relatiua sunt ad conuertentiam, sunt simul naturâ, & relatio non refert actu, nisi habeat terminum: Ergo. ℞. *N. Con.*

quia

quia ex Antecedente hoc tantùm sequitur, quòd sicut relatio actu non potest referre, nisi sit actu fundamentum; ita nec terminus actu potest terminare, nisi sit actu: at vero sicut non sequitur quòd fundamentum formaliter fundet relationem, ita non sequitur, quod terminus formaliter vt relatiuus terminet relationem.

XXVI. Specificantur & multiplicantur relationes aliquando à solo fundamento, aliquando à solo termino, aliquando à ratione fundandi, aliquando ab omnibus simul sumptis Patet ex exemplis. Terminus autem hîc accipiendus non physicè, sed logicè, seu in quantum coëxistit fundamento.

(54) XXVII. Ex dictis collige relationem prædicamentalem & transcendentalem differre 1*mo* ratione termini, quia prædicamentalis requirit omnino terminum actu vel moraliter existentem, transcendentalis autem potest esse ad terminum possibilem. 2*do* Omnis relatio prædicamentalis pro ratione generica petit esse in subiecto inhæsionis, quia est accidens, pro ratione autem specifica est

ad aliud: transcendentalis verò non dicit In, quia est essentialis, nisi eatenus dicit In, quatenus prædicamentalis transcendētaliter dicit In. 3tio Prædicamentalis esse, est totum ad aliud, seu in eius conceptu nihil cogitabile est nisi ordo ad aliud: in conceptu autē relationis transcendentalis, præter ordinem ad aliud, concipitur essentiale prædicamentum: Sic in dependentia à Deo concipitur prædicatum creaturæ.

ASSERTIO VIII.

DE POSTPRÆDICAMENTIS, ET RELIQVIS PRIMÆ OPERATIONIS MATERIJS.

(55) §. I. *Explicantur Postprædicamenta.*

I. *Oppositio* est *vel* impropriè sumpta pro quolibet disparato, distincto, incompossibili, *vel* propriè, quæ est oppositio aliquorum eiusdem prædicamenti cum aliqua certa lege; & hæc est *vel* incomplexa physicè, vt inter qualitates; *vel* incomplexa metaphysicè, vt inter differentias; *vel* complexa logicè, vt inter pro-

propoſitiones Oppoſitio rurſum alia eſt Contraria, alia relatiua, alia priuatiua, alia contradictoria. De ſingulis per ſequentia.

(56) II. *Contraria Oppoſitio* eſt inter ea, quæ ſub eodem genere maximè diſtant. Hinc tres Contrariorum conditiones obſerua 1*ma* vt ſint entia poſitiua quia nihil ſub eodem genere eſſe poteſt, niſi quod participat rationem generis, negatiua autem rationem generis non participant. 2*da* vt ſint ſub eodem genere prædicamenti, quia res diuerſorum prædicamentorum non tam ſunt contrariæ, quàm diſparatæ; non requiritur tamen vt ſint ſub eodem genere immediato; quia amor & odium non ſunt ſub eodẽ genere virtutis aut vitij, ſed tantùm ſub genere habitûs. 3*tia* vt maximè inter ſe diſtent: vbi intellige 1. diſtantiam intra latitudinem differentiæ poſitiuæ 2. diſtantiam non ſecundùm locum, ſed ſecundùm naturam & eſſentiam. 3. diſtantia debet ſumi non abſolutè, ſed comparatione vel eiuſdem ſubiecti vel eiuſdem generis: quia ſi naturas tantùm abſolutè

ſpectaremus, magis diſtaret ſcientia & albedo, quam albedo & nigredo; ſi etiam ſolâ habitâ ratione ſubiecti, negligamus naturas, tunc etiam albedo & rubedo maxime diſtant, quia eidem ſubiecto ineſſe non poſſunt. 4. Hæc, maximè, diſtantia colligitur ex effectibus formalibus oppoſitis. *4ta Conditio* Contrariorum eſt, vt ſe expellant formaliter, ſeu ſeipſis ex ſubiecto eodem.

(57) III. *Relatiua Oppoſitio* eſt inter correlatiua conſiſtitq; in incompoſſibilitate extremorum, cum nihil poſſit referri ad ſeipſum. Relatiua à contrarijs differunt, inquit Ariſtoteles, quia illa ſe ponunt inuicem, hæc pellunt.

(58) IV. *Priuatiua Oppoſitio* eſt eorum, quæ nata ſunt fieri circa idem ſubiectum, vt cæcitas & viſio circa oculum, *ſeu* Priuatio & negatio formæ in ſubiecto apto habere illam eo tempore & eâ ſui parte, vnde lapis non dicitur cæcus, quia non eſt aptus habere formam oppoſitam; nec infans propriè dicitur edentulus, quia etſi poteſt habere dentes, non tamen eâ ætate. Priuatio *alia* eſt generica,

rica,

rica, quæ afficit ſubiectum conſideratum in ratione generica; ſic talpa dicitur cæca non quatenus talpa, ſed quatenus animal: *alia* ſpecifica: ſic Petrus, vnimanus dicitur, non quatenus animal, ſed quatenus homo. A priuatione ſubſequente formam corruptam, ad habitum eundem numero per actionemq́; & cauſam eandem numero, non datur regreſſus naturaliter.

(59) V. *Contradictoria Oppoſitio* eſt inter ea quæ opponuntur ſibi tanquam affirmatio & negatio, ſeu quorum vnum eſt forma, & alterum eſt negatio formæ, vt Ens, & non ens. *Nota hic 1mo* Contradictio *alia* eſt *incomplexa*, ſeu obiectiua, *alia complexa* ſeu enunciatiua. *Nota 2do* Incomplexa alia eſt verificatiua, alia terminatiua; ſeu, obiectum contradictoriarum propoſitionum, aliud eſt *verificatiuum* quod ſunt duo oppoſita, vt (Exiſtit albedo, non exiſtit albedo) vbi propoſitionis affirmatiuæ obiectum verificatiuum eſt exiſtentia, negatiuæ autem, negatio exiſtentiæ; aliud eſt *terminatiuũ* quod eſt vna eademq́ne res poſitiua, ad

quam

quam adæquatè terminatur affirmatio & negatio, affirmatio quidem per modum accessûs componendo prædicatum cum subiecto, negatio autem per modum recessûs, separando prædicatum à subiecto. *Nota 3tio* Complexa alia est *materialis* seu obiectiuè, vt quando repræsentantur duæ contradictoriæ propositiones, sed sine assensu; alia *formalis* & cum assensu. *Nota 4to* Ad formalem contradictionem requiritur 1. idem intellectus assentiens. Hinc quando atheus dicit (Non est Deus) ego autem hoc audiens dico (Est Deus) tunc in meo intellectu est tantùm contradictio obiectiuè, non autem formalis, quia non est idem intellectus assentiens vtriq; propositioni. 2. vt sit de subiecto supponente. Hinc iuxta aliquos hæ propositiones [Homo est equus, homo non est equus] non sunt contradictoriæ, quia negatio debet tollere id quod inuenit, præfata autem negatiua equum quem non inuenit in affirmatiua equum quem tollat. 3. vt inter contradictoria non detur medium; datur autem medium, si propositiones, quæ videntur esse contradicto-

dictoriæ, sint cum aliquo addito, seu aduerbio, seu respectu subiecti non apti. Hinc propositiones (Angelus est essentialiter albus, Angelus non est essentialiter albus) non sunt contradictoriæ, datur enim medium, quia Angelus nec est essentialiter albus, neque non est essentialiter albus. *Nota 5to* Oppositio contradictoria potest esse etiam inter negatiua, quorum tamen vnum sit virtualiter positiuum, vt cæcus non cæcus. *Nota 6to* Respectu duorum contradictoriorū non potest dari cognitio vniuersalis abstractiua, quâ cognoscatur illorum ratio communis, quia contradictoria nihil habent commune; potest tamen dari cognitio præcisiua, quâ neutrum contradictoriorum cognoscatur; Sic potest homo cognosci secundum essentialia prædicata, & non considerari an existat vel non existat, an sit risibilis vel non risibilis, esto homini necessariò conueniat alterutrum. *Nota 7mo* Contradictoria etiam propter diuersa instantia naturæ & rationis, non possunt esse simul vera in aliquo indiuisibili temporis instanti. *Ra-*

tio 1ma, quia sequeretur Filium Dei posse concipi existere & non existere in aliquo instanti temporis, ob diuersa instantia rationis vel originis. *Ratio 2da* Ad verificationem contradictoriorum requiritur, vt res tota existat in toto illo temporis indiuisibili, & tota in toto non existat: Sed res in toto illo instanti existit: Ergo. *Min. pr.* Quod existit in indiuisibili, in toto existit: Sed tunc existeret in indiuisibili, instans enim non est diuisibile: Ergo. Hoc argumentum adeo certum Aristoteli est visum, vt probandum non ratione, sed sensu censuerit: *Tamdiu*, inquit, *hoc negantes cædendi sunt, donec sensu conuincantur, & fateantur aliud esse cædi, aliud non cædi, & concedant dum cæduntur, falsum esse quòd non cædantur, vel si dicunt verum esse quòd non cædantur, cædantur adhuc.*

VI. Reliqua quatuor Postprædicamenta sunt Prius & Posterius; simul; Motus generationis, corruptionis, lationis, alterationis; & Modus habere.

 §. II. *De Obiecto Apprehensionis.*

I. Omne ens & non ens, & seipsam attingit Apprehensio. *Ratio tū quia* dantur horum species impressæ, etsi impropriæ: *tum quia* sufficit aliquid attingi *vel* per alienas species, *vel* tanquam per connotationem, *vel* per subiectum: *tum quia* etiam non entia habent suam intelligibilitatem, etsi negatiuam: *tum quia* potest aliquid esse sui ipsius imago, etsi mediatè & indirectè: Ergo apprehensio sic se apprehendet: *tum quia* in Eucharistia, fideles de ordinario cursu nō decipiuntur.

II. Tota propositio potest ab apprehensione attingi. *Ratio* quia simplex apprehensio potest terminari ad identitatē extremorum: Ergo & ad ipsa extrema: non attingit tamen assertiuè aut compositiuè, sed tantùm repræsentatiuè, essetq; multiplex virtualiter; esset & simplex, quia specificaretur non à solo obiecto, sed & à sua entitate, & à modo tendendi.

III. Vox syncategorematica, iuxta aliquos, primariò significat secundam in-

tentionem. Sic hæc vox *Omnis* iuxta illos, primario significat vniuersalitatem, seu dabilem esse propositionem vniuersalem, cui hæc vox præfigatur.

IV. In concretis, (quæ non sunt realia, sed denominationes extrinsecæ) illud dicitur in recto, quod vi talis modi concipiendi, intellectus potest immediatè prædicare vel subijcere. Sic (album, dulce, dux, consul) in recto significant subiectum; quia quando dico (Album est dulce, consul) resoluo, quod subiectum habens albedinem, sit subiectum habens dulcedinem, consulatum; Alij dicunt in talibus concretis id quidem verum esse, at in substantiuis dicunt *aliqui* id in recto significari, quod est principium: vnde ly *homo* significat in recto naturam. Denique in concreto ex natura creata, & subsistentia increata, seu in Christo, significari in recto subsistentiam. Vide etiam Assert. 1. §. 3. N. 11.

V. In Apprehensione non datur falsitas formalis incomplexa; seu apprehensio non percipit rem falsè, sed id quod est; datur autem falsitas complexa, seu

repræ-

repræſentatio propoſitionis falſæ. *Ratio 1mi tum quia* dum aurichalcum puto eſſe aurum, putare eſt ſecundæ operationis, apprehenſio autem ſicut ſolius aurichalci habet ſpeciem ita aurichalcum apprehendit: *tum quia* adhuc prima operatio eſt dirigibilis, ſiquidem dirigi poteſt etiã id, quod eſt determinatum; & præterea dirigi poteſt per excitationem ſpecierum ſubiecti & prædicati per regulas logicæ. *Ratio 2di* quia id apprehenſio repræſentat quod eſt: Sed aliqua propoſitio eſt falſa: Ergo.

(61) *§. III. De Signo & vocibus.*

I. Signum eſt indicatiuũ rei alicuius, an autem diſtinctæ, diſputari ſolet, qui enim negant reflexiones actuum ſupra ſe ipſos, & qui negant apprehenſionẽ poſſe ſeipſam apprehendere, illi docent ſignum eſſe ſignificatiuũ rei à ſe diſtinctæ.

II. Signum in ratione ſigni primariò conſtituitur per reſpectum ad rem ſignificatam, & ad inſtitutorem ſigni; per reſpectum autem ad potentiam vtentem ſigno non conſtituitur in ratione ſigni

formaliter. Dices Voluntas Autoris nō
significatur per vocem ; *tum quia* non
existit, *tum quia* alias voluntas haberet
seipsam pro obiecto. ℞. Voluntas Auto-
ris saltem confusè significatur per vocē,
existit moraliter; non habet seipsam pro
obiecto, quia significatio non est volun-
tas, & præterea vult significationem in
actu primo, seu significatiuitatem, non
autem significationem in actu secundo.

III. Signum aliud est *instrumentale*
quod ipsum cognitum ducit potentiam
in cognitionem alterius, vt ex hedera co-
gnoscitur venalis potus: aliud *formale*
quod ipsum non cognitum ducit in no-
titiam alterius, vt cognitio & species im-
pressæ in notitiam obiecti. *Item* aliud
Naturale quod ex natura sua est indica-
tiuum alterius vt latratio significat ca-
nem, eiulatus dolorem ; aliud *ad placi-
tum* quod ex libera institutione indicat
aliquid *Item* aliud *potentiale*, aliud *actuale*.

IV. Signi naturalis rationem habent
effectus & passiones; iuxta alios etiam
Causæ, quia etiam hæ connexionem ha-
bent cum effectu: sed puto id verum es-

se de

se de Causis, quæ sine suo effectu esse non possunt naturaliter, vt ignis sine calore, luce &c. *Item* inter signa naturalia censentur ea, quæ ex se habent connexionem cum significato, aut similia sunt significato. Imaginis tamen prototypon communiter negatur esse signum, quia non est ordinatum ad significandam imaginem, sed ad referendum eum qui depingitur.

V. Signa ad placitum, sunt Voces, picturæ, sculpturæ, &c. DICES *1mo* Omne quod vocauit Adam, ipsum est nomen eius. Ergo. ℞, est nomen eius, id est, non alterius, vel est nomen eius quod retinuit. DICES *2do* voces aliquæ vetularum sunt effectiuæ sanitatis; Ergo sunt naturale signum. ℞. non sunt effectiuæ per se, sed ex pacto implicito cum dæmone. DICES *3tio* Conceptus significat naturaliter: Ergo & voces. ℞. *N. Con.* quia conceptus sunt signa formalia habentia virtualiter similitudinem obiecti. DICES *4to* Voces naturaliter significant conceptum: Ergo & rem. ℞. *D. A.* conceptum materialiter, seu vt sunt re-

 præ-

præſentatiuæ rerum, N. A. formaliter, ſeu vt ſunt ſignum loquentis C. A. Vox enim naturaliter loquentem ſignificat. DICES 5to Multæ voces Hebrææ habent ſimilitudinem cum re ſignificata; vnde educatus in ſiluis loqueretur hebraicè: Ergo. ℟. N. A.

(62) VI. Vox & quoduis ſignum ad placitum, directè, immediatè & primariò ſignificat rem, ſecundariò conceptũ, Ratio 1mi *tum quia* Ariſtoteles ait: *Vtimur vocibus pro rebus*: Ergo non pro conceptibus: *tum quia* Vox eſt vicaria conceptuum, ſicut legatus legantis: Atqui conceptus primariò ſignificat rem; ſicut Nuntius ea quæ refert primariò intendit intelligi: Ergo. *tum quia* loquens, primariò intendit rem intelligi, quid enim Ethnico prodeſt, ſi concipiat quis ſim ego, & non percipiat quod ego prædicem Deum? *tum quia* ſi vox ſignificaret primario conceptum, tunc conceptus de conceptu, non res de re prædicaretur. *Ratio* 2*da* quia vt ignis vrat, debet applicatio concurrere vt Quo; Ergo etiam vt quis mihi per vocem explicet rem, debet con-

conceptus concurrere aliquomodo. Dices 1mo Id significamus quod habemus in animo; Ergo voces ex Arist. sunt notæ conceptuum. ℞. *D. A.* quod habemus vt obiectum, C. A. vt repræsentationem obiecti, N. A. *vel*, id significamus primariò vel secundariò C. A. tantùm primario, N. A. Dices *2do* Auditâ voce Arabicâ & blictri, nullam rem intelligo: Ergo solum conceptum: ℞. *D. A.* nullam rem explicitè aut per accidens, C. A. confusè aut per se, N. A, Dices *3tio* Voces significant medijs conceptibus: Ergo. ℞. *D. A.* medijs vt quod, & vt cognitis, N. A. vt quo & non cognitis, vtpote signis formalibus, C. A. Dices *4to* Voces mendaces & æquiuocæ significant id quod est in mente loquentis: Ergo non rem. ℞. D. A. quod est vt obiectum, C. A. vt repræsentatio, N. A. Mentiens enim & æquiuocans, intendit rem certam intelligi, esto audiens per accidens decipiatur. Dices *5to* Intellectio significat immediatè conceptum: Sed intellectio est vox: Ergo. ℞. *D. Ma.* conceptum vt rem, C. Ma. vt repræsentationem N. Ma. *AS-*

ASSERTIO IX.

DE SECVNDA OPERATIONE.

(63) §. I. De Natura & Obiecto 2dæ Operationis.

I. SEcunda Operatio pro varietate officiorum varia habet nomina. Inter cætera dicitur Propositio, Iudicium compositiuum prædicati cum subiecto, vel diuisiuum prædicati à subiecto. *Aduerte* autem in propositione affirmatiua esse connexionem affirmati prædicati de subiecto, in negatiua negati. *Item aduerte* non illam esse propositionem affirmatiuam, in qua affirmatur prædicati negatio de subiecto, vt fit in propositione negatiua; sed in qua affirmatur ipsum prædicatum de subiecto.

(64) II. Iudicium 2dæ Operationis est simplex, & nullo modo compositum. *Ratio 1ma* Potest vna vox sigficare plura vt Exercitus: Ergo & actus iudicatiuus. *2da* Potest vniuersale fieri cognitione simplici præsuppositis actibus exploratiuis: Ergo. *3tia* Actus terminatus ad identitatem prædicati cum subiecto, vel ad

ad diuisionem, est simplex : *Sed Iudiciũ* est talis actus : Ergo. DICES 1*mo* Actus iudicij terminatur ad multa ; nempe ad subiectum,prædicatum,connexionem,ac proinde ad tres apprehensiones ; terminatur item ad contradictoria, ad tardè pronunciata, ad hypotheses : Ergo non est simplex ℞. D. A. terminatur ad multa formaliter, N. A. præsuppositiuè & quasi exploratiuè vel experimentaliter & quasi intuitiuè, C. A. DICES 2*do* Si propositio proferatur ab *est*, est ibi iudicium de copula, non est de prædicato & subiecto : Ergo. ℞. D. A. non est de subiecto & prædicato determinato, C. A. vago, N. A. DICES 3*tio* Vocalis propositio non est iudicium simplex : Ergo nec mentalis. ℞. D. A. non est simplex ratione pronuntiationis, C. A. ratione iudicij, N. A.

III. Respectu propositionis sumptæ pro affirmatione vel negatione, meteriale obiectum, est prædicatum & subiectum; formale autem est identitas vel vera, vel apprehensa, vt in propositionibus falsis ; respectu autẽ propositionis sumptæ pro

judicio

iudicio seu assensu & dissensu, obiectum
materiale est subiectū, prædicatū & iden-
titas ; formale verò est ipse assensus vel
dissensus. Dices *1mo* In propositione ne-
gatiua, particula *non* significat immedia-
tè negationem non obiectiuam sed for-
malem, seu modum tendendi, quo intel-
lectus reprobat identitatem subiecti &
prædicati: Ergo in propositione negatiua
non attingitur identitas : Ergo identitas
non est obiectum secundæ operationis.
℞. *T. A. D Con.* non attingitur identi-
tas affirmata C. Con. negata , N. Con.
Dices *2do* Idem obiectum concipio in
propositione quod extra eam : sed extra
non concipio identitatem : Ergo *Mi.pr.*
Conceptus relatiuus non se tenet ex par-
te obiecti : Sed identitas est conceptus
relatiuus, qui est vnio inter extrema : Er-
go. *Ma. pr.* Conciperem vel implicitè
vel explicitè, directè vel indirectè: Atqui
ita non concipio : Ergo. ℞. *1mo D. 1mā*
Ma. idem & eodem modo, N. Ma. di-
uerso, C. Ma. ℞. *2do N. 2dam Ma.* quia
relatio erit inter duo formaliter distincta.
℞. *3tio* Attingi potest & directè & in-
directè, & attingitur expressè. (65)

(65) §. II. *De Affectionibus Propositionis, eiusq; varijs diuisionibus.*

I. Veritas est conformitas obiecti & repræsentationis. Hæc porro conformitas *1mo* non est relatio realis aut rationis, quia priùs est pendere à termino vt obiecto, quàm vt correlatiuo; & esto talis sit actus, quale obiectum; per prius tamen est talis in ratione repræsentationis, seu potiùs attractionis obiecti, quàm talis in ratione similitudinis. *2do* non est aliquod accidens realiter distinctum à cognitione: *tum quia* non assignatur causa productiua huius accidentis: *tum quia* relatio non est distincta. *3tio* non est aliquod prædicatum intrinsecum essentiale propositioni: Est contra Hurtadū: *Ratio* tum quia Aristoteles docet veritatem & falsitatem esse accidentalem propositioni: *tum quia* propositioni hoc solum est essentiale, vt intellectui repræsentet obiectum iudicatiuè, determinando ad alterutram partem contradictionis affirmando aut negando, iam autem esse veram & similem obiecto, est acciden-

dentale: *tum quia* Angelus cognoscens
intrinseca prædicata propositionis huius
(Petrus cras peccabit) nõ cognoscit an Pe-
trus cras sit peccaturus: *tum quia* actus
suâmet quidem entitate est repræsenta-
tio obiecti, assimilatur obiecto, affirmat
vel negat obiectum, est perfectio intelle-
ctûs, ast verus, est nõ suâmet entitate, sed
dependenter ab obiecto. *4to* veritas seu
conformitas actûs cum obiecto, non est
partim intrinseca, partim extrinseca
actui, sed est accidens logicum identifica-
tum soli actui connotanti obiectũ. Ra-
tio tum à paritate de relatione: *tum quia*
veritas est perfectio actûs non obiecti;
tum quia illud est verum formaliter, quod
est verum repræsentatiuè, obiectum au-
tem est causaliter radicaliter verum. Di-
ces 1*mo* Dictum est N. 3. quòd veritas
non est essentialis propositioni: Ergo &
denominatio extrinseca. ℞. 1*mo* *D. A.*
non essentialis, id est, non est prædica-
tum transcendentale constitutiuum pro-
positionis in esse propositionis, C. A.
id est non identificatur, N. A. quia etiam
relatio prædicamentalis, non est essen-
tialis,

tialis, & tamen identificatur fundamento. ℞. 2do *D. Con.* est denominatio extrinseca, id est, non est vera propositio, nisi connotet obiectum ita se habere ac repræsentatur C. Con. id est, est ita extrinseca sicut cognitio cognito, N. Con. DICES 2*do* Hæc propositio (Homo est animal) est vera, & tamen connotat obiectum non ita se habere sicut est: Ergo. ℞. D. A. non ita adæquatè C. A. inadæquetè N. A. DICES 3*tio* Sæpe obiectum abest, Ergo veritas non est conformitas cum obiecto. ℞. *N. Con.* quia concretū hoc, veritas, non requirit vt actu existat id, quod connotatur, sicut etiam prius & posterius. DICES 4*to* Magis visio ocularis est expressio obiecti, quàm cognitio vera: Sed illa tota est in actu: Ergo & hæc: ℞. *D. Mi.* visio vt est sensatio, est tota in actu, C. Mi. vt est repræsentatio obiecti, N. Mi. Sic enim connotat obiectum. 5*to* Veritas formalis non consistit in conformitate obiecti vt cogniti ad seipsum existens; seu in conformitate rei cognitæ cum re vt ipsa est in se, sed in conformitate actûs cum obiecto. *Ratio*

tum quia idolum rerum conceptarum nō datur in intellectu, sed ipsa cognitio est obiecti repræsentatio: *tum quia* veritas formalis est conformitas, res autem vt concepta, non est conformis cum re existente: *tum quia* ex Arist: ex eo quod res est, vel non est, oratio est vera vel falsa. DICES Veritas est obiectum intellectûs: Ergo non est in actu. R. *D. A.* veritas radicalis, materialis, causalis, obiectiua, C. A. formalis seu tendentia in obiectum, N. A.

(66) II. Omnis propositio est vera vel falsa, aliquæ tamen dependenter tantùm ab alijs. Sic propositiones imperfectæ, quæ non sunt de præsenti, dependent à perfectis quæ sunt de præsenti. Tunc porro propositio incipit esse vera vel falsa, quando habet omnes circumstantias, ac proinde in vltimò prolationis instanti.

III. Veritas & falsitas *intensiuè* seu secundùm prædicata essentialia, non suscipit magis & minus, siue sit de obiecto indiuisibili, siue diuisibili, siue de necessario siue contingente; *extensiuè* tamen admittit

tit falsitas; *non* admittit veritas, *vtraque* admittit in intensione perfectionis & necessitatis. *Ratio 1mi tum quia* conformitas & difformitas consistit in indiuisibili; *tum quia* in obiecto non potest esse maior vel minor veritas radicalis intensius sicut est maior vel minor euidentia & certitudo, vnde etiam desumitur maior vel minor euidētia & certitudo cognitionis. *Ratio 2di* quia etsi, qui currentibus decē dicit currere octo, æquè propriè distat à vero, atq; is, qui dicit currere quinque, nō tamen distat tantùm à vero *Ratio 3tij* quia si duo verum dicant, æquè vnus ac alter debet dicere quòd currant decem. *Ratio 4ti* quia magis necessaria & perfectior connexio est in propositionibus de materia necessaria & fidei, quàm de contingenti. Similiter magis diuersum est prædicatum à subiecto in hac propositione (Deus peccat) quàm in hac (Petrus non est animal.)

IV. Propositio vera non potest transire in falsam, etiam in materia contingente, seu de obiecto mutabili. *Ratio 1a* quia huius propositionis (Petrus hac ho-

râ currit) quam Deus totâ horâ conseruaret, *vel* est sensus iste : Petrus hac horâ integerrimâ currit ; & sic, si Petrus vel minimâ quauis horæ parte non currat, statim ab initio prolationis fuit falsa, *vel iste*: Pertrus aliquâ indeterminatâ horæ parte currit, & sic statim ab initio erat vera, si Petrus vel primo vel tertio &c. quadrante currat, *vel iste* : Petrus determinatâ horæ parte v. g. 2do quadrante currit ; & sic si Petrus non currat secundo quadrante, etsi currat primo, tertio, quarto ; statim ab initio horæ propositio erat falsa ; Idem dic de hac propositione (Aliquis homo currit) supponit enim vel pro certo, vel pro indetermina- to &c. vt supra. *Ratio 2da* Etiam apprehensio, visio, tactio, relatio, vnio transiret in falsam, cum tamen in his non detur falsitas. DICES Si hic actus (Petrus currit nunc in instanti D.) conseruetur vsq; ad instans G, transibit in falsum : Ergo. *N. A.* quia ly nunc refertur ad instans D. seu importabit instans D.

V. Ex duabus contradictorijs propositionibus etiam singularibus contingentibus

tibus, vna est determinatè vera altera falsa. *Ratio tum quia* ab æterno habuit suũ obiectum: Ergo illi erat vel conformis vel difformis: *tum quia* adhuc erit veritas necessaria, etsi obiectum contingens, quia erit actus talis, quale obiectũ, seu repræsentabit rem, qualis res est: *tum quia* ex hac scientia non tolleretur libertas, siquidem scientia est quid consequens.

ASSERTIO X.

DE TERTIA MENTIS OPERATIONE.

(67) §. I. *De Discursûs natura generaliter.*

I. SOlus Syllogismus habet propriè rationem discursûs quia solus habet eam terminorum dispositionem, vi cuius infallibiliter vnum inferatur ex alio Enthymema autem, Inductio, & Conuertibilia inferunt vel vi solius materiæ, vel non infallibiliter.

II. Ad essentiam Syllogismi pertinent Præmissæ & Conclusio, sed tamen tantùm tanquam pars materialis, Illatio au-

tem est pars formalis. *Ratio 1mi* quia si-
ne his syllogismi essentia esse non potest.
2di quia omnes illæ tres propositiones
per se sunt secunda operatio *3tij* quia
sicut secunda operatio à prima differt per
copulam, ita tertia à secunda differt per
illationem, seu per iudicium de connexio-
ne extremorum inter se propter mediũ.

(68) §. II. *Quomodo conclusio, præmissæ & illatio habent se ad Syllogismũ*

I. In Vnico actu non potest consiste-
re ratio discursûs. *Ratio 1ma* quia ad di-
scursum formalem non sufficit transitus
de obiecto in obiectum: siquidem dum
dico (Nullus bos est asinus, omnis homo
est flos metaphoricè sumptus) est tran-
situs de obiecto in obiectum, non tamẽ
discursus. *2da* Causa & effectus distin-
guuntur realiter, præmissæ autem sunt
causa conclusionis. *3tia* Syllogismus est
in quo quibusdam positis &c. Ergo ha-
bet terminum à quo & ad quem. DICES
1mo Cgnitio effectûs per causam est di-
scursus: Sed datur vnica cognitio effe-
ctûs per causam: Ergo, ℞. *D. Ma.* co-
gnitio

gnitio illatiua, C. Ma. non illatiua, N. DICES 2do Duæ præmissæ possunt cognosci vnâ cognitione quæ æquiualeat duabus: Ergo & totus discursus. ℞. *N. Con.* quia vtraque præmissa est inferens, conclusio autem est illatum. DICES 3tio Possum vnâ visione & vnâ intellectione attingere plura: Ergo ℞. *D. A.* possum attingere illatiuè, N. A. sine illatione, C. A.

II. Ad essentiam Syllogismi requiruntur duæ præmissæ, sufficit tamen eas esse duas virtualiter. *Ratio 1mi* quia Syllogismus infert conclusionem ex connexione medij cum vtroque extremo, ac proinde ex quibusdam. *Ratio 2di* quia potest dari iudicium enuncians id totum vno actu, quod enunciatur duobus, v.g. dum dico (Omnis homo est animal; Ergo Petrus est animal) tunc in Maiori intelligitur hæc Minor, sed Petrus est homo.

III. Ad essentiam Syllogismi non requiritur coubicatio actuum aut coordinatio præmissarum, quia sine his potest haberi dependentia conclusionis à præmissis. Attamen per se loquendo non

contingit succeſſio propoſitionum, ſeu vtraque præmiſſa non præcedit tempore concluſionem, quia non eſt motus propriè ſumptus, debent verò præcedere naturâ, quia ſunt concausæ.

(69) §. III. *De Præmiſsis & Concluſione vt præcognitis.*

I. Præcognitum eſt, quod prius cæteris eſt cognoſcendum. In his præcognitis conſiderari ſolet, quòd ſit, & quid ſit rei, & quid nominis, an tale ſit, & propter quid tale ſit. Alij tamen dicunt, quòd præcognitiones hæ, duæ tantùm ſunt, nempe quod ſit, & quid ſit; ad has enim aliæ reuocantur.

II Ad inferendam concluſionem tria tantùm præcognoſcenda ſunt, nempe ſubiectum ſeu minus extremum concluſionis, prædicatum, & principia ſeu præmiſſæ, ex quibus infertur concluſio. *Ratio* quia vt inferatur concluſio, debet nobis eius principium eſſe notum. Dices 1*mo* Ante concluſionem præcognoſcitur medius terminus, bonitas conſequentiæ, principia Dici de omni &c. Ergo ſunt plura

plura præcognita: ℞ *D. Con.* præcognita immediata, *N. Con.* mediata C. Con.

Dices 2*do* Maius & minus extremum in præmissis, faciunt vnum præcognitum; Ergo & in Conclusione facient vnum præcognitum: Ergo totius Syllogismi erit vnum præcognitum, quia ijdem termini sunt in conclusione qui in præmissis ℞ *N. Con.* Quia extrema in præmissis cognoscũtur vt vnita, ac proinde vnũ faciunt præcognitũ, at vero in conclusione cognoscuntur vt separata, seu vt vnibilia.

III. In quouis præcognito præcognoscendum est, quid sit, seu definitio saltem nominis, vt cognoscatur quæstio, in subiecto præterea præcognoscendum est quòd sit, id est, an existat existentia reali, & actuali, vel possibili, vel impossibili; aliàs enim frustra subiecti essentia inquireretur, vel de ea aliquid demonstraretur; At in prædicato non requiritur, vt præcognoscatur quòd sit, quia passio demonstratur inexistere subiecto; Ergo non debet præcognosci vt existens, quia si vt existens præcognosceretur, præcognosceretur vt inexistens subiecto, siquidem

dem

dem passio est accidens proprium, seu quartum prædicabile.

(70) §. IV. *De præmissis & illatione formali vt cognitis, examinatis, iudicatis.*

I. *Cognitio consequentis* est actus repræsentans identitatem duorum extremorũ inter se in conclusione. *Cognitio consequentiæ* est actus examinans an extrema conclusionis ita sint connexa cum medio, vt ex hac connexione possit inferri conclusio. Porro bonitas consequentiæ alia est *formalis* quæ est connexio illationis cum præmissis iuxta regulas Logicæ: alia *obiectiua* quæ est connexio ipsius obiecti cum obiecto præmissarum, seu identitas extremorum conclusionis cũ medio.

II. Ad Syllogismum necessaria est cognitio non tantùm consequentis, sed & de bonitate consequentiæ, quæ tamen non opus est vt sit iudicatiua, sed sufficit vt sit simplex apprehensio, eaque non reflexa. *Ratio 1mi tum quia* particulæ *Ergo* positæ in conclusione, debet respondere aliqua cognitio in intellectu: *tum*

quia

quia nemo esset certus quod sciat seu quòd bene inferat, *tum quia* multi ægriùs assentiuntur conclusioni, quàm alij : Ergo apparet quòd bonitatem consequentiæ tardius illi quàm hi aduertant. *Ratio 2di* quia si hæc cognitio esset iudicatiua, tunc conclusio præcederet conclusionē; iudicium enim decernens ex rationali inferri animal, est conclusio, illud autem iudicium esset tale. *Ratio 3tij* quia non experimur reflexè hanc in nobis cognitionem, sed tantùm exercitè. In modis tamen imperfectis posset admitti reflexa.

III. Cognitio de bonitate consequentiæ seu illatio formalis, & cognitio consequentis seu conclusio, non sunt actus distincti realiter. *Ratio tum quia* attendere ad connexionem extremorum cum tertio, & ad connexionem extremorum inter se, est idem actus : sed prius officiū est consequentiæ, aliud consequentis: Ergo : *tum quia* siue dicas (sequitur Petrum esse animal) siue (Ergo Petrus est animal) idem est actus, prior est consequentiæ, alter consequentis. DICES *1mo* Illatio & conclusio sunt separabilia, potestq; intelle-

tellectus indicare extrema conclusionis esse connexa secum, & non indicare esse connexa cum tertio: Ergo. ℞. D. A. conclusio reduplicatiuè, N. A. vt propositio, C. A. DICES 2do Sæpe distinguitur consequens, consequentia nunquam: Ergo. ℞. *N. Con.* quia consequens patitur diuersos sensus. DICES 3tio In hoc Syllogismo (Nullus bos est lapis, nullus homo est bos: Ergo nullus homo est lapis) est consequentia mala, & consequens verum: Ergo. ℞. *D, A.* verum ratione materiæ, seu vt propositio, C. A, non vt propriè consequens, C. A, formaliter N. A.

(71) §. V. *De præmissis & Conclusione comparatis inter se quoad causalitatem.*

I. Concurrunt præmissæ formales & obiectiuæ ad conclusionem; non concurrunt tamen effectiuè; sed tantùm in genere causæ formalis illuminatiuæ extrinsecæ; & quidem præmissæ obiectiuæ vt Quod; formales vt Quo. *Ratio 1mi* quia non habent se mortuo modo. *2di*

2di Cognitio est actus vitalis : Ergo debet ab eo produci, in quo recipitur : Atqui conclusio est cognitio, non recipitur autem in præmissis : Ergo. *tum quia* ex falsis præmissis potest inferri verum, falsum autem non est productiuum veri. *3tij* quia præmissæ monstrando intellectui identitatem extremorum cum tertio, monstrant etiam ipsorum extremorum identitatem inter se, non tamen ita explicitè sicut conclusio ipsa. *4ti* quia ratio assentiendi intrinseca, est ipsa obiecti cognoscibilitas. *5ti* quia præmissæ formales habent se per modum applicationis.

II. Conclusio à præmissis non ita essentialiter pendet vt non possit sine illis saltem diuinitus haberi. *Ratio tum quia* eadem Conclusio potest à variis præmissis pendere, v. g hæc (Ergo aliquod album est dulce) vel ab his (Omne lac est dulce, sed omne lac est album) vel ab his (Omne mel est dulce : sed aliquod albũ est mel) *tum quia* dantur tales syllogismi præsertim expositorij, in quibus quæcunque ex præmissis potest esse conclusio,

possum enim dicere vel sic [Hic hmo est Rex, hic homo est Petrus: Ergo.] vel sic [Petrus est Rex, Petrus est hic homo: Ergo] Dices 1mo Conclusio respicit intrinsecè præmissas: Ergo essentialiter pendet ab illis. ℞. N. Con. quia etiam accidens intrinsecè respicit subiectum, & tamen potest esse sine subiecto: tum quia non omne intrinsecum est essentiale, quia relatio prædicamentalis est intrinseca fundamento, non tamen essentialis. Dices 2do Talis conclusio deberet esse diuersa speciei ab hac quæ producitur à præmissis. Ergo hæc quæ producitur à præmissis non potest esse à præmissis ℞. 1mo N A. quia diuersitas speciei non desumitur à diuersitate causarum, sicut homo à Deo & homine productus est eiusdem speciei. ℞. 2do D. A. esse diuersæ speciei in ratione obiecti euidentis & certo cogniti, N. A. in ratione illuminationis, ac proinde speciei diuersa accidentaliter, C. A.

III. Conclusio sequitur debiliorē partem. *Ratio* quia esto dentur aliqui effectus, qui potiùs sequuntur nobilitatem

causæ;

causæ; vt lumen gloriæ eleuat intellectū ad visionem beatificam &c. ex talium tamen numero causarum non sunt præmissæ; quia in qua perfectione effectus pendet à causa, in ea si deficiat causa, deficit & effectus. Debilior porro est præmissa negatiua quàm affirmatiua, contingens quàm necessaria, &c. Item debilius est quod pauciora, quam quod plura & superiora, veriora, certioraque prædicata continet. Vbi simul aduerte perfectius hîc, aut imperfectius intelligi non merè secundùm esse physicum, seu naturam, sed simul secundùm esse Logicum, id est, ratione coniunctionis extremorum cum medio.

(72) *§. VI. De Præmissis & Conclusione in ordine ad assensum & dissensum.*

I. Assensus præmissarum necessitat intellectum ad assensum conclusionis quoad speciem, sed non quoad exercitium. *Ratio 1mi* quia sicut non potest voluntas ferri in malum vt malum, ita intellectus non potest dissentire obiecto, quod euiden-

denter proponitur ei vt verum. *Ratio adi tum quia* intellectus ad omne particulare exercitium subditur voluntati : *tum quia* ad actum fidei vtpote liberum non necessitatur intellectus. *tum quia* ex ijsdẽ præmissis potest sequi conclusio vel in Barbara vel in Baralip. Hoc argumentum Poncius dicit esse nihil ad rem, quia supponitur conclusionis non præcessisse apprehensio : fors etiam ideo, quia sicut ipse modus Barbara & Baralip. differt tantùm accidentaliter, ita & conclusiones *Contra tum quia* existentia prædicati non præcognoscitur ante conclusionem : *tum quia* etiam positâ apprehensione non necessitatur : *tum quia* iam necessitas non esset ab assensu præmissarũ, sed ab apprehensione: *tum quia* siue substantialiter siue accidentaliter differant illæ conclusiones, non necessitatur tamẽ intellectus ad inferendam hanc numero ex his præmissis conclusionem. DICES 1*mo* Potentia necessaria habitis omnibus requisitis necessariò agit : Sed intellectus habitâ apprehensione euidente imò & iudicio de connexione extremorum cũ

medio,

medio, habet omnia requisita: Ergo impossibile est, vt intellectus feratur in identitatem extremorum cum medio, quin simul feratur in eorundem inter se identitatem. ℟. *1mo D. Ma.* potentia exterior & non intimè coniuncta voluntati, C. Ma. secus, N. Ma. ℟. *2do N. Mi.* nam inter requisita est determinatio ad certam conclusionem. DICES *2do* Apprehensio euidens mouet intellectum ad ferendum iudicium etiam quoad exercitium ideo, quia euidenter proponit identitatem prædicati cum subiecto: Atqui etiam assensus præmissarum euidenter proponit identitatem hanc: Ergo. ℟. *N. Con.* quia plura ad assensum conclusionis requiruntur, quàm ad assensum enunciationis; requiritur enim etiam cognitio de bonitate consequentiæ.

II. Idem actus qui assentitur conclusioni vt quod, assentitur etiam immediatè & intrinsecè præmissis obiectiuis vt quo, seu propter quod, præmissas autem formales nullo modo attingit. Ita Ruuius, Arriaga, Amicus. *Ratio 1mi tum quia* per actum conclusionis percipitur

aliquid speciale, quod per notam *Ergo* significatur, scilicet præmissæ; siquidem *Ergo* significat *hinc sequitur* : *tum quia* credere in Deum tunc est actus fidei, quando est propter motiuum nempe reuelationem : *tum quia* motus progressiuus attingit terminum à quo, & ad quem : Sed actus illatiuus est motus progressiuus à noto ad ignotum : Ergo. *Ratio 2di* quia attingere motiuum, est attingere vt Quo, seu propter quod non autem vt Quod. *Ratio 3tij* quia ad hoc vt inferatur connexio duorum inter se, sufficit attingere eorundem connexionem cum tertio. DICES *contra 1am partem cũ Smiglecio & Poncio 1mo.* Intellectus distractus non reflectit se super præmissas : Ergo obiectum conclusionis habet ex se virtutem sufficientem terminandi actum intellectûs independenter à præmissis. ℞. *D. Con.* actum vt propositionem seu indicatiuum, aut in casu distractionis C. Con. actum illatiuum, seu vt conclusionem, aut extra casum distractionis, N. Con. DICES *2do* Si obiectum præmissarum attingeretur ab actu illatiuo, tunc

Con-

Conclusionis, in hoc Syllogismo (Omnis homo est animal, Petrus est homo: Ergo) esset sensus hic (Ergo Petrus est animal ex eo quod omnis homo sit animal) Atqui sic medium intraret in conclusionem: Ergo. ℞. *D. Ma.* si attingeretur vt quod, aut tanquam subiectum & prædicatum propositionis C. Ma. si vt quo aut tanquam ratio inferendi, N. Ma. *Sic D. Mi.* intraret vt quo, C. Mi. vt quod, N. Mi. Dices *3tio* Ex actu conclusionis sequeretur habitus & principiorum & conclusionis; seu, qui inclinaret & ad præmissas & ad conclusionem: Ergo. ℞. *D. A.* inclinaret habitis omnibus requisitis, & ad præmissas vt ad rationem inferendi, C. A. non habitis requisitis, & ad præmissas vt propositiones, N. A. quia habitus inclinans ad præmissas vt ad propositiones, generatur ab ipsis præmissis; inclinans autem ad præmissas vt ad rationem mouendi, generatur à conclusione: Non semper tamen præmissas etiam vt rationem mouendi meminimus dum meminimus conclusionis, quia non semper totaliter excitantur species.

Sic & Angeli etsi cognitas habent species, non cognoscunt tamen per illas, nisi excitentur; sic & colorem non semper discerno, etsi huius & non alterius coloris habeo species. DICES 4to Actus præmissarum non attingit motiua: Ergo nec actus conclusionis. ℞. *T. A. N. Con.* quia quod est alteri tale, est & sibi tale. DICES 5to Assentiri præmissis vt Quo, est dicere dependentiam à præmissis tanquam à determinatiuis: Sed respicere præmissas non est illis propriè assentiri: Ergo. *Mi. pr.* Dum creditur mysterium non creditur reuelatio: ℞. 1mo *N. Ma.* quia rigorosè loquendo, dicere dependentiam est secundarius conceptus fundatus in illuminatione. ℞. 2do *D. Ma.* cum *Ouiedo*: dicere iudicatiuè, N. Ma. apprehensiuè, C. Ma. ℞, 3tio *N. A.* vel *D. A.* non creditur reuelatio vt Quod, C. A. vt Quo, N. A. DICES 7mo Præmissæ formales sufficienter manifestant obiectum, & quidem clarè: Ergo nulla est necessitas attingendi obiectiuas. ℞. *N. Con.* quia præmissæ formales sunt præsentantes motiuum, obiectiuæ autem

sunt

ſunt ipſum motiuum. *Dices item contra ſecundam partem cum Ochano* : Præmiſſæ formales ſunt vt Quo: Ergo obiectiuæ attinguntur vt Quod. ℞. *N. Con.* quia præmiſſæ formales non ſunt mouentes, ſed præſentantes motiuum, ac proinde ſunt vt Quo reſpectu motiui.

(73) §. VII. De Natura ipſius Concluſionis.

I. Aliqui (præſertim qui ab actu concluſionis negant attingi præmiſſas) docent quòd actui concluſionis, eſſe illationem, ſit denominatio extrinſeca ab actu intellectûs, ſic propoſitiones ordinante, aut à præmiſſis concluſionem inferentibus, illuminantibus, dirigentibus. *Ratio tum quia* veritas & falſitas, & eſſe præmiſſas, eſt denominatio extrinſeca: *tum quia* etſi intrinſecè reſpiciat præmiſſas, non ſequitur tamen, quòd iſte reſpectus ſit conſtitutiuum intrinſecum concluſionis, ſicut etſi fundamentum ſeipſo intrinſecè ſit relatio ad terminum, non ſequitur tamen relationem eſſe intrinſecum conſtitutiuum fundamenti: *tum quia* hæc con-

conclusio potest pendere ab alijs præmissis, imò in expositorijs potest agere præmissam.

II. Alij docent debere assignari aliquod intrinsecum constitutiuum conclusionis; siquidem intrinsecè differt ab assensu præmissarum Hoc porro intrinsecum non est aut præcedentia, aut determinatio, quia hæc potiùs sunt extrinseca; sed est respectus ad præmissarum obiecta, quia etiam veritas est intrinseca, etsi per ordinem ad extrinsecum.

(74.) §. VIII. De Syllogismo Demonstratiuo.

I. Demonstratio est duplex vel *Quia*, seu à posteriori & per effectum, vel per passionem: vel, *Propter Quid* seu à priori & per causam; quæ scilicet demonstrat propter quid sit res illa; adeóque demonstrat effectum vel passionem assumptâ causâ, & radice, & definitione pro medio. vnde demonstratio *Propter quid* includit in se etiam demonstrationem *Quia*, siquidem demonstrat etiam esse rem; includit tamen tantùm mate-

riali-

aliter non formaliter, ſicut ſuperficies, neam. Diuidi item ſolet demonſtratio, *Perfectam* in qua demonſtratur quidē ſſio, ſed non prima; *Perfectiſsimam* qua, prima paſſio demonſtratur; & *oti/ſimam* in qua demonſtratur & quòd s ſit, & quid ſit.

II. Demonſtratio propter quid ex iſtotele definitur eſſe ex præmiſſis ve-, immediatis, & primis & per ſe notis, oribus, notioribus ſeu euidentioribus, rtis neceſſarijs, cauſamq; concluſionis ntinentibus, de omni per ſe, ſecun-m quod ipſum. *Breuius ſic.* Eſt Sci-tia ex veris & primis, & notioribus, ioribus, cauſamque concluſionis con-entibus.

III. Dicitur in definitione *Veris* quia eſſent falſæ, non facerent ſcire, ſiqui-m concluſio ſupponitur eſſe vera. Nō ſſunt porro præmiſſæ eſſe concluſio-veriores in ratione formali veritatis, ia hæc non ſuſcipit magis & minus; ſſunt tamen eſſe veriores ratione fun-menti, ſeu ratione naturæ; verior e-n eſt hæc præpoſitio (Deus eſt) quàm

hæc

hæc (Paries est albus.) Dicitur *Immediatis*, & *Primis*, & *per se notis*, seu indemonstrabilibus vt sunt prima principia, aut quæ facilè ad hæc reducuntur, aut quæ aliunde sunt probata. Dicitur *Prioribus* quia ab ijs procedimus ad conclusionem. Dicitur *Euidentioribus* obiectiuè scilicet & formaliter, seu, vt claritas sit & in cognoscibili & in cognoscente. Vbi aduerte *à multis* doceri præmissas & conclusionem esse æquè euidentes: *alij* verò dicunt præmissam separatam posse esse euidentiorem conclusione, sicut & conclusio separatim sumpta potest esse euidentior præmissis: Dicunt verò, quod hac etiam in parte conclusio sequatur debiliorem partem adeoq; positâ vnâ præmissâ euidentiore, & alterâ minus euidente, sequitur conclusio minus euidens. Non negamus tamen conclusionem vt propositionem, posse esse euidentiorem præmissâ non vt præmissâ, sed vt propositione, quia illa maior euidentia aliunde conclusioni accidet. Dicitur vltra *Certis* & certitudine quidem *obiectiuâ* seu connexione prædicati cum subiecto, non

solâ

solâ physicâ aut morali, sed metaphysicâ; & *formali* quæ est actus intellectûs penetrans hanc connexionem, & determinans ad verum vt verum. Dicitur *Necessarijs*, id est, nō contingentem connexionem habentibus. Vnde ex probabilibus actibus multiplicatis, apprehensis vt probabilibus, non potest haberi scientia, sicut nec opinio ex necessarijs. Dicitur, *Causam conclusionis continentibus*, vt scilicet pro medio assumatur causa metaphysica passionis.

(75) §. IX. *De effectu Demonstrationis seu de Scientia.*

I. Actus conclusionis vt inuoluens notitiam aut assensum ad certam & euidentem connexionem extremorum cum medio & inter se, vocatur Scientia actualis, habitus ex talibus actibus generatus, est Scientia habitualis.

II. Sola & omnis demonstratio est propriè Scientia. *Ratio 1mi*, quia scientia homini conueniens propriè est discursiua: Atqui definitio, diuisio, visio beatifica nō

 sunt

sunt discursus; sed cognitio vel apprehensiua vel iudicatiua. *Ratio 2di* quia etiam demonstratio Quia facit scire.

III. Datur aliquis habitus partialis, qui sit simplex qualitas, seu qui inclinet ad diuersa obiecta materialia, modò vnū sit formale. Sic qui assueuit credere SS. Trinitatem propter reuelationem diuinam, stimulatur ad credendam etiam Incarnationem. DICES 1mo Idem est formale obiectum amoris Dei & proximi, abstinentiæ à carnibus & dulciarijs: Sed magis amatur Deus quàm proximus, & pueri magis appetunt dulciaria quàm carnes: Ergo. ℞. *D. Mi.* magis appretiatiuè, & pueri magis ratione materiæ, sicut ignis difficilius agit in lignum humidum, quàm linum, C. Mi. magis intensiuè & ex se, N. Mi. DICES 2do Habitus principiorum & habitus Scientiæ sunt diuersi: Atqui habent idem motiuū Ergo. ℞ *N. Mi.* quia principia habent in seipsis rationem assentiendi, scientiæ autem ob principia.

IV. Totalis habitus Scientiæ non est vnus vnitate entis, sed est quid aggregatum

tum ex habitibus partialibus ſpecie diuerſis. *Ratio tum quia* actus à quibus generantur hi habitus, ſunt ſpecie diuerſi; *tum quia* etiam Iuſtitia ſumpta pro complexione virtutum, non eſt ſimplex qualitas. DICES Vna eſt potentia viſiua ad plura obiecta: Ergo & habitus eſt vnus. ℞. *N. Con*, quia potentia viſiua non generatur.

V. Totalis habitus Scientiæ habet vnitatem ordinis, quam vnitatē dicitur deſumere *1mo* à diuerſo genere abſtractionis, quia ſcilicet *alia* abſtrahit à ſingulari, non verò à ſenſibili & intelligibili, ſeu conſiderat rationem abſtractam non ſingularem, ſed ſenſibilem, ſeu capacem ſenſibilium, nempe frigoris, caloris, & materialem, ſeu rem quæ non cognoſcitur, niſi per ordinem ad materiam. Taliter Phyſica conſiderat Corpus. *Alia* abſtrahit & à ſingulari & à ſenſibili, non tamen ab imaginabili ſeu intelligibili materia, ſeu, conſiderat rationem abſtractā non ſingularem, & non vt capacem accidentium ſenſu perceptibilium, attamen conſiderat materialem, eiuſq; proprieta-

tes materiales. Sic Mathematica consi-
derat quantitatem, non vt singularem,
nec vt affectam colore, sed tamen consi-
derat in illa aliquid materiale; circulus
enim & triangulus non est spiritus. *Alia*
abstrahit etiam ab imaginabili & intelli-
gibili, quia considerat rationem non ma-
terialem, vel saltem communem & ma-
teriali & non materiali, vt Metaphysica.
Per hoc genus abstractionis sufficienter
quidem distingui videntur Scientiæ Phi-
losophicæ, sed non Theologia, quia etiã
hæc abstrahit ab intelligibili materia.
2do itaque Scientia vnitatem ordinis de-
sumit potiùs ab obiecto formali sub Quo,
vel vt alij volunt per obiectum attribu-
tionis; quia etsi sit extrinsecum Scientiæ,
est tamen proportionatum ad specifi-
candum.

(76) §. X. *De Compossibilitate Sci-entiæ & Opinionis.*

I. Caietanus, Scotus, Louanienses,
Compl. docent non posse in eodem in-
tellectu esse scientiam, fidem & opinio-
nem

nem tam habitualem quàm actualem. *Contra tum quia* experimur nos post pænitentiam inclinari ad vitia, ac proinde cum aliquo habitu bono residere adhuc oppositos habitus: Ergo multò magis possunt esse simul habitus fidei, scientiæ & opinionis.

II. Durandus, Fonseca, Toletus, Conimbr. solùm actualem negant. *Probant* vt post sententiã 4tam. *Contra* vt in puncto 3tio & 4to.

III. Vasquez & Valentia docet actum scientiæ & opinionis, cum formidine formali non posse esse simul, posse verò cũ formidine radicali: *Addunt alij* quod etiam cum fide humana & diuina. *Ratio 1mi & 2di* quia formalis & *actualis formido est*, cùm intellectus reflexè timet, ne fors obiectum, cui ex probabili motiuo assentitur, aliter se habeat; *Radicalis* autem est, cum non timet quidem intellectus actu periculum falsitatis, si tamen se reflecteret, aduerteret suo assensui, spectato eius motiuo, falsitatem non repugnare: Atqui formido actualis non est

compatibilis cum ſcientia, eſt autem radicalis: Ergo. *Mi. pr. tum* ex obiectionibus poſitis poſt 4tam ſententiam: *tum quia* opinio cum formidine radicali, non ſubtrahit motiuum pro ſcientia, ſubtrahit autem cum actuali, quia eſt formaliter, vel ſaltem diſpoſitiuè contraria ſcientiæ. *Ratio 3tij* Magis opponitur opinio Scientiæ quam fides: ſed opinio poteſt conſiſtere cũ ſcientia: Ergo & fides.

IV. Arriaga docet de eodem obiecto ob diuerſa motiua, poſſe eſſe non tantùm diuerſos actus ſcientiæ, opinionis & fidei, ſed etiam vnicum actum poſſe eſſe ſcientiam & fidem & opinionem, & quidem naturaliter & ſcientiam etiam intuitiuam. *Ratio 1ma* quia Oratori & euidentia & probabilia, & diuina proponenti, poſſum actu vno aſſentire. *Ratio 2a* quia S. Ioannes & Thomas vidit & credidit. ℞ *ri poteſt 1mi N. A.* quia eſſent diuerſi actus & ſucceſſiuè. *vel D. A.* vno actu qui ſit ſcientia, fides & opinio, N. A. qui ſit vnus ex his, & fors qui de-

bilio-

biliorem partem sequatur, C. A. 2di N. A. non erat enim ibi fides propriè.

Obijcit 2da sententia contra 3tiam & 4tam. 1mò, Non potest simul esse assensus & dissensus, verum & falsum, amor & odium. Ergo nec Scientia fides & opinio. 2dò. Non potest intellectus simul esse certus & formidare: Sed hoc sequeretur, & quidem formidaret actualiter: Ergo *Min prob.* Vbi non est infallibilis connexio cum existentia obiecti ibi est actualis formido; sed vbi est opinio, non est infallibilis connexio: Ergo. 3tiò, Actus opinionis disponit proximè ad actualem formidinem. 4tò. Opinio dicit negationem claritatis quæ est in scientia; Ergo. 5tò, Fides est non apparentium: Ergo. 6tò. Spes & fides est incompossibilis: Ergo. *Respondetur 1mi N. Con.* quia illa inferunt contradictionem, hæc non. 2di D. 2dam *Ma.* est formido formalis in intellectu, cadens supra obiectum, N. Ma. est radicalis in actu, cadens supra motiuum, C. Ma. 3tij D. A. disponit positiuè, introducendo aptitudinem & exigētiam formidinis,

N. A. negatiuè C. A. *4ti D. A.* dicit negationem impropriè, sicut lux negationem solis, C, A. propriè N. A. *5ti*, D. A. fides huius speciei, C. A. alterius, N. A. *6ti* N. A. quia etiam fides possidet obiectum, etsi obscurè.

(77) §. XI. *De subalternatione scientiarum.*

I. Subalternatio iuxta Fonsecam tripliciter fieri potest. *1mo* ratione finis extrinseci: vt frenifactoria ordinatur ad equestrem, & hæc ad militarem, *2do* ratione principiorum ab alio habitu vsurpatorum. Sic Medicina principium illud, *Contraria contrarijs curantur*, probat per principium Physicum illud *contraria se mutuo expellunt*. Sic Chirurgica circulare vulnus difficile esse curabile, probat ex Geometrico principio illo, quod latera circuli difficile cöéant. *3tio* ratione obiecti vt mox dicam. *4to* addunt aliqui quando dirigitur ab altera.

II. Ex Aristotele communiter ad rigorosam subalternationem requiritur,

1mo

1mo vt subalternantis & subalternatæ, idē sit obiectum formale, ac proinde vtraq; sit eadem formaliter scientia. 2do Subalternata obiectum subalternantis contrahat per aliquam rationem accidentalem; quæ rectio accidentalis non sit obiectum formale sed tantum conditio & accidens huic obiecto formali. Sic Geometriæ obiectum est quantitas sub ratione lineæ mensurabilis; quod obiectū perspectiua contrahit per visualitatem tanquam per rationem accidentalem, quia huic obiecto formali accidēs est esse visualem. 3tio Subalternata præmissam habeat ex subalternante,

III. Infer 1mo Oculum non subalternari Physicæ quia visibilitas, sub qua in pomum tendit oculus, pro oculo nō contrahit rationem formalem obiecti Physici in naturalitatem. 2do Mathematicam nō subordinari Physicæ, ex eo quòd Mathesis considerat obiectum Physicæ, quod est accidens n. quantitatem, quia in subalternatione nomine accidentis non intelligitur accidens in ratione entis, sed condito. 3tio

Obiectum scientiæ subalternantis & subalternatæ nõ cõparari inter se sicut commune & particulare, sed sicut non inuoluens rationes accidentales ad inuoluens rationes accidentales. 4to Logicam nulli subalternari, nisi cui ----

SOLI
HONOR & GLORIA
DEO.

IN

IN VIII. LIBROS PHYSICORUM ARISTOTELIS.

De Corpore In Communi.

ASSERTIO I.

(78) §. I. *De adæquato Physicæ obiecto.*

I. IN adæquato Physicæ obiecto errant 1*mo* qui etiam intelligentias comprehendunt, quia tale obiectum excedit scientiam; siquidem naturam Intelligentiarum considerare pertinet ad Metaphysicam. 2*do* qui corpus aut Ens, aut substantiam solùm mixtam, vel solùm generabilem & corruptibilem, vel solùm compositam; quia hoc obiectum nõ adæquat scientiam, quidquid enim habet naturam, seu principium motûs & quietis, potest & debet considerari à Physica.

II. Obiectum Physicæ adæquatum est corpus naturale, quâ naturale. *Ratio*, quia ad hoc omnia reducuntur, quæ in Physica tractantur, tum quia immediatè corpori naturali conueniunt proprietates, quas

quas Physica demonstrat de corpore; tum quia naturalitas consideratur à Physica; tumquia corpus naturale est proprietatum subiectum, si non vt Quo seu formaliter, saltem est subiectum denominationis. Sic dum Quantitas, aut calor recipitur in materia, totus homo denominatur quantus & calidus.

III. Idem sentiunt quoad rem, etsi quoad modum loquendi non concordant, qui dicunt quod Physicæ obiectum sit ens naturale, corpus quâ tale &c. *Ratio 1mi* quia sentiunt quod compositum ex materia & forma sit obiectum Physicæ. *Ratio 2di* tum quia enti & substanciæ non immediatè conueniunt proprietates, sed mediante corpore, ac proinde non satis proportionatè; tum quia mobile & sensibile, sunt potiùs passio, quàm formale obiectum.

IV. Nomine corporis naturalis intelligitur hîc non gradus Metaphysicus, qui est in prædicamento substantiæ: nec corpus mathematicum, quod significat dimensionem in longum, latum, profundum; sed compositũ ex materia & forma.

V.

IV. Hoc obiectum quoad definitionē existentiam, sicut & axiomata non obat sed supponit Physica: *tum quia* am Mathematica & aliæ scientiæ non obant sed supponunt: *tum quia* id ficium est potiùs Metaphysicæ; *tum ia* si omnia principia negentur, ridicum est contra negantes disputare; cum autem, qui aliqua solùm concedunt, ocedendum est non ostensiuè, aut per tiones à priori, aut à posteriori, sed ntùm ex aliquibus concessis negata incendo, seu arguitiuè.

(79) *§. II. De Habitu Physicæ.*

I. Physica est Scientia; tum quia habet obiectum necessarium quoad essenm; tum quia generatur ex actibus deonstratiuis; tum quia etsi à sensibus ndet, non fallitur tamen siquidem & nsus debitè applicati non errant.

II. Physica est speculatiua; *tum quia* tit in contemplatione veritatis; *tū quia* c per se ordinatur ad opus faciendum t dirigendum, nec tradit regulas operadi; *tum quia* procedit modo resolutorio,

torio, inquirendo naturam, & principia & proprietates obiecti.

III. Est distincta à Metaphysica & & Mathematica, quia habet proprium obiectum formale.

IV. Physica nulli subalternatur tum quia principia habet propria, eaq; cognoscit. tumquia eius obiectum formale nō accidentaliter. sed essentialiter differt ab alijs scientiis vide Metaphysicā.

(80) § III. *De modo procedendi in Physica.*

I. Modus procedendi est vel à notioribus secundum naturam, vel à notioribus secundùm nos. *Notiora secundum naturam sunt* quæ sunt priora intentione, vt finis quàm media, *Notiora secundùm nos sunt vniuersalia* & confusa. Vniuersalia porrò sunt corporea & sensibilia, nō tamen omnia, sed illa quæ sensibus faciliùs occurunt, faciliùsq; mouent & occupant sensum; faciliùs autem occurunt sensibus, quæ sunt sæpiùs, & in pluribus singularibus inueniuntur, habentq; pauciora prædicata. Vnde *tum* Vniuersalia sunt

ſunt nobis notiora quàm minùs vniuerſalia V. G. eſſe viuens, quàm eſſe rationale, nam priùs agnoſcimus, aliquid eſſe coloratum, mobile &c. quàm eſſe nigrum, bipes &c. *2do.* Vniuerſale notius eſt quàm ſingulare, tam diſtinctâ quàm confuſâ cognitione. *Confuſa* denique ſunt rationes communes pluribus conuenientes, in quibus non diſcernuntur omnia prædicata.

II. Phyſica debet procedere à notioribus ſecundum nos, ſeu à magis vniuerſalibus; *tum quia* quæ ſunt vniuerſaliora, ſunt quaſi maior in ſyllogiſmo, ac proinde cætera faciliùs applicantur; *tum quia* procedere modo reſolutorio eſt attingere id, quod eſt diuiſum in plura: Atqui Phyſica procedit modo reſolutorio, vtpote ſpeculatiua: ergo attingit id, quod eſt communius ſeu vniuerſalius.

ASSERTIO II.

DE PRINCIPIIS IN COMMVNI.

(81) §. I. De natura Mutationis.

I. MVtatio eſt tranſitus ſubiecti à non habere formæ ad habere formæ,

 ſeu,

seu, actio quâ forma à non esse in subie-
cto, transit ad esse in subiecto, siue inte-
rim simul cum subiecto existat esse for-
mæ, siue prius siue posterius. Hæc mu-
tatio dicitur aliter fiens compositum, seu
fieri compositi.

II. Datur in rebus mutatio. *Ratio* quia
aqua à non esse calidi transit ad esse cali-
di, & fænum manducatum à non habere
formam bouis, ad habere. DICES Ex
nihilo nihil fit: Ergo. ℞. *D. A.* ex ni-
hilo & sui & subiecti, & causæ efficien-
tis, aut ex nihilo, id est, impossibili, C.
A. ex nihilo sui, sed ex præexistente sub-
iecto, N. A

III. Mutatio iuxta aliquos vnum tàn-
tùm dicit instans, quo fit mutatio; iuxta
alios autem inuoluit duo instantia, pri-
mum quo mutatio est inchoatiuè, alterũ
quo completiuè. *Ratio* quia mutatio est
successiua: Ergo in suo conceptu inuo-
luit plus quam vnum instans.

IV. Colliges an quibusnam actionibus
conueniat vel non conueniat mutationis
nomen saltem realiter? Nam 1*mo* aliqua
generatio, est realiter mutatio; *Ratio*

quia dum generatur forma bouis, subiectum realiter transit à non habere formæ ad habere. 2*do* Etiam generatio cælorum potest dici propriè mutatio; quia ad mutationem sufficit priuatio aptitudinalis, & hæc fuit in generatione cælorum. Dices Si priuatio aptitudinalis principiaret, principiaret etiam materia aptitudinalis formaque: Ergo. ℞. *N A.* quia mutatio essentialiter dicit, quòd nunc subiectum transit actu à non habere ad habere, & quòd forma nunc actu inducitur; quæ propositiones essent falsæ, si materia aut forma esset tantùm aptitudinalis, non sunt vero falsæ, si priuatio sit tantùm aptitudinalis. Vrgebis. Etiam compositū in facto esse principiaretur per talem priuationem. ℞. Siquidem conseruatio est continuata productio, posset dici esse continuata, seu quasi iterata & repetita mutatio, ac proinde sub hac formalitate principiaretur per priuationem aptitudinalem: quia tamen compositum in facto esse, ex vsu communi non dicitur mutatio vel transitus, sed mutatum, ideo etiam non potest di-

ci principiari per priuationem. *Instabis* Etiam creatio esset mutatio. R. Creatio vt creatio nequit esse mutatio; quia creatio formaliter non dicit transitum subiecti de non habere formæ ad habere, vt patet in creatione materiæ primæ: si tamen creatio esset vnitio materiæ cum forma, hæc creatio esset realiter mutatio. 3tio Productio corporis simplicis, & talis compositi quod constaret ex materia & forma, tantùm ad se solas essentialiter determinatis ac simul concreatis, non esset realiter mutatio, quia nulla intercederet priuatio. 4to Ob eandē causam generatio verbi Diuini nec realiter potest dici mutatio, quia scilicet in eius generatione, nec quidem aptitudinalis priuatio concipi potest. Vnde 5to generaliter omnis creata & ordinaria seu naturalis generatio est realiter mutatio, non autem increata & extraordinaria.

(82) §. II. *De Principiorum essentia.*

I. Principiū tripliciter accipitur. 1mo pro omni fonte & initio & origine alicuius

cuius rei. Sic fons respectu fluuij; Præmissæ respectu Conclusionis; Pater æternus respectu Filij; Adam & Fundatores respectu Posteritatis dicuntur principiũ. De hac ratione principij hic non agitur, quia non est propriè principium mutationis. 2*do* Pro omni causa etiam extrinseca; sed hic de efficiente & finali non dum agitur. 3*tio* pro solo intrinseco principio.

II. Principium intrinsecum accipitur *vel* pro eo quod componit rem, se ipsi communicando tanquam partem constitutiuam, vt corpus & anima constituit hominem; *vel* pro eo, quod rem principiatam afficit intrinsece, seu ad quod res principiata dicit habitudinem, tanquã ad sui specificatiuum, *seu* quod rei prinpiatæ conceptum ita ingreditur, vt res principiata sine illo tanquam sui specificatiuo nullatenus concipi possit; & tale principium est materia, forma & priuatio respectu generationis, dum ea pro mutatione accipitur.

III. Principium intrinsecum aliud est *transiens*, vt priuatio, aliud permanens,

vt materia & forma. IV. Qui dicunt Mutationem inuolnere duo instantia, dicere possunt, quod illam materia, forma & priuatio ingreditur non tam specificando, quàm constituendo. V. Principia Aristoteles definit esse ea, quæ neque ex sese mutuo, neque ex alijs, sed omnia ex ipsis fiunt. Vbi *Nota 1mo* quòd hic sola principia intrinseca definiantur, quia *Causa efficiens* est, à qua non ex qua aliquid fit; *finalis* propter quam; *Exemplaris* ad cuius imitationem aliquid fit. *Nota 2do* Definitionem præfatam explicari sic: Principia intrinseca sunt, ex quibus aut compositiuè, tanquam ex partibus essentialibus & permanentibus; aut specificatiuè seu terminatiuè, tanquam ex materia transeunte, (sic ex priuatione fit aliquid) ipsa autem principia neque ex sese, nequè ex alijs fiunt in eo genere, in quo sunt principia; sic materia non fit ex alia materia, nec forma ex forma. *Notio 3tio* Forma materialis etsi educatur ex materia, non desinit esse principium; *tum quia* materia formæ conceptum non ingreditur, ergo non est eius

essen-

essentiale principium; *tum quia* forma vt non est principium, terminat eductionem, eiusque est effectus, vt autem est principium, est actus informans, & specificans mutationem, mutationis conceptum ingrediens.

(83) §. III. *Quot & quæ sunt principia Compositi.*

I. Compositi in facto esse seu existentis, sunt duo principia, nempe materia & Forma. *Ratio tum quia* hæ tantùm duæ sunt partes constituentes tertium; tum quia Priuatio abest.

II. Compositi Fientis seu in fieri sunt tria principia, Materia, Forma, & Priuatio. *Ratio tum quia* transitus à non esse ad esse, non potest intelligi sine eo, quod transit, & sine termino à quo transit, & sine termino ad quem fit transitus: sed generatio vt est mutatio, est transitus à non esse ad esse per productionem sui in subiecto, vt dicit Aristoteles 5. *met.* c. 10 *tum quia* prima principia sunt contraria, siquidem est ibi actio & passio, ergo sunt tria principia. *Consequentia probatur.* Duo

sunt quæ sibi opponuntur, seu quæ se expellunt, tertium autem principium est subiectum contrariorum, seu se expellentium, quia contraria ideo contraria sunt, quia se expellunt, non quia se conuertunt. III. Reuocandum est 1mo, quod prima principia non sint ex alijs in eo genere, in quo sunt principia; possunt tamen ex alijs fieri in alio genere. Sic materia prima non desinit esse principiũ, etsi componatur ex genere & differentia, & ex partibus integrantibus, quia ex illis non fit tanquam ex materia. Similiter forma etsi educitur ex materia, non tamen tanquam ex forma; seu nec materia intrinsecè formæ est forma, nec forma respectu materiæ est materia. Reuocandum 2do quod hic quæratur de principio generationis, vt generatio est Mutatio. Vnde respectu generationis sumptæ pro Mutatione, forma non est posterior, sed aut pars componens iuxta eos, qui in mutatione admittunt duo instantia, aut specificatiuum. Reuocandũ 3tio Mutationem posse dici esse successiuam & non esse ad aliud, ac proinde di-

centi

centi sic: Relationi terminus non est intrinsecus, quia eam extrinsecè specificat: Atqui etiam mutationem forma & priuatio specificat extrinsecè, ergo non est principium intrinsecum. ℞. *Nego maiorem*, quia etiam ideo, quod relatio sit ad aliud, & non est successiua. 2*do* dicenti sic: Priuatio & forma non possunt esse in eodem instanti; sed Mutatio est instantanea: ergo &c. ℞. *Neg. Min.* Potest enim dici esse successiua, ac proinde in suo conceptu inuoluens terminum à Quo, & terminum ad Quem. ℞. 2*do D. Ma.* non possunt esse eodem modo, *C. Ma.* diuerso *N. Ma. vel quia* Priuatio est *inchoatiuè* seu inchoans mutationem, forma autem est *completiuè*. Vel potius quia Priuatio est desitiuè, seu transiens, seu pricipians per recessum, seu principians tum, cùm primum non est; forma autẽ est inchoatiuè, seu per primum suum esse, ac proinde priuatio principiat extrinsecè, forma autem intrinsecè. 3*tio* Dicenti: Non ens non potest esse principium: sed Priuatio est non ens, ergo &c. ℞. *D. Ma.* principium influens, permanens,

nens, positiuum, C. Ma. specificatiuũ, transiens, negatiuum N. Ma.

(84) IV. Obseruandũ adhuc de Priuatione 1*mo* quod principiat per accidens, id est non compositiuè, seu quod potuit creari id, quod est genitum. 2*do* Priuatio cum materia constituit vnum quid, id est vnum indiuiduum, sicut & forma constituit vnum cum materia. 3*tio* Sola proxima priuatio principiat mutationẽ, dum materia habet dispositiones. 4*to* Quantitas & dispositiones constituunt vnum principium cum materia, quamuis priuatio non constituit; quia quantitas & dispositiones sunt conditiones complentes materiam; imò potest esse sine illis mutatio, sine Priuatione non potest, quia hæc est terminus à Quo.

V. Excluduntur à ratione Principij intrinseci mutationis. 1*mo* Causa efficiens & Finalis, quia hæ sunt extrinsecæ. 2*do* Forma præcedens, quia etsi non præcederet, posset intelligi transitus à non esse formæ nouæ, ad esse formæ nouæ. 3*tio* Quantitas, Dispositiones, subsistentia, vnio, *tum quia* sunt complementa

ta Principiorum; *tum quia* sine aliquibus istis potest intelligi transitus à non esse formæ ad esse formæ. *4to* Negatio compositi adæquatè sumpti, quia hæc nõ datur, siquidẽ materia proxima, sola est negatio inadæquatè sumpti compositi, seu negatio formæ, sed Priuatio concurrit.

(85) VI. Conditiones principiorum sunt: *1mo* quòd sint *prima* in ea ratione, in qua principiant. *2do Contraria* quia materia relatiuè opponitur formæ, forma priuationi priuatiuè. *3tio Connexionem habentia* ita, vt mutatio non possit intelligi, vel vno ex illis deficiente.

ASSERTIO III.

DE MATERIA PRIMA.

(86) §. I. De Natura & essentia Materiæ Primæ.

I. MAteria Prima est Subiectum primum formarum substantialium & accidentalium, & vltimum subiectũ, quod solum in transmutatione manet. Materia secunda est esse materiæ primæ iam dispositæ ad formas substantiales.

II. Primo essentialis conceptus Materiæ

teriæ primæ, non est *receptibilitas formarum*, nec *determinabilitas* ad esse certæ speciei, nec *perfectibilitas*, seu *complebilitas* ad esse compositi. quia hæc supponunt radicem, seu id, quod possit recipere, determinari & perfici. *Item* non est id, quod est *præuium & antecedens* ad aliud superueniens, *nec ratio actus entitatiui* aut absoluti aut relatiui, seu per modum potentiæ passiuæ, quia hic conceptus non est differentialis: Ergo nec primo essentialis. *Antecedens probatur*. Quia Creatio, & omnis actio, & causa præcedit effectũ; *tum quia* etiam forma præcedit ad accidentia, & est ratio actûs entitatiui. *Primo essentialis ergo conceptus materiæ primæ est esse potentiam passiuam se-ipsa vt Quod capacem incheandi compositum per modum subiecti. Ratio* quia bona hæc argumentatio est, Materia est primum subiectum: Ergo est radix determinabilitatis perfectibilitatis &c. *Consequentia probatur*. Ideo animal in homine colligitur esse primo essentialis conceptus, quia valet ad illud argumentatio subsistendi consequentiâ; sed etiam

ad

ad potentiam seu subiectum primum valet argumentatio, Ergo &c. Quærenti porrò, quid sit esse subiectum primum. ℞. Definitionem non esse explicandam prædicatis nouis, sed tantùm terminis.

III. Materia prima est quid distinctũ à quatuor elementis. *Ratio tum quia* elementa vel sunt penetrata vel non; *si sunt*; ergo producto igne non corrumpitur lignum, quia iam ibi præfuit ignis, *seu* quia lignum fuit ignis; *si non*; Ergo ligni pars vna est ignis, altera àér &c. *tum quia* in transmutatione substantiali vel manent elementa quatuor, vel non; *si manent*; ergo datur commune subiectum; *si non manent*, tum redeunt argumenta probantia dari materiam primam.

IV. Materia prima nõ est idem, quod corpuscula vel atomi. *Ratio tum quia* etiam ista congregatio corpusculorũ fieret ex nihilo; *tum quia* non daretur vllum accidens, siquidem hæc corpuscula essent substantiæ; *tum quia* daretur vacuum inter quadratum & rotundum corpusculum; *tum quia* anima rationalis, & eius post seperationem actiones, non sunt corpuscula.

 §. II. *De existentia Materiæ Primæ.*

I. Datur in rebus naturalibus Mate-ria prima. *Ratio 1ma* Quia dum ign fit in ligno, præcedunt dispositiones sed non transeunt in aliud subiectum: Er-go sunt in eodem subiecto, in quo fue-runt ante productionem ignis. *2da* Ign dum producitur ex ligno, non fit ex ni-hilo, quia non creatur, ergo ex præex-stente subiecto.

Dices Sufficit quòd fuerit ex præexi-stente ad destruendum, quamuis non a permanendum, quia etiam tale pote determinare ad sequentem formam, a proinde per istam determinationem di-stinguetur generatio à creatione. *Con-tra* generatio per hoc distinguitur à crea-tione, quod illa habet causam vniuersa-lem coadiuuantem, creatio autem non

Nota pro Obiectionibus 1mo. Genera-tum dicitur per accidens fieri, quia po tuit non generari. *2do* Materia est sub-stantia incompleta. *3tio* Materia est sub-iectum commune, non tamen forma, quia

quia forma diuersificat composita, Ergo non debet esse pluribus communis.

II. Materia prima habet existentiam propriam distinctam ab existentia formæ. *Ratio 1ma* Materia prima habet proprium esse extra causas, ergo habet & propriam existentiam. *2da* quia cretio materiæ non terminaretur ad existentiam: sed creatio materiæ debet terminari ad existentiam, Ergo &c. *Maior patet* quia materia existentiá non à creatione, sed à forma haberet. *Min. prob:* Quod ponit rem extra causas, dat rei existentiam: sed creatio ponit materiam extra causas, ergo &c. *3tia* Dispositiones & informatio non potest esse, nisi præexistentis: ergo materia præexistit in genere dispositiui & informatiui. *4ta* Ex duobus distinctis, potest vnum vniri, aliud non vniri: ergo potest vniri forma, & non vniri existentia. *Conseq. prob.* vt forma materiæ vniatur in genere informatiui, debet informabile præexistere ingenere informabilitatis; Ergo etiam vt forma vniatur in genere datiui existentiæ, debet præexistere id, cui dabilis

est existentia ; ac proinde materia duas haberet existentias.

Pro obiectionibus **Nota** *1mo* Materia prima non est actu completa, sed in potentia, est tamen actu extra causas. *2do* Forma communicat materiæ effectum tantum petibilem à subiecto, qualis est esse informari ; at verò non confert effectum rationalis, spiritualis &c. ita nec existentis. *3tiò* Sicut quævis res, ita & materia habet proprium actum Metaphysicum, nempe differentiam, *item* actum entitatiuum, nempe suam entitatem seu essentiam, *item* actum existentiæ, nam quælibet res habet actum physicum. Vnde dum dicitur, materia est actualitas in potentia, potentia ad actum, intellige de actu physico non metaphysico. *4to* Existentia materiæ est vltimus terminus, & actualitas in ratione existentiæ extra causas, non autem in ratione informatiui. *5to* Forma non est ens entis, quia aduenit materiæ, sed non inhæsiuè.

(88) §. III. *De Connexione seu dependentia Materiæ cum Forma.*

I.

I. Materia prima nullo modo dependet à forma essentialiter, dependet tamē naturaliter à posteriori, seu dissolubiliter. *Ratio 1mi* quia nec influxum à forma habet vllum, nec essentialem cum illa connexionem. *Ratio 2di tum quia* materia naturaliter non habet ius existendi à parte rei sine forma, *tum quia* forma est effectus materiæ vnde hæc dependentia nō est tanquam ab essentialiter connexo, qualia sunt quæ emanantur, nec tanquàm ab influente, nec ex decreto aliquo Dei.

II. Materiam nō posse naturaliter existere sine omni forma, nulla probat ratio. Esto enim materia sit ens incompletum, & petat inexistere composito cum forma, nil tamen implicat posse dari agens corrumpens dispositiones prioris formæ, & impediens alterius formæ dispositionem aliquam.

III. Tenendum tamen est, materiam non spoliari naturaliter omni forma; *tum quia* est communis sensus Authorum; *tum quia* oppositum nec ratio, nec experientia probat; *tum quia* generatio vnius est corruptio alterius: Ergo prius est gene-

ratio quàm corruptio. *Nec dicas* (Anima rationalis existit sine corpore; ergo & materia potest existere sine omni forma;) disparitatis enim ratio est, quia nullum agens naturale datur, quod animæ rationalis existentiam destruat.

IV. Materia prima diuinitùs potest existere sine omni forma. *Ratio tū quia* materia est essentialiter independens à forma; *tum quia* accidentia in Eucharistia existunt sine subiecto; *tum quia* nil implicat. *Pro Obiectionibus Nota* 1*mo* Materia est indiuiduum, incompletum, certæ speciei incompletæ; est enim substantiale, materiale, actuabile. 2*do* Materia non potest conseruari absque subsistentia, quia hæc est complementum materiæ. 3*tio* non potest etiam conseruari sine aliquibus accidentibus, vt duratione, præsentiâ, quia existentia est his essentialiter connexa. Vnde etiam materia, est magis connexa cum his formis accidentalibus, quàm cū substantiali. 4*to* Quantitas non potest conseruari sine figura, quia figura est intrinseca quantitati. 5*to* Esse artificiatum, non est sine forma

arti-

artificiatiua, quia esse artificatum est formalis effectus primarius formæ.

V. Materia sine forma eandam existentiæ haberet conseruationẽ, quam sub forma; vnde tantùm quoad modum esset miraculosa *Ratio* quia ex eo tantùm esset supernaturalis, quòd indebita, sed esse in indebitam non infert conseruans supernaturale quoad substantiã: Ergo &c *Min. prob.* Debitum & indebitum (seu iustitia & liberalitas) non variat substantiam dationis & datorum decem v. g. florenorum, Ergo etiam datio seu data conseruatio non variatur. *Pro Obiectionibus Nota 1mo* Conseruationem accidentium sine subiecto esse miraculosam quoad substantiam, quia accidentia pendent à subiecto à priori. 2*do* Non consequi finem non est semper miraculosum, quia lapis proiectus sursum non consequitur suum finem. Vnde & Materia etsi non consequatur suum finem, quando non est in composito, non est miraculum.

 §. IV. *De Potentia Materiæ primæ.*

I. Potentia materiæ primæ non est mera non repugnantia: sed est positiua capacitas recipiendi formas.

II. Non distinguitur realiter ab ipsa entitate materiæ primæ. *Ratio tum quia* ad hanc potentiam recipiendam esset opus aliâ potentiâ; tum quia forma per suam essentiam est receptibilis: Ergo & materia est per suam essentiam receptiua; tum quia ista potentia *nec est accidens*, quia aliàs faceret compositum accidentale; *nec substantia ac subiectum*, quia forma non potest esse naturaliter in duobus subiectis; *tum quia* materiæ indifferentia tollitur per agens naturale introducens dispositiones; *tum quia* dum actus seu forma est, est tunc potentia subiectiua seu receptiua, quamuis nõ sit potentia indifferens. Dicenti sic (Actus & potentia sunt eiusdem generis ex Aristotele) Ergo saltem in ordine ad accidentia est potentia accidentalis in materia, ac proinde distincta. ℞. *Disting. Ant.* eius-

dem

dem generis in ratione entis, quia sicut vnum ita & alterum debet esse actus, *Nego Ant.* in ratione subordinationis, quod vnum sit perfectiuum, aliud perfectibile, C. A.

III. Potentia est terminus transcendentalis materiæ primæ. *Ratio tum quia* sicut accidens sine ordine ad subiectum intelligi non potest, ita materia sine ordine ad formam: *tum quia* sicut potentia ita & materia est receptiua formarũ. DICES 1*mo* Nulla potentia est sui ipsius potentia, sed materia est suiipsius potentia, Ergo &c. ℞. *D. Ma.* suiipsius, id est ad se, C. Ma. id est per se, seu sua entitate, N. Ma. DICES 2*do* Sequeretur huius propositionis (Materiæ est ordo essentialis ad formam) sensum esse hunc (ordo Materiæ ad formam, dicit ordinem essentialem ad formam) sed hoc est nugari: Ergo &c. ℞. *N. Mi.* quia nó est nugax sensus, quando ex modo significandi aliud importatur in prædicato, quàm in subiecto. Sic rectæ sunt propositiones hæ (homo est animal rationale; hic homo est Petrus) etsi in re idem significat.

IV.

IV. Potentia Materiæ primæ non est pura potentia Logica seu possibilitas, quia datur à parte rei; nec est pura potentia Metaphysica, quia includit in se actum entitatiuum, seu differentialem, seu existentiam; Est verò pura potentia physica, quia nullum in se actum physicum includit.

(90) §. V. *De Appetitu Materiæ primæ ad formas.*

I. Materia prima appetit esse semper sub aliqua forma; quia naturaliter non potest esse sine omni forma, & naturaliter petit inesse composito cum forma.

II. Non appetit omnes simul aut successiuè, quia in impossibile non fertur naturaliter.

III. Appetit etiam corruptas, *tum quia* etiam hæ ex se naturaliter sunt producibiles, esto per accidens, vel ob defectum Agentis, vel ex decreto Dei non producentur: *tum quia* etiam corruptæ possunt materiam perficere, & cum ea compositum constituere: *tum quia* materia, formâ præsenti, satiatur pronunc,

non

non autem pro illo tempore quo hac forma careret.

IV. Etiam dum existeret sub forma cõtinente eminenter perfectiones omniũ formarum, haberet appetitum ad alias. *Ratio tum quia* posset illam amittere, Ergo habet appetitum vt habeat formam aliam, casu quo præsentem amitteret; *tum quia* non amittit suam entitatem, Ergo nec appetitum, qui est indistinctus; *tum quia* appetitus materiæ est perfectibilitas materiæ, sed adhuc materia esset perfectibilis, ergo &c. *tum quia* reliquæ formæ sunt receptibiles, ergo & materia receptiua: Ergo habebit appetitum identificatum receptiuitati; *tum quia* appetitus non semper satiatur summo, appetit enim etiam minora, vt lucra minora; *tum quia* id, quod quis habet eminenter, potest appetere formaliter, si in habere formaliter, sit specialis amabilitas.

V. Appetitus materiæ ad formas 1*mo* est primariò ad formas substantiales tanquam finem; secundariò ad accidentales, quia hæ sunt medium. 3*tio* Æqualis a omnes substantiales, nobiliores & igno-

ignobiliores, corruptas & incorruptas. *Ratio tum quia* omnes sunt bonum illius; *tum quia* in nobilitate non perficitur à formis, sed tantùm in esse actuabilis, seu petentis constituere compositum. 4to Vnicus *est materiæ appetitus* ad omnes formas. *Ratio tum quia* Vnica est potentia & entitas materiæ, sed appetitus est idem cum entitate & potentia materiæ, Ergo &c. *tum quia* relatio est vnica ad Patrem & Matrem; *tum quia* esto relationes multiplicarentur ad multiplicationem terminorum, non tamen multiplicatur appetitus ad multiplicationem formarum, quia appetitus est tantùm ratio fundandi relationem, non autem relatio.

(91) §. VI. *De coëxistentia seu coæuitate formarum cum Materia.*

I. Quantitas terminata seu certæ molis, non est coæua Materiæ primæ. *Ratio* quia variatur pro varietate formarum.

II. Quantitas interminata est congenita materiæ primæ. *Ratio tum quia* accidentia, quæ sunt communia generato & corrupto, manent eadem in vtroque ex

ex Aristotele; *tum quia* dispositiones debent præcedere formam, *tum quia* agens naturale inducens dispositiones & formã, non potest agere nisi in subiectum quantum. Vnde *Nota 1mo* Ab Aristotele non dicitur Materia esse quanta terminate. *2do* Omnia accidentia subiectari in substantia prima seu composito, non inhæsiuè, sed denominatiuè. *3tio* Omnis forma materialis, quæ non est vniuersalis dispositio, est corruptibilis. *4to* in ordine ad compositum, arctior est nexus materiæ cum formis subantialibus, quàm accidentalibus, in ratione autem inseparabilitatis non est arctior. *5to* Materia vnitur formæ, nullo mediante substantiali, mediantibus autẽ accidentibus. *6to* Materia *ordine intentionis*, priùs respicit formas substantiales, *executionis* accidentales. *7mo* Sicut proprietas in abstracto accepta, potest negari de subiecto, sumpta autem connotatiuè non potest, ita & quantitas de materia. *8uo* quantitas non desinit esse proprietas, esto sit communis dispositio; *tum quia* vni materiæ conuenit; *tum quia* est communis non ratione sui, sed subiecti.

(91) III. Corporeitas, aliæquè formæ substantiales, correspondentes gradibus metaphysicis, non dantur in composito, seu coæuæ materiæ primæ. *Ratio tum quia* potest materia ab anima habere esse corporis specifici, vt conceditur, Ergo & esse corporis generici. *Consequentia probatur.* Ideo habet esse viuentis generici, quia habet esse viuentis specifici, Ergo, &c. *tũ quia* materia independenter ab omni forma, non est spiritus, Ergo est corpus: *tum quia* multitudo prædicatorum, non est à formis, sed ex modo nostro concipiendi; *tum quia* vnius entis est vnum esse, vna forma substantialis: Ergo &c. *tum quia* materia dicitur corpus organicum ab heterogeneis dispositionibus. *Nota* Communia accidentia non arguunt diuersitatem formæ, nec sequuntur formam substantialem, sed præcedunt benè tamen accidentia propria. DICES Materia prima & Homo dicitur corporeus: Sed non ab alia forma quàm à corporeitatis: Ergo &c. *N. Mi.* quia sicut Corpus ita & corporeum est triplex *imo* aliud corpus seu

cor-

corporeum est *metaphysicum* seu substantia materialis, & sic non tantùm compositum, sed & ipsa materia, imò & forma materialis dicitur corporea ab hoc gradu metaphysico. *2do* aliud est *mathematicum* seu quantum, & sic materia & homo potest dici corporeus à quantitate. *3tio* aliud est physicum, seu compositum & sic homo vocatur corporeus & à materia & ab anima vnitis. *Oppones* Omnis denominatio est à forma: Sed materia non est forma: Ergo à materia non potest esse denominatio corporei. ℞ *1mo* *N. Ma.* quia animal & relationis terminus non est forma, & tamen ab ijs habetur denominatio. ℞. *2do D. Ma.* à forma propriè vel impropriè, physica vel metaphysica, formaliter aut includente in se formam, C. Ma. semper propriè, physica, formaliter N. Ma. *Oppones item* Anima rationalis non est corporea: Ergo non potest dare denominationem corporei. ℞. *D. A.* non est corporea, id est, extensa quantitatiuè, aut compositum ex materia & forma, C. A. id est, non est constitutiua physicè corporis, N. A.

vel, non est corporea vt Quo, N. A. vt Quod, C. A. Vide Animasticam Assert. 1, §. 3. Num. 3.

(92) § VII. De vnitate seu specificatione Materiæ primæ.

I. Omnium sublunarium & cælestium materia prima est vna specie. *Ratio tum quia* omnes materiæ conueniunt specificè in hoc, quòd sint substantiæ corporeæ incompletæ, susceptiuæ formarum accidentalium & substantialium; *tum quia* data transmutatione piscis in Petrũ, & feræ in Paulum, Petrus & Paulus nõ differunt specie; *tum quia* formæ non sunt actus formaliter diuersi. *Pro Obiectionibus Nota 1mo* Aristoteles negat materiam secundam eandem esse specie, sed non primam. *2do* Non sequitur materias esse distinctas specie ex eo, quod formæ sint distinctæ specie; nam materia est commune subiectum. *3tio* Esto aliquas formas materia non possit perdere, vt adamantis iuxta Aliquos; aliquas non possit recipere, vt àér formam solis, hoc non est ex materia, sed quia non est agens, quod

quod priorem formam tollat, aut aliam producat.

II. Non implicat materia Specie diuersa à nostrate. Dices Implicat alius actus purus præter DEVM, Ergo implicat & pura potentia præter materiam primam. R. N. *Conseq.* quia DEVS aliàs non esset infinitæ perfectionis, materiæ autem primæ conuenit, non esse infinitæ perfectionis.

III. Hæc quæ defacto datur materia prima, non potest plurificari specie. *Ratio* quia nec homo, qui defacto datur potest plurificari specie. *Ratio vlterior est* quia materia hæc & homo, & esset vnius speciei vt supponitur, & non esset, quia posset plurificari.

(93) §. VIII. De Proprietatibus Materiæ primæ.

I. Materiæ primæ vt est ens, sunt tres proprietates. 1*ma* Vnitas, de qua proximè dictum. 2*da* Veritas *seu* cognoscibilitas, potest enim cognosci. 3*tia* Bonitas entitatiua. Vnde Manichæi & Stoici malè criminabantur eam esse malam.

II. Materiæ primæ attributa communia sunt tria. 1mo *ingenerabilitas*, non habet enim subiectum ex quo possit educi, vnde creatur non generatur materia 2do *incorruptibilitas*, *tum quia* nullũ est agens, quod, eam destruat, nec vllæ qualitates, quæ exigant eius destructionem; imò potiùs omnes petunt eius conseruationẽ, vtpote sui subiecti saltem mediati, si immediatè non recipiuntur in materia; *tum quia* esto lux & aliæ formæ interirent, non interiret tamen materia; quia luci deest causa conseruatiua, formæ autem præteritæ expelluntur per nouas, *tũ quia* dum dicitur materia interire, aut mutatio esse totius in totum, intelligendum est de toto denominationis, 3tio *Æternitas à parte post*, siquidem enim est incorruptibilis, est etiam æterna.

III. Materiæ primæ attributa propria sunt tria. 1mo Habere aliquem ex primis qualitatibus, *vel* calorem, *vel* frigus, *vel* siccitatem, *vel* humiditatem. 2do Esse principium passiuum vt Quod inchoatiuum compositi. 3tio Non esse actiuam, seu non esse principium effectiuum formarum,

marum, quamuis sit emanatiua quantitatis, aliarumque proprietatum.

ASSERTIO IV.

De Forma Et Privatione.

(94) §. I. De Natura Formæ.

I. FOrma generaliter est actus subiecti. II. Forma est tota quidditas compositi, quidditate sumptâ pro vltimo constitutiuo, actuatiuo & determinatiuo; non est autem tota quidditas, si quidditas sumatur pro tota essentia compositi, quia etiam materia pertinet ad constitutiuum, ac proinde ad quidditatem compositi. Dices Materia per partes perit in homine, Ergo sola forma est quidditas. Rx. D. A. per partes primogenias, cum quibus homo est natus. N. A. per non primogenias, C. A.

(95) §. II. De existentia Formarũ.

I. Dantur formæ substantiales. *Ratio tum quia* datur anima rationalis in homine; *tum quia* in Eucharistia manent accidentia sine materia; Ergo forma substantialis est quid distinctum à materia disposita accidentibus; *tum quia* aqua

redit ad frigus: Ergo habet principium istius reditionis; sed non aliud nisi formam substantialem: Ergo &c. *Pro Obiectionibus Nota 1mo* Illud solum est accidens, quod in subiecto est inhaesiuè; illud autem est inhaesiuè, quod est dispositiuum. *2do* Elementa in quantum sunt sensibilia, differunt per primas qualitates; in quantum autem composita, differunt per formas. *3tio* Sola materia prima est substantia permanens.

II. Formae substantiales differunt specie. *Ratio tum quia* simus & leo diuersae est speciei; *tum quia* etiam spiritus mundi, (quem Chimici dicunt esse vnam formam) est indifferens ad operationes, debet ab accidentibus determinari; sed etiam ipsa accidentia debent determinari, seu exiguntur varia pro varietate compositorum: Ergo exiguntur à varijs principijs. Nec crede eandem esse formam in medicina & sanato, in Parentibus morbidis & filijs &c. quia tantùm qualitates aliquae sunt communes; nec crede item dari reditum à priuatione ad habitum.

I. Formæ in materia non præexistunt formaliter. *Ratio tum quia* daretur infinitum actu; *tum quia* idem compositum esset leo, bos, homo; *tum quia* eadem bouis anima simul esset in diuersis locis, esset enim in leone, asino.

II. Formæ in Materia non præexistunt inchoatiuè. *Ratio tum quia* non potest explicari, hæc inchoatio *tum quia* illa inchoatio *nec est accidens*, siquidem ex accidente non fit substantia; *nec est substantia* siquidem ex esse imperfecto ad esse perfectum deberet transire, *vel intensiuè*, & tamen substantiæ non intenduntur, *vel conuersione*, & iam non esset generatio.

III. Forma rationalis nullo modo præexistit in subiecto. *Ratio* quia creatur: At Materialis forma virtualiter præexistit in materia. *Ratio* quia non creatur, sed fit dependenter à subiecto, *vel* obedientiali, vt actus supernaturales, *vel* naturali vt forma bouis. Imò etiam forma cælorum ac elementorum educitur.

Ratio

Ratio tum quia ad eductionem non requiritur vt præcedat priuatio formaliter sed sufficit aptitudinaliter, id est materia non habuit quidem priuationem potuit tamẽ habere: *tum quia* creati cæli dicuntur, aut secundum vnam partem, nempe materiam, aut creati impropriè, seu potiùs concreati, quia tunc educta est forma, cùm materia crearetur. Sequitur ex his, cælos non esse quidem alterabiles alteratione corruptiua, alterabiles tamen alteratione perfectiua; nam alia illis perfectio accedit, dum recipiunt lucem.

IV. Educi formam ex materia, est formam fieri dependenter à materia; fieri autem formam dependenter à materia, est ita sustentari in materia, vt sustentatio passiua sit iuxta exigentiam materiæ, & sustentatio actiua, iuxta exigentiam formæ.

(97) §. IV. *De Cöexistentia Formæ cum Materia.*

I. Forma materialis non potest naturaliter existere sine materia potest diuinitus. *Ratio 1mi tum quia* dependet à materia;

ia ; *tum quia* materia non poteſt na-
raliter exiſtere ſine forma. *Ratio 2di*
n quia nil implicat, *tum quia* quantitas
ſtit ſine ſubiecto materiali in Euchari-
a ; *tum quia* poteſt materia ſine forma.
II. Vberiore concurſu forma, ſine ma-
ia, quàm cum materia conſeruaretur.
tio tum quia variantur principia, nem-
deeſt ſubiectum ; *tum quia* alterum,
quidem diuerſum genus cauſæ, nem-
genus ſubiecti eſt ſupplendum. DICES
duobus ignibus productus ignis, non
eriore concurſu conſeruatur ab vno,
àm ab vtroque, Ergo &c. ℞. *N. C.*
ia illi duo ignes ſunt duæ cauſæ eiuſdē
neris, nempe efficientis : at verò cauſa
terialis, non eſt in eodem genere cau-
cum DEO, qui eſt cauſa efficiens.

) §. V. *De componibilitate Formæ cum pluribus materijs.*

I. Vna eademque forma non poteſt
e naturaliter ſimul in pluribus ſubie-
s. *Ratio tum quia* idem non poteſt na-
raliter eſſe in pluribus locis ; *tum quia*
em naturaliter non poteſt reproduci ;
atqui

atqui posset, quia forma canis hodierni, posset esse in cane cras nascituro.

II. Potest supernaturaliter esse in subiectis etiam adæquatis totalibus pluribus. *Ratio quia* idem potest esse supernaturaliter in pluribus locis; Porrò tali casu forma ab eo solo subiecto penderet, ex quo educitur. *Item* illa materia esset subiectum adæquatum respectu formæ, vtriusque, inadæquatum respectu vnius; sicut caput in homine est inadæquatum, dum comparatur ad totum corpus, est adæquatum respectu suæ figuræ.

(99) §. VI. De componibilitate plurium formarum in vna materia.

I. Plures formæ non possunt esse naturaliter in vno subiecto. *Ratio tum quia* plura corpora non possunt esse naturaliter in vno loco; *tum quia* sufficienter expletur potentia materiæ per vnã formã; *tum quia* diuersæ formæ sæpè sunt diuersarum dispositionum, & inclinationum; *tum quia* si præexistenti formæ superinduceretur altera, iam generatio vnius nõ esset corruptio alterius.

II.

II. Possunt supernaturaliter. *Ratio tū quia* potentia materiæ primæ, non est determinata ad vnum; *tum quia* effectus secundarius formæ materialis potest suppleri: sed expulsio præcedentis formæ est effectus secundarius, Ergo. Dices *1mo* Posito v. g. homine, non potest impediri negatio lapidis: sed negatio lapidis est effectus secundarius, Ergo aliquis effectus secundarius impediri non potest, Ergo in talium impedibilium numero est expulsio præcedentis formæ. ℞. *N. Mi.* quia *aliud* est cum forma hominis non esse lapidem, *aliud* est hominem non esse lapidem; *primum* est secundarius effectus, *alterum* est secundarium prædicatū. Patet in anima & corpore; Corpus non est anima, est tamen simul cum anima; ita etiam hominis quidem forma, non est forma lapidis, forma tamen lapidis potest esse simul cum forma hominis. Dices *2do* Sequeretur quod idem homo & esset viuus, quia haberet animam, & non esset viuus, quia haberet formam cadauereitatis, Ergo. ℞. *N. A.* quia forma cadauereitatis cùm sit forma defectiua, non

potest dare denominationem non viuen-
tis, nisi in circumstantia priuationis om-
nis vitæ. *Pro reliquis Nota 1mo.* Illo
casu essent duo composita numero aut
specie, sed inadæquata seu secundum for-
mam, quia materia esset eadem in vtro-
que composito. *Nota 2do* Duæ formæ
accidentales Physicæ positæ in vno sub-
iecto, non multiplicant concretum, seu
compositum accidentale, multiplicatis
autem formis substantialibus, multipli-
cantur concreta substantialia; quia in con-
cretis accidentalibus, subiectum dicitur
in recto, in substantialibus autem forma;
Nam propositio hæc (album est dulce)
resoluitur sic: (subiectum habens albe-
dinem, est subiectum habens dulcedinē)
non item in substantialibus, vt *habes hic*
Notando 5to. *Nota 3tio* Materia indiget
vnâ formâ, & sufficienter expletur per
vnam formam, sed non pro duobus com-
positis, item naturaliter non verò obe-
dientialiter. *Nota 4to* Illam alteram for-
mam induceret agens vel naturale, vel
supernaturale, alteram verò supernatura-
liter conseruaret aliud agens. *Nota 5to*

In

In illo casu mala esset prædicatio hæc[bos est homo] quia non idem esset significatum in subiecto, quòd in prædicato; sicut enim huius propositionis [album est dulcedo] sensus est, [& subiectum albedinis & ipsa albedo est dulcedo] ita illius propositionis (bos est homo) sensus esset (& materia bouis, & anima bouis est homo) *Nota 6to* Bona est hæc prædicatio (DEVS est homo) mala hæc [bos est homo] quia DEVS & homo idem habent suppositum, & ordinantur ad se tanquam perfectiuum & perfectibile: at verò bos & homo essent duo composita, nec forma bouis & hominis ordinarentur ad se tanquam perfectibilia. *Nota 7mo* In illo composito illa forma ageret, quæ *vel* esset fortioris actiuitatis, vt ignis, quàm aqua, *vel* fortiores haberet dispositiones, *vel* prius esset in materia, *vel* quæ permitteretur aut determinaretur à DEO.

(100) §. VII. *De formali effectu Formæ.*

I. Primarius est compositum. *Ratio tum quia* formæ causalitas est in composi-

 situm;

ſitum; *tum quia* materia eſt capax non tantùm vt habeat formam, ſed etiam vt compoſitum cum ea conſtituat. DICES Materiæ primarius effectus, non eſt compoſitum, Ergo nec formæ. ℞. *N. Conſ.* quia materia inchoat compoſitum, ac proinde eſt indifferens ad hoc vel illud compoſitum, forma verò tollit indifferentiam.

II. Secundarius eſt expulſio præcedentis formæ. *Ratio* quia noua forma debet poni in ſubiecto, ſi dum iam iam debet poni in ſubiecto, ſicut exigebat diſpoſitiones, ita exigit vt conſeruatio præcedentis formæ, ſubtrahatur. Vnde habes 1*mo* quod forma noua non efficienter expellat præcedentem formam, ſed in genere cauſæ formalis motiuæ; efficienter autem expellit eam, partim agens deſtruens diſpoſitiones, partim agens, quod ſubtrahit concurſum. 2*do* quod forma noua eſt in intentione prior, quàm præcedentis expulſio; in executione autem prior eſt expulſio præcedentis, quàm introductió nouæ formæ.

(101.) §. VIII. De Priuatione.

I.

I. Priuatio est carentia formæ in subiecto apto. II. *Si mutatio est successiua*, tunc priuatio principiat per vltimum suum esse, ac proinde intrinsecè, *seu* componendo mutationem, consequenter cæli non dicentur esse geniti. *Si antē mutatio non est successiua*, tunc Priuatio principiat non compositiuè, sed tantùm specificatiuè, & per primum suum non esse, seu extrinsecè. Consequenter sustineri posset, quòd cæli quoque sint geniti, quia ibi principiabit priuatio, non quidem actualis, seu positiua, sed aptitudinalis seu negatiua.

ASSERTIO V.

De Vnione Partium.

(102) *§. I. De Modis generaliter.*

I. MOdus est vltima determinatio physica rei indifferentis.

II. Proprietates Modorum sunt 1*mo*. indeterminabilitas, seu quòd non indigeat vllo determinatiuo. 2*do* vt sit actuale exercitium entis. 3*tio* Sit vt Quo. 4*to* Est habitudo essentialis ad hoc modificatum. 5*to* Vt etiam diuinitùs non existat extra subiectum.

(103) §. II. De Vnione iuxta Modalistas.

I. Vnio est adæquatè distincta ab extremis *Ratio tum quia* Omnis noua denominatio, & omnis noua mutatio debet esse ab aliqua forma noua; atqui esse vnitum, animatum, &c. est noua denominatio & mutatio noua, Ergo debet esse ab aliqua forma noua; Atqui non ab alia, nisi ab vnione, Ergo. *tum quia* non daretur terminus substantialis generationis, *tum quia* debet tolli indifferentia, *tum quia* non posset dari ratio cur antea extrema non erant sibi. *Pro Obiectionibus soluendis Nota 1mo* quod vnio non est tertium compositi vt Quod; non est pars vt Quod; nō est quæ rei det esse vt Quod; non est vita vt Quod; est tamen vt Quo. *Nota 2do* Si extrema ita essentialiter ad se ordinarentur, vt sine se inuicem esse non possent, non indigerent vnione. *Nota 3tio* Visum, cognitum, syllaba BA habent vnionem intentionalem, seu extrinsecam, nempe à vidente proferente. *Nota 4to* Ex hac sententia non sequitur relationem di-

stinctam

ſtinctam debere eſſe, *tum quia* nulla eſt neceſſitas id aſſerendi; *tum quia* relatio non eſt vltimum actuale determinatiuũ.

II. Prædicata vnionis ſunt potiſſimùm hæc. *1mo* Vnio eſt ſubſtantialis in compoſitis ſubſtantialibus, quia eſt terminus generationis ſubſtantialis, reſpectu cuius habet ſe vt Quod. *2do* eſt materialis, nõ ſpiritualis, quia ex materia educitur ab agente, vel ipſa materia eam emanat. *3tio* diſtinguitur ab eductione & creatione formæ, *tum quia* forma per eductionem eſt tantum localiter in materia, non autem conſtituendo compoſitum; *tum quia* generatio ſeipſam haberet pro termino; *tum quia* poteſt forma educi & tamen non vniri; *tum quia* actio eſt accidens, vnio autem eſt ſubſtantia. *4to* Poteſt creari, quia vnionis eſſentia eſt dependere ab extremis tanquam à terminis extrinſecis, non tanquàm à Cauſa. *5to* Vna eademque vnio poteſt vnire & materiam & formam. *Ratio tum quia* vnio hypoſtatica eſt vna *tum quia* vnica actio coniungit cauſam cum effectu, Ergo & vnica vnio materiam cum forma;

tum quia non poteſt intelligi materia eſſe vnita, quin vnita ſit & forma. *6to* In materia tantùm ſubiectatur, ad formam autem tantùm terminatur. *Ratio tũ quia* materiale non poteſt ſubiectari in ſpirituali, *tum quia* vnio non ſubiectatur in verbo, ſed tantùm terminatur ad illud.

(104) §. III. *De Vnione iuxta Nominaliſtas.*

I. Poſitis omnibus requiſitis & concurſu Dei, materia & forma ſeipſis ſunt ſibi, ſeu ſeipſis communicant ſe ſibi, ſeu ſeipſis ſibi vniuntur; ac proinde vnio adæquatè ſumpta, eſt materia & forma vnita, Conſequenter ſicut materia inadæquatè tantùm diſtinguitur à materia & forma vnita, quatenus ſcilicet plus eſt eſſe materiam & formam vnitam, quàm ſolam materiam, ita etiam vnio inadæquatè diſtinguitur ab extremis, quatenus ſcilicet vnio tenens ſe ex parte materiæ, non eſt vnio tota totius compoſiti.

II. Terminus generationis in hac ſententia eſt duplex, *1mo* formalis qui communicatur, eſt ipſa forma; cui communica-

nicatur est materia. *2do* Terminus totalis seu materialis, seu ad Quem, est totũ compositum. *3tio* Mutatio est noua secundùm quid, ac proinde & forma noua est secundùm quid.

(105) §. IV. *De Vnione iuxta Connotatistas & Determinatistas.*

I. Propositio tenenda est hæc: Ratio vnionis inter partes sine entitate modali saluari non potest, ipsa tamen vnio non est modus. *Ratio 1mi* est eadem, quæ Modalistarum. *Ratio 2di tum quia* ad nouam denominationem sufficit mutatio noua extrinseca tales sunt denominationes relati, dextri, &c. *tum quia* Aristoteles quærens, quidnam sit, quod hominem constituat? *Respondet* quia hoc est materia, hoc autem forma, & hoc quidem potentia, hoc autem actus; *tum quia* materia & forma in circumstantia modalitatis, non possunt non esse sibi, seu vnita; *tum quia* vnio accepta pro eo, quod dicit pro connotato extrinseco nõ præexistit modalitati, sumpta autem pro subiecto seu pro intrinseco semper præexistit.

II. Hæc

II. Hæc entitas modalis vocatur Determinatio, ex eo, quia extrema indifferentia determinantur per eam ad hoc, vt sint sibi.

III. Huic entitati modali conueniunt eadem prædicata, quæ vnioni modali, posita hic § 2. num. 2.

ASSERTIO VI.

De Composito.

(106) *§. I. De Composito, quod de facto datur.*

I. Totum per se requirit 1mo partes substantiales, ac proinde vnius prædicamenti. 2do inuicem proportionatas, seu subordinatas, seu essentialiter se respicientes. 3tio ambas incompletas, vel saltem vnam incompletam alteram verò completam quidem, talem tamen, quæ suppleat defectum incompletæ; sicut Personalitas Verbi supplet defectum subsistentiæ in natura humana. 4to Vnã per modum potentiæ, alteram per modum actûs, sed hanc conditionem nedum negant requiri, qui concedunt dabile compositum constans ex partibus essentialibus,

bus, quarum neutra sit materia, neutra forma. II. Vasquez docet ex forma substantiali in materiam resultare aliquẽ modum essendi distinctum à partibus & toto, qui dicitur informatio, receptio &c. *Ratio* quia materia accepit à forma vitã, eamque corruptibilem, Ergo debet esse in composito aliquid corruptibile distinctum à materia & forma, vtpote incorruptibilibus. *Contra* quia vita vt Quod est anima; vt Quo est vnio quæ corrumpitur.

III. Totum substantiale & accidentale, aut integrale, tam homogeneum, quàm heterogeneum, à partibus simul sumptis & vnitim, non distinguitur realiter. *Ratio 1ma* Illa totalitas esset forma, ac proinde sequeretur, quòd ipsa sit tota quidditas rei; ac proinde materia & forma non essent essentia & quidditas rei seu compositi; *tũ quia* esset compositi pars, ac proinde nõ includeret in se partes. *Ratio 2da* Tota sua entitate differret à partibus: Ergo eas non includeret. *Ratio 3tia* Definitum & diuisum metaphysicum, nõ distinguitur realiter à definitione & diuisione

ſione metaphyſica ; ergo etiam definitũ & diuiſum phyſicum, à definitione & diuiſione phyſica : Atqui totum eſt diuiſum, phyſicum, materia & forma ſunt diuiſio : Ergo. *Ratio 4ta* Illa tertia entitas deberet vniri partibus, ergo conſurgeret alia entitas ſeu cauſalitas, & ſic in infinitum. *Pro Obiectionibus ſoluendis Nota 1mo.* Ex Ariſtotelicis locis ſolum confirmari, quòd tantùm per rationem totum diſtinguatur à partibus, ſicut ſyllaba BA, à literis B & A. *Nota 2do* Cauſa extrinſeca diſtinguitur à toto, non autem intrinſeca, quia intrinſeca non per influxum cauſat, ſed ſeipſam in partem exhibendo. *Nota 3tio* Materia & forma non ſunt duæ cauſæ partiales vnam totam conſtituentes ; materia enim in ſuo genere eſt cauſa totalis, forma etiam in ſuo genere eſt cauſa totalis ; agunt tamen ſimul & vnitim, id eſt non ſeorſim, ſeu dum cauſat vna, cauſat & altera, ſeu dum vna cauſat, non priuatur conſortio alterius ; non agunt autem ſimul, id eſt, confluentes in vnam totalem virtutem ex duabus partialibus, ita ſicut duo equi ad

cur-

currum, ſed diſtinctas duas adæquatas virtutes habent, ſicut efficiens & materialis. *Nota 4to* Partes diſtributiuè acceptæ, ſunt priùs naturâ, quàm totum, ſed non partes vnitim ſumptæ, ſic enim ſumptæ ſunt totum. *Nota 5to* Ante opus intellectûs nō conueniunt prædicata contradictoria toti & partibus vnitim ſumptis, quia eſſe cauſans, conſtituens, principians, conuenit diſtributiuè acceptis. *Nec dicas* Partes diſtributiuè acceptæ & collectiuè ſumptæ ſunt idem, Ergo quod vni conuenit, conuenit & alteri; *tum quia Diſt. Conſ.* quod vni conuenit ratione identitatis cum alio, *C. Conſ* in quantum eſt diuerſum, *N. C.* Partes enim diſtributiuè acceptæ, cauſant compoſitum, nō in quantum ſunt idem cum collectiuè acceptis, ſed in quantum negant collectionem & vnitatem; *tum quia* à partibus diſtributiuè acceptis, ad ſumptas collectiuè non valet argumentatio.

IV. Homo dicitur corporeus, corruptibilis, & non ſpiritualis, quia denominatio ſumitur à potiori, id eſt ab eo, cuius proprietates, effectus &c. magis patent.

V. Materia secundum eas partes, sine quibus constituere compositum non potest, seu secundum partes primogenias, & forma & vnio tanquam ratio vt Quo essentialiter includuntur in composito.

(107) §. II. De Composito possibili.

I. Possibile est compositum ex partibus ad se essentialiter ordinatis, quarum neutra sit materia, & neutra forma, sed tantùm essent partes substantiales diuersæ speciei, se inuicem perficientes per prædicata æquè nobilia essentialiter ad se ordinata.

II. Possibile est corpus simplex, id est, non constans partibus essentialibus; completum tamen, id est, non tanquam pars ad constitutionem totius ordinatum. Nô foret tamen intellectiuum, quia non haberet radicem intellectiuitatis, nempe immaterialitatem; posset vegetari per qualitates immanentes, posset & sentire, etsi non dependenter à temperamento, dependenter tamen à speciebus intentionalibus.

AS-

De Natvra Et Arte.

I. NAtura est principium & causa motûs & quietis, in eo in quo primò & per se & non per accidens inest. *Explicatur 1mo Natura* significat materiam & formam, & hanc quidem antonomasticè. *2do Principium* scilicet actiuum aut passiuum, aut vtrumque. *3tio Et Causa* siue emanatiua siue productiua, siue receptiua. *4to Motus corporei* & materialis, qualis est latio, alteratio, augmentatio nutritio, sensatio; & incorporei, qualis est volitio & intellectio, *item* instantanei & successiui; *verbo* emanationis aut receptionis formæ. *5to Et* id est *vel. 6to quietis* positiuæ, id est permanentiæ in acquisito termino, seu forma. *7mo In eo in quo est*, id est, id quod est natura, debet esse pars compositi, qualis non est Priuatio, & Dæmon in obsesso; *item* debet producere vel recipere operationes eas, quæ sunt propriæ composito. Vnde ignis respectu caloris, quem in extraneo subiecto producit, non est natura,

similiter & materia respectu quantitatis
emanatæ, quia illam emanat non vt in
composito. 8uo *Primò & per se & non
per accidens*, id est ante se non supponit
accidentia, vnde accidentia non sunt na-
tura, quia non sunt primum principium
operationum. 9no *Non per accidens* sicut
violentus & neuter motus est per acci-
dens composito.

(109) Dices *Contra primum punctum*
1mo. Substantia iuxta Arist: per Meta-
phoram comparatione formæ dicitur na-
tura. 2do Materia est indifferens ad om-
nem motum est in potentia ad naturam,
est eadem in omnibus compositis, de-
monstratur esse; deberet esse principiū
vt vnita. 3tio Materia deberet perpetuò
pati violentiam; deberet esse principiū
& natura respectu motuum violentorum
composito; deberet quies perpetua esse
ipsi violenta. 4to Nomen naturæ signifi-
cat perfectionem, sed materia est imper-
fecta: Ergo &c. ℞. 1mi *N.C. tum quia*
Aristoteles in alijs locis solam formam
vocat naturam: *tum quia* forma anto-
nomasticè dicitur esse natura, siquidem
est

eſt actiua & determinatiua ad eſſe rei. *2di N. C. vel D. A.* materia vt in hoc compoſito, *N. A.* vt ponibilis in alio compoſito, C. A. *vel N. C.* quia materia debet eſſe indifferens, & in potentia ad formam ſiquidem eſt principium commune & vniuerſale. *3ij N. A.* quia materia eſt natura reſpectu motuum debitorum compoſito, & reſpectu quietis ſumptæ, pro permanentia in termino, non autem pro priuatione motûs, *4ti N. Mi.* quia etiam materia habet ſuam perfectionem.

DICES *Contra idem punctum 1mo* Natura eſt determinata ad vnum, nec eſt eadem in omnibus rebus, ſed anima rationalis non eſt determinata ad vnum, quia eſt indifferens ad multa, & poteſt componi cum materia, quæ eſt eadem in omnibus rebus, Ergo anima rationalis & materia non eſt natura. *2do* Sequeretur in compoſito duas eſſe naturas completas. *3tio* Forma eſt principium corruptionis compoſiti, Ergo non natura. *4to* Animantia ſenſitiua fatigantur in motu progreſſiuo: Ergo motus non eſt

illis naturalis, Ergo principium motûs in illis non est natura. 5to Corpora inanimata, per hoc distinguuntur à viuentibus sentientibus, quòd hæc communiter dicantur naturalia, Ergo viuentia sentientia non habent naturam. ℞. 1mi D. Ma. natura prout spontaneo & libero opponitur est determinata ad vnum, & quidem non ad omnes motus, C. Ma. prout est principium motûs & quietis, N. Ma. *Item* natura sumpta pro essentia, non est eadem in omnibus rebus, est autem eadem sumpta pro natura subiectiua. 2di N. C. 3tij D. *Ant.* forma huius compositi, N. A. forma inducenda, C. A. 4ti D. *Ant.* fatigantur ex se, N. A. aliunde, ob dependentiam ab instrumentis spirituum vitalium habentium certam & limitatam vim, qualis dependentia non est in inanimatis, C. A. 5ti D. *Ant.* naturalia id est spontanea, C. A. id est sola habentia principium motus & quietis, N. A. Dices *contra 2dum punctum.* 1mo natura est principium intrinsecum, sed principium motûs est principium extrinsecum, quia efficiens, & oppositum passiuo:

suo: Ergo &c. *2do* Iuxta Arist. nihil à seipso mouetur nisi animantia: Ergo si principium actiuum esset natura, in inanimatis non esset natura. *3tio* in eodem subiecto debet esse motus naturalis, in quo est principium eius: sed generatio non est in eo, in quo est principium generans: Ergo sequeretur generationem non esse naturalem. *4to* Eo ipso quòd corpus haberet inclinationem naturalem ad motum & quietem, quamuis nullo modo haberet principium actiuum talis motûs aut quietis, adhuc motus ipsi esset naturalis, Ergo principium actiuum non est natura. ℞. *1mi* *D. Mi.* principium motûs in subiecto alieno & extrinseco. *C. Ma.* proprio & intrinseco, *N. Ma.* *2di* E. A. nihil mouetur localiter, sensitiuè &c. *C. A.* ad proprias passiones, *N. A.* *3tij* *D. Ma.* debet esse in eo subiectiuè *vel* terminatiuè, *C. Ma.* tantùm subiectiuè *N. Ma.* Sufficit verò, quòd generatio sit terminatiuè in composito. *4ti* *N. Supp. Ant.* quòd possit dari inclinatio ad motum & quietem, sine principio actiuo.

Dices *Contra 7mum Punctum.* Æquè naturalis eſt igni actio tranſiens, ſeu productio caloris in extraneo ſubiecto ac in proprio: Ergo natura æquè eſt principium motûs in alio atque in ſe. ℞. *D. A.* æquè ſecundario & naturale id eſt non violentum nec ſupernaturale, C. A. æquè primariò & naturale id eſt æque intrinſecum, N. A.

(110) II. Principium tam actiuum quàm paſſiuum etiam in actu primo proximo, poteſt à Deo pati violentiam; non poteſt pati poſitum in actu ſecundo, ſeu dum eſt in exercitio. *Ratio 1mi*, quia omne principium poſitum in actu remoto, poteſt ab agente naturali pati violentiam, vt aqua calorem, lapis motum ſurſum. *Ratio 2di* quia per ſubtractum Dei concurſum, agentia naturalia impediuntur ab aſſecutione effectûs debiti & exigiti, imò quando denegatur concurſus exigitus, æquè ſe habet agẽs naturale, acſi non haberet omnia requiſita. *Ratio 3tij* quia aliàs cauſa & eſſet in exercitio, & non eſſet in exercitio. Hinc determinatione modali & quouis modo poſito,

agens

agens naturale iam non potest pati violentiam. DICES 1mo Omnis creatura est subiecta DEO, & nihil resistit Deo operanti: Ergo natura non patitur violentiam à DEO. 2do Visio elici non potest sine obiecto, nec tamen oculus patitur violentiam, si ei negetur obiectum: Ergo & creatura non patitur violentiã, quando ei negatur concursus diuinus. ℞. *1mi Expl A.* nihil resistit efficaciter & cum victoria C. A. inefficaciter N. A. *Item Dist. C.* natura considerata in statu obedientiali, C. C. in suo statu naturali, N. C. *2di Dist. A.* si negetur obiectum in certis circumstantijs necessariò exigitum N. A. non omnino necessariò exigitum, C. A.

(111) III. Ars est habitus rectâ *seu* vera cum ractione factiuus. *Alius* est relinquens opus post se, vt sutoria, fabrilis, &c. *Alius* non relinquens, qui & *actiuus* dicitur, vt cytharisatio, saltatio, &c.

ASSER-

ASSERTIO VIII.

DE CAVSIS IN COMMVNI

(112) §. I. *Definitur & diuiditur causa, seu quid sit causa, & quibus conueniat.*

I. A*ristoteli* est id, ad quod aliud sequitur. *Suario* est principium per se influens esse in aliud: *Conimbricensibus* est id, à quo aliquid per se dependet. *Nobis* est principium dans alicui rei limitatæ existentiam contingentem. *Ratio tum quia* definitio causæ debet non conuenire priuationi, conditionibus, causis impropriè sumptis, Patri æterno respectu VERBI, & vtrique respectu Sancti Spiritus: *tum quia* causa per accidens non per se influit, imò sola efficiens propriè influit: *tum quia* etiam Metaphysicæ proprietates dependent: *tum quia* nihil implicat, quò minùs producatur aliquid, quod ex aliquo Dei decreto, aut aliqua extrinsecùs adueniente determinatione ad existendum per has causas, sicut & causa potest esse determinata ad effectum producendum: Atqui ratio prima est contra

tra

ra Aristotelem, altera contra Conimbricenses, Ergo &c.

(113) II. Diuiditur causa in Materialem, Formalem, efficientem, Finalem, diuisione adæquatâ, sed nec immediatâ, nec atomâ. *Rat. 1mi tũ quia* quatuor tantum sunt quæsita, propter quid res fiat: *tum quia* quidquid producitur, has tantum quatuor causas inuoluit, cætera autem sunt tantùm conditio, aut requisitũ; exemplaris autem pertinet ad efficientẽ. *Ratio 2di* quia potuit diuidi in realem & intentionalem, intrinsecam & extrinsecã. *Ratio 3tij Materialis* causa, *alia* est subiectum corruptibilium, *alia* incorruptibilium, *alia* substantiæ, *alia* accidentis; item efficiens, *alia* principalis, *alia* instrumentalis, *alia* libera, *alia* necessaria.

(114) III. Causa remota habet rationem veræ causæ, si influat vel conseruet causam proximam actu influentem in effectum. Vnde axioma est: Quod est causa causæ, est causa causati. *Ratio tum quia* quâ causâ deficiente deficit effectus, illa est verè causa, atqui deficiente igne conseruatiuo caloris A, calor, A, non produ-

ceret

ceret calorem B. Sic obiectum concurrit ad producendam visionem meam, quia est emanatiuum specierum intentionalium: *Nec tamen sequitur 1mo*, quòd dum video Petrum intendentem in solem, concurram cum Petro ad eliciendam visionem solis, quia ego non influo in Petrum, sumusque cum Petro duo disparata: *Nec sequitur 2do* quòd dum video colorem, debeam videre subiectum coloris, color enim non influit in subiecta.

(115) *§. II. De aliquibus causarum prædicatis essentialibus, seu requisitis ad actum primum, nempe de remotione impedimenti, connexione cum effectu & relatione.*

I. *Nota 1mo*, Actus primus causæ est *vel Logicus*, qui est non repugnantia ad existendum; *vel Physicus* qui est virtus apta dare alicui esse. Et de hoc posteriore actu hoc loco est sermo. *Nota 2do* Illud dicitur requiri ex parte actûs primi, quod rem complet non tam in esse, quàm in posse operari, *seu* sine quo tanquàm sine causa vel conditione, non potest produci

duci effectus, seu quod formaliter concurrit ad productionem effectûs: Quod verò requiritur quidem ad constitutionem eius entitatis, quæ causat, vel quod consequitur operationem, seu quod sequitur causam in actu secundo positam, ad operationem tamen exequendam, nó nisi materialiter se habet nec concurrit formaliter, *illud dicitur requiri tantùm ad actum primùm.* Sic ad producendum actum supernaturalem amoris diuini, ex parte actûs primi anima requirit intellectum, & habitum vel auxilium supernaturale; at verò potentiam sensitiuam, vel loco motiuam, requirit tantùm ad actum primum, *seu* ad sui constitutionem; quia scilicet anima rationalis non est possibilis, quin sit simul sensitiua; potentia tamen sensitiua non influit formaliter in amorem Dei. *Item* ad eliciendam visionem potentia visiua requiritur ex parte actûs primi, quia concurrit formaliter; iam autem materia prima non nisi ad actum primum, seu ad constitutionem hominis, qui visionem illam elicit. *Item* ad actum primum Omnipotentiæ diuinæ

requiritur ſanctitas, ſapientia &c. quia DEVS non poteſt eſſe omnipotens, quin habeat prædicatum ſimul ſapientiæ: at verò ex parte actûs primi requiritur ſola Omnipotentia, quia hæc ſola formaliter concurrit, Sapientia autem Immenſitas &c. realiter tantùm. *Nota 3tio* Cauſa eſt in actu primo proximo adæquato, ſi habet omnia requiſita; inadæquato, remoto, ſi non habet omnia. *Nota 4to.* Impedimentũ ad nouã inducendam formam, eſt *vel formale*, nempe ipſa præcedens forma, *vel effectiuum* ſeu agens conſeruans præcedentem formam. *Item* impedimentum *aliud* eſt auferibile per actũ ſecundum, vt remotio aëris, v. g. dum ambulo: aliud inſeparabile per actum ſecundum, vt v. g. frigus intenſum, quod à minori calore ſuperari nequit: vt compedes iniecti in hominis pedes volenti ambulare.

II. Remotio impedimenti auferibili per actum ſecundum, ſiue cauſæ liberæ ſiue neceſſariæ non requiritur ex parte actûs primi. *Ratio* quia hæc remotio eſt poſterior actu ſecundo, vtpote eius effectus,

ctus, & ante illam est causa potens operari. Iam verò remotio impedimenti insuperabilis in causis quidem necessarijs non requiritur ex parte actûs primi, quia etsi non superet impedimentum, est tamen potens agere Physicè, nec requiritur vt semper vincat, aliàs enim non daretur resistentia. Sed in causis liberis requiritur, quia causa libera non tantùm debet posse operari Physicè, sed etiam moraliter seu liberè. Vinctus autem catenis etsi physicè est potens ambulare, non tamen moraliter, seu non est liber ad ambulandum.

(116) III. Actionis & effectûs possibilitas requiruntur ad actum primum, proximum, non requiritur autem ad entitatem causæ constituendam, nec ex parte actûs primi, requiritur tamen ex parte actus primi si motiuè seu obiectiuè sumatur. *Ratio 1mi* quia ex posse operari rectè inferam dabile aliquid operabile. *Ratio 2di tum quia* nihil constituitur in sua entitate per aliquid à se distinctum; *tum quia* effectus est posterior suâ causâ: *tum quia* idem saltem inadæquatè esset

causa suiipsius. *Ratio 3tij tū quia* illud requiritur ex parte actûs primi, quod in effectum influit, vel ad illum disponit, vel prærequiritur vt conditio: *tum quia* possibilis effectus est idem cum existente, existens autem non requiritur vtpote posterior ipso actu primo. *Ratio 4ti* quia possibilitas effectûs est quasi causa, vt fiat decretum Dei, seu applicatio Omnipotentiæ; Atqui decretum Dei requiritur ex parte actûs primi; Ergo & possibilitas effectûs. DICES Causa in actu secundo dicit actionem & effectum, Ergo & in actu primo. ℞. *N. C.* quia causa in actu secundo transit ad esse causantis, ac proinde plùs dicit in actu secundo, quàm primo.

(117) IV. Causa ad effectum non dicit relationem transcendentalem secundùm esse, seu non dicit connexionem essentialem cum effectu, adeoque implicante omni creatura DEVS ex se esset Omnipotens, ac nunc est. *Item* culter æquè potens esset scindere, implicante omni scissibili, ac nunc est potens scindere: *Item* calor esset calefactiuus, ignis vstiuus,

uus, albedo dealbatiua, quantitas extensiua, materia receptiua &c. *Ratio 1ma* Ideo DEVS à musca non dependet tanquam à causa, quia in Deum inueheretur imperfectio; sed si etiam tanquàm à termino dependeret, inueheretur imperfectio, quia æquè in Deo deficeret aliquod prædicatum, Ergo *Ratio 2da.* Causa nō dependet essentialiter in suî existentia ab effectu; existit enim ignis A, etsi non existat ignis B. sed possibilitas & existentia non distinguitur realiter, Ergo &c. *Ratio 3tia* Gladius est potens ferire, etsi non feriat: in Sacerdote est hodie potestas absoluendi Turcā, si baptisetur, Ergo &c. *Ratio 4ta* Hoc prædicatum *posse producere effectum* causis secundùm entitatem in recto consideratam est intrinsecum; sed nil intrinsecum constituitur per extrinsecum, Ergo &c. DICES 1mo Causas posse producere, essentialiter conuertitur cum posse produci creaturarum: *Item* esse omnipotentem est posse producere, quidquid non implicat contradictionē: Item causam esse productiuam effectuū, & effectus esse producibiles à causa non

solùm sunt conuertibilia Logicè, sed etiã idem sunt realiter, & non nisi secundùm modum concipiendi differunt, Ergo &c. ℞. *Dist. Ant.* posse produci non implicat esse producibilem, absolutè seu ex parte Dei, C. A. conditionatè seu ex parte creaturæ, N. A. DEVS enim in se habet potentiam producendi, modò aliquid ex se non implicet; nec peribit in DEO, vlla proprietas metaphysica, redditis impossibilibus creaturis. DICES 2*do* Possibilitas termini DEVM potentẽ constituit quasi in genere causæ formalis: *item* DEVS nõ esset benignus, misericors, omniscius, Ergo &c. ℞. *Dist. Ant.* potentem constituit in actu secundo seu denominatiuè, seu secundum extrinsecum, C. A. quoad entitatem intrinsecam in actu primo, N. A. DICES 3*tio* Potentia auditiua & non auditiua, *item* causa triũ tantùm calorum, & causa decem calorũ productiua non sunt eædem: Ergo & DEVS productiuus & non productiuus esset distinctus: Ergo DEVS dependet à possibilitate creaturarum. ℞. *Dist. primum Consequens:* non productiuus ex sua

ratione

ratione intrinſeca, C. C. ex ratione extrinſeca, N. C. DICES 4to DEVS còëxiſteret contradictorijs nempe poſſibilibus & non poſſibilibus, *item* repræſentaret contradictoria, nempe hodie poſſibilem Petrum, cras impoſſibilem, Ergo &c. ℞. *Diſt. Ant.* còëxiſteret & repræſentaret ſimul & pro eadem ſtatu, N. A. ſecus C. A.

(118) V. In creaturis ad DEVM datur, in DEO autem ad creaturas non datur relatio tranſcendentalis ſecundum eſſe. *Ratio 1mi* quia dicere eſſe & conſeruari eſſentialiter à DEO, eſt dependere eſſentialiter à DEO. *Ratio 2di tum quia* vera & propria dependentia ab alio, inuoluit imperfectionem: *tum quia* DEVS non deſinit eſſe Omnipotens, eſto chimæra ſit impoſſibilis: Ergo etiam non deſineret eſſe omnipotens, etſi nulla eſſet poſſibilis creatura. *tum quia* actualitas omnipotentiæ Diuinæ ante mundi conſtitututionem non dependebat ab actualitate mundi: Ergo nec poſſibilitas omnipotentiæ Diuinæ à poſſibilitate mundi, *tum quia* Pendere ab alio tanquam à cauſa, eſt

imperfectio *vel ex eo*, quia cessante causâ cessaret in Deo aliquod prædicatũ quod accipiendum esset à causa: Atqui etiam deficiente alio vt termino, cessaret in Deo scientia, volitio, omnipotentia, &c. *vel ex eo* quia influente causâ etsi increatâ aliquâ aliâ, iam hic Deus & esset Deus, vt supponitur, & non esset Deus, quia non esset à se: Atqui si etiam tanquam à termino dependeret, & esset Deus, quia nullius egeret; & non esset Deus, quia ad suî conseruationem egeret termino. Ergo, *tum quia* quando subtrahitur concursus igni in fornace Babylonica, aut aliquod requisitum, tunc ignis ex se non desinit habere vim ustiuam: Ergo etiam subtracto termino Deus non desinet habere vim productiuam. *tum quia* primo-essentialis conceptus potest suam possibilitatem habere independenter à secundo-Essentiali conceptu, vt conceptus de entitate Patris potest haberi sine conceptu de paternitate: Atqui relatio transcendentalis iuxta Communem non est primo-essentialis conceptus: Ergo. *tum quia* potest desinere respectiuũ prædicamentale

tale etsi sit identificatum absoluto, & tamen non desinit absolutum : Ergo etiam potest desinere respectiuum transcendentale: *vel* certè, non desinet, quia erit ad terminum producibilem sub conditione, si scilicet hic non implicet *tum quia* materia prima non tantùm propriam habet existentiam, sed iuxta aliquos non dependet etiã naturaliter à forma in existere : Sed materia est causa formæ, & forma est effectus materiæ : Ergo causa ab effectu non tantùm non dependet essentialiter, sed nec naturaliter quidem.

Dices 1*mo* Ex imperfectione intellectûs nostri, & nostro modo concipiendi prouenit, quòd creatura non possit concipi sine dependentia à Deo, ergo hæc dependentia non est intrinseca. ℞. *N. A.* quia nec Angelus aliter concipit. Dices 2*do* Ignis B. productus ab igne A, dependet, & tamen non dicit essentialem dependentiam : Ergo nec creatura à Deo: ℞. *N. C.* quia ignis B, potest concipi sine igne A. Dices 3*tio* Homo non definitur per dependentiam à Deo, Ergo dependentia hæc non est ipsi essentialis.

℞.

℟. *N. C. tum quia* non definitur etiam per substantiam, per viuens *tum quia* homo nō in esse hominis, sed in esse creaturæ, dependet à DEO. DICES 4to Virtus faciendi omnia est ordo ad illa: sed Omnipotentia diuina est talis: Ergo &c. ℟. *D. Ma.* virtus in sua entitate dependens ab omnibus, sicut visio dependet ab obiecto, *C. Ma.* non dependens, *N. Ma. sic Dist. Mi.* DICES 5to DEVS esset Omnipotens vt supponitur; & non esset, quia nil posset producere: Ergo &c. ℟. *Dist. Ant.* Esset omnipotens, & non esset diuerso respectu; esset enim Omnipotens quoad intrinsecam suam virtutem productiuam, non esset autem denominatiuè ab impossibilitate creaturarum, tanquam termino extrinseco & accidentali; sicut respectu chimæræ nunc est, & non est Omnipotens, *vel aliter Dist. Ant.* non esset Omnipotens ex se N. A. defectu creaturæ implicantis, C. A. Sicut meus oculus non deficit esse visiuus, & speculum repræsentatiuum, etsi nunc eis chimæra non repræsentetur. DICES 6to Quod est productiuum effectûs ex se, debet

debet illum continere in se; Sed impos-
sibilibus factis creaturis, Deus eas non
contineret in se: Ergo impossibilibus fa-
ctis creaturis, Deus non esset producti-
uus creaturarum ex se: Ergo implican-
tibus creaturis, Dei omnipotentia impli-
caret: Ergo Dei omnipotentia in suo es-
se dependet à creaturis saltem vt à ter-
mino. ℞. D. *Ma*. debet continere in se
ex se, C. Ma: in se ex ratione creatura-
rum, N. Ma. *Sic Distinguo Min.*

(119) VI. Omnis causa ad effectum,
& potentia ad obiectum dicit relationem
transcendentalem secundùm dici. *Ratio*
quia non possunt explicari nisi per ordi-
nem ad effectum, obiectum: Sic etiam
omne accidens dicit ordinem ad subie-
ctum, quia non potest inalietas explica-
ri, quin tanquam extrinsecum connota-
tum attingatur subiectum. DICES 1mo
Ad id, quod non est, non potest esse re-
latio transcendentalis, sed bircoceruus
nõ est: Ergo &c. ℞. *Dist. Ma.* quod nõ
est physicè nec obiectiuè, C. Ma. quod
non est physicè, est tamen obiectiuè vel
terminatiuè N. Ma. vel non potest esse

rela-

relatio secundum dici N. Ma. secundum esse, C. Ma. DICES 2do Quod potest causa producere, ad id dicit relationem, sed existentiam effectûs potest causa producere, Ergo causa dicit relationem ad existentiam effectûs, Ergo non ad possibilitatem. ℞. *Dist.* 2*dum Consequens.* non ad possibilitatem, quæ excludit existentiam, C. C. quæ non excludit existentiam, N. C. Quanquam relationem secundum dici, causa dicit etiam ad conditionatam possibilitatem effectûs: quasi dicat: Ego sum ex parte mea productiua Tui, si tu tamen non implicas.

(120) VII. Potentiæ & causæ feruntur in obiecta singularia, seu in vltimas indiuiduales differentias. *Ratio* quia id respicit causa, quod in sua virtute continet, *seu* quod potest producere, sed rationem communem seu abstractam non potest producere: Ergo &c. DICES 1*mo* Aristoteles dicit: Potentia visiua tendit in albedinem, non quia albedo, sed quia color est: Ergo &c. ℞. *Dist. Ant.* quia color est vt sic, N. A. color talis, C. A. DICES 2*do* Illud tantùm causa respicit,

ſpicit, quod poteſt producere, ſed collectiuè ſumptos effectus non poteſt producere: Ergo &c ℟. *Diſt Ma.* quod poteſt producere diſiunctiuè vel collectiuè, C. *Ma.* tantùm collectiuè, *N. Ma.* Sic *D. Mi.* quia etſi quis poteſt ſimul plura poma in arbore videre non tamen poteſt omnia ſimul carpere. DICES 3*tio* A Cauſis & potentijs reſpicitur veritas realis & fundamentalis, quæ eſt in rebus: ſed hæc veritas quæ eſt plura, nõ eſt in rebus, quia eſt vniuerſale: Ergo &c. ℟. *D Mi:* quia eſt vniuerſale abſtractũ, N. Min. fundamentale & multitudo, C. Min.

(121) §. III. De alijs requiſitis ad agendum.

I. Cauſæ operantis phyſicè & per ſe requiritur exiſtentia phyſica. Dixi *operantis phyſicè*, quia ſi operetur intentionaliter, ſufficit vt exiſtat obiectiuè, vt finalis. Dixi *& per ſe* quia cauſæ principalis non requiritur exiſtentia phyſica, quia nomine eius agit inſtrumentalis, vt quando accidens nomine ſubſtantiæ producit ſubſtantiam, quando poſthumus naſcitur

ex semine mortui Parentis. Dixi *existen-tia physica*. quia non placent Thomistæ docentes, sufficere causam esse in actu causalitatis, & non requiri vt sit in actu existentiæ; adeoq; dicunt causam quæ nunc primò non est, & immediatè ante fuit, posse operari. *Contra* hos est 1*mò* Esse influens in effectum, est esse, seu existere causam, sed in sequenti instanti supponitur non esse causa: Ergo &c. 2*do* Ad esse, sequitur operari. 3*tio* Nemo dat, quod non habet. 4*to* Ideo causa materialis non existens non potest causare, quia influit, sed etiam efficiens influit: Ergo &c. 5*to* Implicat ei, quod non est physicè, identificari prædicatum physicum. 6*to* Sequeretur, quòd homo mortuus sentiret, peccaret, ignis extinctus luceret, & remotus vreret, qui proximè vssit: quòd posset etiam agere sequenti die, & post annum: Ergo &c. DICES 1*mo* Non requiritur vt causa sit in eodem loco, in quo effectus: Ergo nec vt sit in eodem tempore. ℞. *N C.* quia quod existit in loco dissito, habet in se productiuam virtutem, quam non habet id,

id, quod non existit, quia non est. Dices 2do Tempus præteritum vnitur cum futuro, etsi non existat; vbicationem B, præcessit vbicatio A, quæ non existit: Ergo &c. ℞. N. C. quia à tempore & vbicatione nulla est causalitas Dices 3tio Quod mutatur, operatur, sed homo mutatur, cùm non est, ergo operatur cùm non est. *Minor probatur.* Homo moritur eo instanti, quo non est, sed dum homo moritur, mutatur: Ergo &c. ℞. *Concedo 1dam Maiorem*; quia hominem mori est eum nunc non esse, & immediatè ante fuisse. *Distinguo verò 1dã Minorẽ* mutatur impropriè, id est corrumpitur, *C. Mi.* mutatur propriè, id est homo aliter se habet nunc, quàm ante, *N. Mi.* materia enim potiùs quã homo mutatur.

(122) II. Agens emanatiuum volitionum, intellectionum, caloris, motûs localis &c. non distinguuntur realiter à passo, sed tantùm formaliter.

(123) III. Causa prærequirit approximationem passi, seu non agit in distans; *seu* agens non potest agere in passum remotum, nil agendo in medio. *Ratio*

quia sol nec illuminat nec calefacit Scholam, si fenestra sit occlusa, & oculus clausis palpebris nihil videt.

Dices Ignis accendit flammam in stupa remota, Magnes trahit ferrum distans; Cythara mota pulsat distantem cytharam: Ergo agit indistans. ℟. *N. C.* Agens enim coniungitur cum passo, *vel imo* medio cooperante, vt cùm in medio producuntur effectus similes vel dissimiles. Sic sol in parte A, producit lumen, lumen in parte B calorē, calor in parte C. producit aurum. Sic magnes producit qualitatem, qualitas trahit ferrum. *Vel 2do* medio tantùm compatiente, vt si qualitatem non actiuam solam producat agens in parte A, B, C, prout de impulsu dici solet. Sic per virtutem immediatè in se existentem dicitur globus frangere asserem, fax illuminare. *Vel 3tio* per coniunctionem partium remotiorum cū vicinoribus. Sic tecto premitur fundamentum domûs.

(124) IV. Agens habet certā Sphæram actiuitatis: *tum quia* ignis, lux, sonus, non possunt agere ex quacunque distantia,

ſtantia, *tum quia* Omne agens eſt limitatæ virtutis.

V. An agens agat vniformiter difformiter, & an in ſimile &c. v. de Alteratione.

(125) §. IV. *De Comparatione Cauſarum ad effectus.*

I. Cauſa diſtinguitur ab effectu; & quidem *efficiens* ordinariè diſtinguitur realiter adæquatè; *materialis* à forma etiã realiter adæquatè; *materialis & formalis* in compoſito diſtinguitur realiter. *Finalis* ſolo ſtatu.

(126) II. Quamuis idem poſſit eſſe cauſa & effectus. Dicendum tamen 1*mo* quòd in primum ſuum eſſe, nulla cauſa poteſt influere, etiam diuinitùs, quia cauſa debet eſſe & exiſtere, priùs quàm effectus. 2*do* quod eſſe ſecundum nulla cauſa dat ſibi naturaliter, quia formæ naturaliter non reproducuntur. 3*tio* Materia & forma non poſſunt ſibi dare eſſe; *tum quia* materia non poteſt eſſe ſubiectũ alterius materiæ, aut forma alterius formæ. 4*to* Cauſa efficiens poteſt diuinitùs ſeipſam producere ſecundò, *Ratio tum*

quia poteſt Chriſtus in Eucharistia ſuæ productionis eſſe cauſa moralis; Ergo & efficiens; *tum quia* eadem eſt exiſtentia in anno A, quo petitur prolongatio vitæ, & exiſtentia in anno I, pro quo impetratur exiſtentia vitæ; Ergo inter cauſam & effectum, non requiritur diuerſa exiſtentia. DICES 1*mo* Cauſa influens eſſe in aliud, dicit relationem ad aliud, ſed idem ſeipſum producens, non eſſet aliud: Ergo &c. ℞. non eſſet aliud formaliter, eſſet tamen virtualiter, ſeu æquiualenter duo. DICES 2*do* Cauſa debet eſſe prior ſuo effectu, ſed idem nō poteſt eſſe prius ſeipſo, Ergo &c. ℞. 1*mo* *Diſt. Min.* idem quod eſt æquiualenter duo, *N Mi.* quod non eſt æquiualenter duo, *C, Min.* ℞. 2*do* *D. Mi.* ſeipſo primo producendo, *C. Mi.* Secundo producendo, *N. Min.* ℞. 3*tio* *D. Ma.* prior ſuo effectu, aliquando ſimpliciter & ſecundùm entitatem, ſeu naturam, aliquando ſecundùm quid, ſeu ſecundùm actionem, *C. Ma.* ſemper ſecundum naturam, *N. Ma.* DICES 3*tio* Actio quâ aliquid producitur, eſt adæquata totalis, Ergo eſſet ſufficiens, vt per

illam

illam poneretur totus terminus ℞. *Dist.* *Consq.* poneretur primò, C. C. secundò N. C. Dices 4*to* Non potest idem esse Dominus & seruus, Dux & Miles Pater & Filius: Ergo &c. ℞. N. C. quia ista inuoluunt alteritatem. Dices 5*to* Vnitas producentis cum producto est perfectior quàm multitudo & distinctio: Ergo deberet dari in Diuinis, ita vt tantùm Pater posset se reproducere, non verò generare Filium. ℞. 1*mo* *Dist.* *Ant.* producentis naturaliter, C. A. supernaturaliter N. A. in Diuinis autem est productio naturalis. ℞. 2*do* N. C. quia Personæ in Diuinis non sunt multiplicabiles vel formaliter, vel virtualiter, vnde nec intensiuè nec extensiuè sunt perfectibiles, Ergo illa reproductio esset otiosa & superflua. Dices 6*to* Vnio non potest esse nisi inter realiter distincta, Ergo & actio, siquidem est æquè modus. ℞. *N.* *C.* quia vnio est eorum, quorum vnum est potentia, alterum actus.

(126) III. Causa potest esse prior tempore, quàm effectus; vt intellectus quàm intellectio: *non tamen id requiritur,*

quia sol lucem, materia quantitatem, non antecedit tempore; debet tamen esse naturâ prior ex communi Theologorum & Philosophorum auctoritate, cui vix vnus aut alter contradicit; *tum quia* per hoc in Diuinis excluditur ratio Causæ, quòd non sit prioritas naturæ, *tum quia* causa libera positis omnibus requisitis potest non agere, causa autem necessaria potest impediri, ne operetur. *Nota porrò* 1*mo* Prioritatem naturæ, seu prioritatem in Quo non rectè explicari per subsistendi consequentiam, quia ex fructu ad arborem est subsistendi consequentia, non tamen fructus est causa arboris. Vnde rectiùs *naturâ prius* dicitur esse id, quod dat alteri esse, nec per causalitatẽ dependet in sua entitate ab eo, cui dat; *posterius verò naturâ* est, quod accipit esse ab alio, & per causalitatem dependet à dante, ita vt etsi sine hoc, & sine illo dante existere possit, non possit tamen sine omni. *Seu prioritas naturæ* est ipsa entitas à qua dependet, & ipsa non dependet ab ea, cui dat esse; *posterioritas autem naturæ est* quod dependet, & sine quo existere

re potest causa. *Nota 2do* Quando prioritas naturæ explicatur per Causam, & & causa per prioritatem naturæ, non explicatur idem per idem, quia dum causa explicatur per ly *prius naturâ*, explicatur principium per passionem, dum autem *prius naturâ* explicatur per causam, explicatur passio per suum principium. *Nota 3tio* Causalitas non est prior, nec posterior, quàm effectus, quia nec est causa, nec existit tanquam sine effectu. *Nota 4to* In priori naturæ, nec intelligitur esse effectus, nec intelligitur esse negatio effectûs; in priori enim naturæ influere esse in effectum, nec est affirmatio, nec negatio effectûs. *Nota 5to* Prioritatum variam differentiam. Nam 1mo prioritas Logica est subsistendi consequentia. 2do prioritas originis est prioritas ordinis, & sine influxu, estque in eo, quod dat alteri esse indistinctum, independens essentiale, quod non potest non communicari, vt in Diuinis. 3tio Prioritas à Quo communiter dicitur esse prioritas originis; pressiùs tamen loquendo, posset distingui, quia prioritas à Quo posset conuenire

uenire

uenire etiam Priuationi, quæ non tem-
pore, sed solo instanti præcessisset; vel
Priuationi aptitudinali, quæ est in cælis.
4to Prioritas rationis, seu signum (seu iu-
xta Aliquos prioritas in Quo) est inter
prædicata realiter identificata, quorum v-
num concipitur per modum essentiæ, vo-
caturque prius, alterum per modum pas-
sionis, vocaturque posterius. Huc etiam
reuocatur coordinatio Dei decretorum.
Nota 6to Has prioritates, præsertim au-
tem *naturæ*, *à Quo*, *rationis*, in rebus non
esse formaliter, sed tantùm fundamen-
taliter.

(127) IV. Cum causa non connecti-
tur essentialiter effectus; *seu* causa non
habet determinatos eiusdem speciei effe-
ctus; adeoque calor qui est productus ab
igne A, potuit produci ab igne B. *Ratio*
tum quia, nos libere elicimus hos vel illos
actus, has vel illas exercemus deambu-
lationes, propter hoc vel illud motiuum;
tum quia non est maior ratio, quare ignis
A, debeat eam tantùm producere calo-
rum collectionem, quæ continet calores
A, B, C, & non potiùs eam collectioné,
quæ

quæ continet caloros E, F, G : *tum quia* causa æquiuoca continet totã perfectionem totius speciei, proinde & eius effectûs, qui ab vniuoca causa potest produci : *tum quia* causæ sunt eiusdem speciei, sed non essent, si vnam tantùm collectionem indiuiduorum producerent, & non aliam. *Pro Obiectionibus soluendis Nota* *1mo* Hæc materia & hæc forma non potest esse nisi huius compositi causa, quia est pars compositi. *2do* actus vitales & species impressæ essentialiter pendent ab hoc animante & hoc obiecto, quia hæ sunt vicariæ obiecti. *3tio* Omnis causa respectu certi effectûs est causa per accidens, quatenus non est essentialiter requisita ad hunc numero effectum; est tamen causa per se, quatenus influit per se. *4to* indiuidua esse eiusdem speciei, non est esse eiusdem numero naturæ, sed similis : malè tamen hinc inferes (Ergo & causas esse eiusdem speciei productiuas, non est esse productiuas eorundem numero effectuum, sed tantùm similium) *Ratio* Dispatatis est, quia si indiuidua plura haberent eandem numero naturam, tunc & essent

essent indiuidua, & non essent indiuidua. *5to* Differentia specifica determinat causas ad certos specie effectus; at differentia numerica, non determinat ad certos numero effectus; quia differentiæ specificæ sunt dissimilis naturæ, & vt plurimùm inæqualis perfectionis, hinc non possunt extendi ad omnes rationes omnino dissimiles. *6to* Sicut ratio abstracta ab indiuiduis, ita & causa abstracta à particularibus causis, tantundem includit, quantum est in particularibus; Nam sicut humanitas vt sic, non plùs dicit quàm humanitas Petri, ita causa vt sic productiua caloris, non plùs dicit, quàm hæc causa productiua caloris. *7mo* Actionũ distinctarum numero, est terminus distinctus numero non specie.

(128) V. Eadem entitas potest esse causa contrariorum effectuũ. *Ratio tum quia* Aristoteles 2. Phys. c. 3. ait, Contrariorum est eadem causa vt intellectus elicit assensum & dissensum. Dum autem Aristoteles inquit Contrariorum sunt contrariæ causæ, intellige *vel* causas necessarias, *vel* causas formaliter non realiter

ter sumptas, quod scilicet intellectus, vt est productiuus affirmationis, non est productiuus negationis.

(129) VI. Cognitâ causâ clarè & & quidditatiuè nō cognoscuntur omnes eius effectus possibiles, imò nullius effectûs possibilitas ex hac cognitione inferri potest, quia non est vlla necessaria connexio inter causam & effectum. DEVS autem cognoscit clarè omnes effectus, non vi cognitæ causæ, sed quia DEVM nihil latere potest.

(130) VII. Causa non reproducit naturaliter eundem numero effectum ex mero Dei decreto. Porro reproductio eiusdem effectus est tantùm quoad modum supernaturalis, quoad substantiam autem est naturalis & possibilis. *Ratio* quia nec causa est immminuta, nec terminus implicat, nec actio dicit negationem reproductionis, solum ergo Dei decretum obstat.

(131) VIII. Causa in ratione causæ est nobilior suo effectu; quia beatior est qui dat, quàm qui accipit: spectata autem secundum entitatem aliquando est

imperfectior & ignobilior, vt calor quàm ignis causatus à calore; aliquando æqualis, vt ignis respectu alterius ignis aliquando perfectior, vt ignis respectu caloris.

(132) IX. Nullus effectus potest pendere naturaliter à duabus causis totalibus efficientibus eiusdem ordinis seu perfectionis. *Ratio tum quia* altera actio esset superflua, sicut & altera forma in eodem subiecto; indigentia enim dependentiæ tollitur per vnum effectum; *tum quia* experimur plùs luminis esse de duabus candelis quàm ab vna, & minus sentimus laboris, dum plures leuamus lapidem, quàm dum pauciores: *tum quia* vni actioni non respondent duo termini adæquati. DICES 1*mo* Possũt simul agere duo ignes, duo equi, duæ guttæ aquæ, Ergo &c. ℞. *Dist. Ant.* agere vt totales, seu totaliter, seu actione totali, N. A. attemperatis viribus, C. A. DICES 2*do* Plures Sacerdotes vnam hostiam simul consecrant: Ergo &c. ℞. 1*mo* *Dist. Ant.* plures totaliter & adæquatè agentes, N. A. inadæquatè, C. A. ℞. 2*do* N. C. quia consecratio est actio adductiua tantum

ac

ac instrumentalis, moralis, supernaturalis.
Dices 3*tio* Duæ albedines possunt vnum parietem dealbare, duæ guttæ confluere ad humectandum. ℞. Nego fore duas: accidentia enim non multiplicantur nisi multiplicatis subiectis. Dices 4*to* Anima rationalis vnâ vnione vnitur capiti, alterâ pedi: sed hæ vniones sunt adæquatæ, Ergo ℞. *N. Min.* Dices 5*to* Devs & creatura agunt simul: sed Devs & creatura sunt, causæ totales: Ergo &c. ℞. *Dist. Min.* sunt causæ totales & eiusdem ordinis, *N. Mi.* diuersi ordinis, *C. Mi.* Dices 6*to* Duæ causæ totales Finales possunt causare eundē effectū, vt dum deambulo & ob sanitatē & ob recreationem: Ergo possunt & duæ causæ efficientes. ℞. 1*mo* *N. C.* quia ab intentionalibus nō valet consequentia ad physica. ℞. 2*do* *Dist. Ant.* eundem formaliter N. A. materialiter, C. A. Nec tamē sequitur vnum effectum materialiter sumptum posse pendere à duabus causis totalibus efficientibus, Disparitas enim est, quia effectus à causa efficiente, accipit esse simpliciter, seu totum, à fine autem

accipit esse tantùm secundùm quid, nem-
dè esse tale bonum, scilicet tale iucun-
dum, tale vtile, tale delectabile.

X. Vnus idemque numero effe-
ctus potest supernaturaliter pendere à
duabus causis totalibus efficientibus. *Ra-
tio tum quia* nihil implicat ex parte vir-
tutis productiuæ termini & actionis; *tum
quia* in resurrectione mortuorũ vnio re-
producetur: Ergo pendebit à duabus
causis totalibus: idem dici potest de for-
mis partialibus: *tum quia* possunt in vno
loco esse plura corpora quanta, plures
formæ in eadem materia: *tum quia* pos-
sunt plures fines concurrrere ad eundem
effectum, Ergo potest DEVS vnum finem
intendere per cooperationem alterius
causæ.

DICES 1*mo* Vnus idemq; effectus nó po-
test etiã diuinitùs pendere à duabus mate-
rijs & formis, nec idem effectus, forma-
liter sumptus à duabus causis finalibus,
Ergo nec ab efficientibus. ℞. *N. C.* quia
materia & forma sunt partes indistinctæ
à Toto: motiuum autem vt tale, non
potest esse vt aliud motiuum. DICES 2*do*

Vna

Vna totalis causa est sufficiens & adæquata ad producendum effectum: Ergo terminus alterâ causâ non indiget, nec accipit diuersum effectum formalem ab illa, sufficienter producibilis ab vnius concursu. ℞. *Dist. Ant.* Sufficiens & adæquata ad producendum simpliciter, & vi sulæ actionis, C. A. duplici titulo & pluriter, seu vi alterius actionis quoad esse nouiter N. A. *Similiter Dist.* C. non indiget, non accipit diuersum, sufficienter producibilis, exiturus simpliciter, C. C. duplici titulo, N. C. Poteſt autem alter titulus esse etiam beneplacitum diuinum. Dices 3*tio* Calor vt 7. productus à duplici calore vt 7. excederetur à virtute agente: Ergo &c. ℞. *Dist. Ant.* ab agente per vnam actionem, C. A. per duplicem, N. A. Dices 4*to* Effectus debet à sua causa pendere essentialiter, sed ille non penderet ab alterutra, quia posset pendere tantùm ab vna, Ergo &c. ℞. 1*mo N. Ma.* Vbi enim est miraculũ, ibi non est essentialis dependentia. ℞. 2*do D. Mi.* posset pendere simpliciter, *C. Mi.* pluriter, *N. Mi.* Dices 5*to* Non potest

 idem

idem effectus pendere à duabus causis primis: Ergo nec à secundis ℞. N. C. quia duplex prima Causa non datur. Dices 6to Illo casu esset vnus tantùm effectus: Ergo & vna actio. ℞ D. *Ant.* vnus formaliter C. A. virtualiter N. A. esset enim duplex virtualiter. Dices 7mo Sequeretur idem bis corrumpi, imò semel corrumpi, & altera actione conseruari, & Devm bis concurrere, ac bis eundem effectum producere: Atqui hoc nó videtur dicendum, Ergo &c ℞. N. *Mi.*

XI. Effectus potest suæ causæ dare secundum esse. *Ratio* quia potest dare sibi ipsi.

(133) §. V. *De Comparatione causarum inter se.*

I. Causæ eiusdem generis sunt, quæ sunt quasi eiusdem speciei, vt duæ efficientes, *diuersi autem generis* quæ sunt quasi diuersæ speciei, vt efficiens & formalis. *Causæ autem eiusdem ordinis* seu perfectionis sunt, quæ & secundùm speciem, & secundum virtutem conueniunt, vt duo calores &c. *Diuersi autem ordinis*

&

& perfectionis sunt, quæ sunt diuersæ perfectionis, vt DEVS & creatura, calor vt duo, & calor vt sex.

II. Causæ aliquæ essentialiter sibi subordinantur, aliquæ accidentaliter. Ad essentialem subordinationem requiritur, vt sint eiusdem generis, seu vt vna in suo genere non sit sufficiens, & quidem ex natura sua, causetque dum causat altera.*

III. In causis non datur processus in infinitum, quia causæ diuersi generis sunt tantùm quatuor, materia autem & forma non sunt infinitæ, efficiens verò vltimum est DEVS, finis denique est, in quo sistitur.

IV. Causæ extrinsecæ sunt perfectiores, quàm intrinsecæ, & ex extrinsecis est perfectior efficiens, quàm finis, ex intrinsecis autem forma, quàm materia illud enim est perfectius, quod perfectiorem habet modum operandi, seu quod influit: sed efficiens dat totum esse, forma autem est vltimò actuatiuũ: Ergo &c.

V. Omnes Causæ sunt simul tempore & naturâ, quia eadem est causalitas om-

nium; ratione autem prius causat finis; postea efficiens, demũ materia & forma.

(134) §. VI. De Mutua Causarum causalitate.

Non est disputatio de causalitate sola, seu formalitate, sed de toto esse, eoque primo vel secundo, denique in eodem vel diuerso genere causæ.

I. Duæ causæ possunt sibi inuicem esse causæ quoad causalitatẽ, siue in eodẽ, siue in diuerso genere causæ; seu duæ entitates possunt quoad aliquam formalitatem se mutuò causare in quocunque genere causæ: seu causæ habenti aliunde existentiam potest effectus tribuere aliquam formalitatem, vt Abel tribuit Adamo denominationem Parentis; vt forma dat materiæ esse actuatæ; scientia practica producit operationes, quæ tamen vt sunt eius obiectũ, sunt priores illâ.

II. Causa finalis potest dare esse efficienti, materiali & formali causæ, & mutuò ab illis quoad entitatem dependere; quia sanitas mouet ad deambulationem, deambulatio autem efficit sanitatem. Itẽ ma-

materiæ & formæ finis est compositum; idem tamen compositum est effectus materiæ & formæ. Nullæ autem aliæ causæ diuersi generis possunt à se mutuò dependere quoad primum esse: *tum quia* non intelligitur quid sit materiam in genere causæ formalis esse posteriorem formâ; *tum quia* efficiens non causat nisi vt existens.

III. Duæ causæ efficientes nunquam sibi possunt inuicem esse causæ, quoad primum esse. *Id est*, Ignis A producens ignem B, etiam diuinitùs non potest ab eodem pendere quoad primum esse. *Ratio tum quia* idem causaret seipsum; Quod enim est causa causæ, est causa causati: *tum quia* idem esset prius & posterius naturâ: *tum quia* ignis A existit non per eandem causalitatem, per quàm producit ignem B: Ergo si est diuersa causalitas, supponit quod ignis B, acceperit esse; *tum quia* dum ignis A agit, est in esse, non in fieri: *tum quia* negari posset DEVS esse is, à quo fiat omnia, siquidem entitates essent mutuò à se.

DICES 1mo Duó fines sumpti diuerso

respectu

respectu possunt se inuicem causare; pos-
sum enim velle deambulationem propter
sanitatem, & sanitatem propter deambu-
lationem. Ergo etiam efficientes diuerso
respectu possunt se mutuò causare. ℞.
N. C. quia vt finis moueat, non est opus
supponi eius exercitium extrinsecum.
DICES *2do* Forma potest actuari, vt dum
quantitas & forma substantialis est sub-
iectum accidentium & actuum : *Item*
causæ materiales sunt sibi inuicem causæ
materiales, vt dum pluuia est causa vapo-
rum excedentium è terra, & vapores
sunt causa pluuiæ : Ergo & duæ efficien-
tes sunt sibi mutuò causæ. ℞. forma no
vt forma, sed vt causa materialis est sub-
iectum, vapores autem sunt causa pluuiæ
non eius numero, à qua ipsi sunt. DICES
3tio In dato casu esset tantùm prioritas
à Quo, seu originis, Ergo non esset idem
prius & posterius. ℞ *N. A.* vna enim
entitas dependeret ab altera.

Pro alijs obiectionibus soluendis Nota 1mò
Expulsionem præcedentis formæ, non est
se

se causam nouæ formæ, sed tantùm aut effectum secundarium, aut dispositionem negatiuam. *Nota 2do* Actio & relatio Petri cum Paulo potest diuerso respectu esse prior & posterior: sed hæc prioritas esset tantùm rationis. *Nota 3tio* In duabus manibus se calefacientibus non est mutua causalitas, quia tantùm depuratur sanguis; sicut & per ligni attritionem depuratur aër calidus latens in poris. *Nota 4to* In experientijs, quæ in contrarium afferuntur, aut an duabus entitatibus, & causis distinctis tertium quid producitur; vt vinum suo virtuali calore calefacit stomachum, stomachus similiter agit in vinum calore; aut illæ causæ impedimentum aliquod tollunt, vt ventus fenestram aperit, duæ manus attritæ sanguinem, & duo ligna allisa calidum aërẽ in poris lignorum inclusum calefaciunt; aut nil in se influunt, vt duo baculi se suâ grauitate sustentantes; aut diuersâ actione agunt.

A S-

ASSERTIO IX.
DE CAVSA EFFICIENTE IN COMMVNI.

(135) §. I. *Quid & quotuplex est causa efficiens.*

I. CAusa efficiens Aristoteli est id, vnde principium primum mutationis aut quietis. Hæc definitio reprobari solet, quod non conueniat DEO, qui non est principium primum mutationis: explicari tamen potest. Nobis efficiens causa est principium dans actiuè alicui rei limitatæ existentiam contingentem. Nec obest, quòd possit conuenire etiam causis per accidens. II. Causa est alia creata, alia increata, de quibus infra.

(136) §. II. *De Causalitatibus Causæ efficientis.*

I. Causalitas causæ efficientis est actio, quæ est multiplex, nempe creatiua, generatiua, eductiua, augmentatiua, reproductiua, conseruatiua &c.

II. Actionem Modalistæ explicant, docent 1mo Quod effectus à causa dependet,

pendet, fit existit per seipsum vt Quòd, per actionem vt Quo. *2do* Quod actio distinguitur realiter adæquatè à causa & termino *Probant* ex separabilitate, mutatione, sublatâ indifferentiâ. *3tio* De distinctione actionis à passione, de subiecto &c. variant.

III. Antimodalistæ docent *1mo* Actionem & passionem formaliter non esse modum, sed actionem esse identificatam agenti, passionem effectui. *Ratio tum quia* si nihil obest, consentiendum est Aristoteli: atqui Aristotelis docet, quòd doctio & ædificatio sit ipse actus docentis & ædificantis: idem dicit 3. Phys. t. 4. Ædificabile quatenus tale cum actum fuerit, ædificatur: & hoc est ædificatio: idem 1. Phys. c. 1. ait, non est vllus motus [actio autem est motus] præter res ipsas: Ergo &c. *tum quia* productio in diuinis est distincta: *tum quia* effectus suâ entitate paulo ante non fuit: Ergo suâ entitate nunc transit ad esse: *tum quia* relatio est indistincta &c. *2do* Actionem esse medium seu viam partim intrinsecam partim extrinsecam transeundi de non

esse ad esse 3tio Alijs actio in recto dic effectum fienté, in obliquo autem agens alijs è contra. 4to Illustrari solet hæc Sententia *tum* exemplo candelæ accensæ, quæ non mutatur, etsi de illa accendatur alia: *tum* exemplo speculi, quod sine vlla sui mutatione repræsentat obiecta *tum* exemplo aquæ immutatæ in se, dum intrat scyphum, chartam, &c.

IV. Determinatistæ actionem explicantes docent 1mo Actio sine entitate modali saluari non potest, ipsa tamen actio formaliter non est modalitas, sed mera formalitas. *Ratio 1mi* ex separabilitate actionis ab agente; ex sublata in differentia, & determinatione noua transeuntis à non esse ad esse. *Ratio 2di* quæ fuit Antimodalistarum. 2do Actio *alia est agens*, seu ipsum efficiens, prout concipitur significare egressionem, *alia acta* seu passio, quæ est ipse effectus. 3tio Actio formaliter est formalitas connotans modum. 4to Modus hic est determinatio educta ex materia, quæ determinatio tenet se ex parte actûs secundi. 5to Agentis denominatio acquiritur in circumstantia

tia effectûs & determinatiuæ modalitatis (idem applica effectui) *Ratio* quia posita determinatione habetur & *Ab* tenens se ex parte causæ, seu Ab actiuum; habetur & *Ab* tenens ex se parte effectûs, seu Ab passiuum. *Docent 6to* Denominationem nouam & sublationem indifferentiæ esse à modalitate. *7mo* Actionem esse separabilem tantùm extra circumstantiam determinationis & effectûs, *seu* tantùm quoad obliquum, non quoad rectum. *8uo* Positâ hac modalitate non potest homo non operari ex suppositione consequenti non antecedenti. *9no* Hæc determinatio nec antecedit, nec sequitur actionem, sed se habet concomitanter, sicut etiam fundamentum proximum relationis & relatio sunt simul. 10*mo* Actionem formaliter acceptam non esse determinationem physicam, sed eam tantùm connotare 11*mo* Hæc determinatio quidem educitur ex subiecto seipsa, non est tamē formaliter actio; *tum quia* verbum mentis iuxta multos, & modalis vnio iuxta aliquos, seipsis educuntur, nec tamen sunt formaliter actio: *tum quia* esse dependens

 dens

deus non eſt primo eſſentiale prædicatum actionis, quia eius primoeſſentiale prædicatum eſt eſſe rationem, vt hoc ſit ab hoc.

(137) V. Conſeruatio eſt continua eiuſdem rei productio, vnde quæ dicta ſunt de actione, hic applicari debent. *Addo 1mo* Nulla res poteſt ſeipſam conſeruare, niſi indirectè, remouendo ſcilicet impedimenta. *Addo 2do* Aliquæ res à ſolo Deo conſeruantur, vt omnes ſubſtantiæ creatæ, qualitates diſpoſitiuæ ad formam in ſubiecto, etiam aliquæ qualitates non diſpoſitiuæ, ſpecies impreſſæ ſenſibus internis & intellectui, impulſus impreſſus corporibus mobilibus, calor quẽ ignis in alieno ſubiecto produxit; aliquæ autem res non à ſolo Deo, ſed & à cauſis ſecundis conſeruantur, vt lux poteſt conſeruari à corpore luminoſo, actus intellectûs ab intellectu, ſpecies ſenſibus externis impreſſæ etiam ab obiecto. *Addo 3tio* Qualitates quæ à ſolo Deo conſeruantur, ſi habeant cauſas ſecundas ſibi applicatas, poterunt etiam ab his cauſis conſeruari. *4to* Etiam creatiua conſeru-

tio

tio non distinguitur modaliter. *Ratio tum quia* ipsa creatio sic non distinguitur: *tum quia* aliàs annihilatio rei alicuius terminaretur immediatè non ad rem ipsam, sed ad concursum. DICES Si creatiua conseruatio nō distinguitur ab effectu, tunc quærenti quare res annihiletur? *Respondebis* cum Modalistis, quia desijt conseruatiuus concursus. Quærenti autem cur hic desierit? *Respondebis* quia res perijt: Atqui hoc est respondere idem per idem: Ergo &c. ℞. 1*mo* T. Totum quia rationes formales non est necesse semper condistinctas assignare: sed sufficit sub alio conceptu. Sic quærenti, quare Petrus est indiuiduum? DICES, quia est substantia hæcceisata, quærenti autem cur talis sit, tandem post multa dices, quia Petrus est Petrus. ℞. 2*do* N. *Ma*. Respondebo enim ideo effectum annihilari, quia DEVS voluit, & certè ex hac volitione sequitur annihilatio, quia rerum conseruari. pendet essentialiter DEO.

ASSERTIO X.
DE EFFICIENTE PRIMO SEV INCREATO.

(137) §. I. De Creatione.

I. DAtur creatio: *tum quia* est perfectio simpliciter simplex, proinde concedenda DEO; *tum quia* impossibile est ens primum productũ ex aliquo præexistente, eo enim ipso non esset primũ. DICES 1*mo* Omne quod fit mouetur, seu mutatur: Ergo &c. ℟. *Dist. Ant.* mutatur à non esse ad esse sui, C. A. id est transit à priuatione sui, N. A. DICES A sola potentia passiua non fit effectus: Ergo nec ab actiua sola. ℟. 1*mo* *N. A.* Nam emanationes fiunt à sola potentia passiua. ℟. 2*do*. *N. C.* quia agere ex sua intrinseca ratione non dicit ordinem ad pati, at verò pati dicit ordinem ad agere.

II. Creatio est productio rei ex nihilo subiecti præexistentis, siue hoc subiectum sit materia prima, siue quodcunque aliud, vt est anima respectu actuum vitalium. Vnde inferes Filium Dei non esse creaturam, quia creatura fit ex non præexistente

ſtente ſubiecto, ſed Filius Dei ſit ex ſubſtantia Patris: Ergo &c.

(138) III. Creatio an ſit modus, vel an ſine modo ſaluari poſſit controuertitur. 1*mo* Modaliſtæ dicunt eſſe modaliter diſtinctam. 2*do* Nominales aliqui dicunt, creationem eſſe relationem tranſcendentalem ad DEVM; aliqui voluntatẽ Dei, aliqui aggregationem ex voluntate Dei actiuè, & ex termino paſſiuè. 3*tio* Connotatiſtæ docent creationem non eſſe modum, & ſaluari ſine modo per connotationem non concurrentium cauſarum materialium. *Ratio 1mi* Si nihil obeſt, ponenda eſt dependentia à DEO quàm ſtrictiſſima: ſed dependentia ſine modo eſt ſtrictiſſima: Ergo &c. *Antecedens probatur.* Ideo maior eſt dependentia actûs vitalis à potentia vitali, quàm albedinis ab hac materia, item actionis quàm effectûs, quia eſt magis immediata: Ergo etiam &c. *Ratio 2di* quia modi inuenti ſunt ad tollendam indifferentiam in effectu, & ad ſaluandum tranſitum de contradictorio in contradictoriũ: ſed indifferentia in effectu non debet tolli;

li;

li; quia hic non est indifferens vt pendeat vel non pendeat à DEO, vt autem pendeat à solo DEO, determinatur per suam entitatem circumstantionatam negatione concursûs aliarum causarum; à non esse autem creati ad esse creati transit per solam connotationem negationem subiecti: &c. Ergo &c. *Confirmatur*. Effectus ad esse pendentis ab vna tantùm causa totali, transit positâ solâ negatione concurrentis alterius causæ totalis. *Addo* nihil in se mutatur paries A, quòd illi incipit cóëxistere paries B, operatio intellectûs non mutatur in se, dum extrinsecam habet denominationem rectæ vel irrectæ: Ergo &c.

Pro obiectionibus Nota 1mo Formalitas actionis in actu secundo, & secundum obliquum DEO ab æterno non identificatur, & in tempore est à DEO separabilis; est actio transiens non immanens in DEO; at verò in actu primo & secundum rectum, est DEO ab æterno identificata, nõ est etiam transiens, sed immanens. *Nota 2do* Creatio actiua non desinit esse actio immanens, etsi habet terminum ad extra,

quia

quia etiam visio est immanens, & tamen habet terminum ad extra. *Nota 3tio* Actio est communicatio esse, est id, per quod egreditur effectus, est via non physica, sed ex modo nostro concipiendi. *Nota 4to* Hic actus (volo creationem) non seipsũ pro obiecto habet, sed ea, per quæ tanquam per extrinseca completur actiua creatio. *Nota 5to* Etiam eductio secundum rectum est in DEO. *Nota 6to* Concursus Dei ad actiones creaturæ est modus vel non sine modo, ex eo, quia effectus est indifferens vt pendeat ab hac vel illa causa creata,

(130.) §. II. *De creante.*

I. Datur causa prima, quia aliàs daretur processus in infinitum, eaque vnica, quæ est DEVS. II. Creaturam in genere causæ principalis non posse creare, firmiter est tenendum ex auctoritate, quàmuis implicantiæ id nõ euincat. III. Creatura potest esse instrumentum creandi obedientiale, sed non connaturale. *Ratio 1mi* quia nihil implicat: *Ratio 2di tum quia* sequeretur, quòd DEVS sine hoc connaturali

naturali instrumento non posset agere; ageret enim aliàs contra exigentiam creaturæ: *tum quia* lumen gloriæ respectu visionis beatificæ non est connaturale, siquidem ex entitate sua est supernaturale.

(140) §. III. De Creabilibus.

I. Omnia educibilia possunt creari etiam entitates modales, præter dependentiam seu passionem & generationem. siquidem dependentia est ratio formalis dependendi à subiecto, ac proinde implicat eam fieri, & permanere in facto esse, nisi dependenter à subiecto; alij autem modi dependent non per influxum physicum, sed per connexionem vel adhæsionem.

II. Quæ naturaliter creantur vt Angelus, & materia prima, non possunt educi, quia illa educi possunt, quæ subiectum possunt afficere vt forma; addi solet & de anima rationali, quia illius perfectio consistit in positiua insustentabilitate & perseitate.

III. Simul & semel posset aliquid educi & creari, ita tamen vt eadem nu-

mero

nero forma virtualiter à se distinguatur, ec idẽ accidens inhæreret & esset per se.

(141) §. IV. *De dependentia Creaturarum à* DEO.

I. Causæ secundæ in suo esse à DEO dependent non tanquàm à conditione, d tanquam à causa positiuè influente. *atio tum quia* non esse creaturarum inducitur per subtractionem concursũs, Ergo esse inducitur per influxum: *tum quia* ulta entia sunt quæ non conseruantur causis secundis.

II. Causæ secundæ etiam in operari dependent à DEO. *Ratio tum quia* DEVS immediatè influit in omnes effectus, tam mediatione virtutis, quàm immediatione suppositi. *Est contra Durandum*, qui docet influere tantùm mediatè, quanus scilicet tribuit illis virtutem effectuam, eamque in illis conseruat: *tum ia* omnia opera nostra operatus est EVS: *tum quia* tribuendus est DEO agendi modus perfectissimus; *tum quia* non ssset impedire ignem, ne vreret; *tum a* nemo dat quòd non habet, sed in quo-

quolibet effectu est aliqua perfectio, qu
non reperitur in causis secundis, siquide
v. g. homo habet propriã sibi perfecti
nem, per quam distinguatur ab omni p
fectione aliarum creaturarum, omniu
que causarum secundarum etiam col
ctiuè sumptarum; *tum quia* sequere
primum Adamum & primum equ
etiam nunc generare, siquidem ab eo
longam seriem procedunt causæ sec
dæ; *tum quia* sequeretur DEVM esse c
sam peccati, dum conseruat volunta
nostram; *tum quia* creatura petit à D
dependere omnimodâ dependentiâ.

Contra Obiectiones Nota 1*mo* DEVS
genere causæ efficientis, est causa par
lis, in genere autem causæ primæ,
totalis. Idem applica creaturis. 2*do* T
tus effectus respondet DEO, & to
creaturæ. 3*tio* DEVS operatur medi
tibus creaturis, id est cooperantibus,
autem solis illis operantibus, vel
mediantibus creaturis, & perseipsu
non autem tantùm mediantibus. D
enim operatur mediatè, quatenus
virtutem causis secundis, & immedi
quia

quia per se. *4to* DEVS per solam præcisè volitionem nō impedit actionem creaturæ, sed impedit per volitionem efficacem, *seu* effectiuum concursum. *5to* Causa principalis v. g. ignis, dum medio accidenti producit substantiam, etsi dicatur producere immediatè immediatione virtutis, non tamen suppositi. *6to* Esto causa secunda omnem omnino effectûs perfectionem in se contineret, effectus tamen concursu diuino egeret ratione dependentiæ essentialis.

III. DEVS non potest cessare à munere Causæ primæ, *seu* concursu immediato. *Ratio tum quia* impossibilis est creatura in aliqua ratione pro statu physico independens à DEO; *tum quia* DEVS non esset perfectior, si se spoliaret sanctitate &c. *tum quia* egere famulitio alieno pede &c est imperfectio.

DICES *1mo* Datur in Beatis species Dei impressa, quæ loco Dei concurrit ad eliciendam visionem, Ergo dabitur etiā creatura, quæ loco Dei aliquid faciat: ℞. *D. A.* quæ concurrat non concurrente Deo effectiuè N. A. concurrente

Deo terminatiuè, C. A. quia concurs[us] per species est terminatiuus nō effectiu[us]. Dices 2do Imperfectus esset horolog[ij] artifex, si deberet semper horologio as[sistere], Ergo & in Devm inueheretur im[per]fectio, si continue deberet assiste[re] creaturis. ℞. N C. quia in artifice h[oc] oriretur ex inscitia.

(142) §. V. *Qualiter concursus se[u] Omnipotentia Dei applicatur creaturis.*

I. Iuxta aliquos applicatur per De[cretum] Dei conditionatum ex parte ob[iecti], quasi diceret Deus; volo concur[rere], si creatura se determinauerit. *Iuxt[a] Aliquos* per decretum negatiuum, qu[asi] Deus quasi diceret: volo concurrere a[d] amorem A, & nolo impedire amore[m] B, & odium B, *Iuxta Ouiedum* per du[o] decreta, *vnum* quo Deus velit quodcun[que] bonum, quod amat, *aliud* quo Deu[s] quasi dicat: Opto non fieri malum, no[lo] tamen infringere libertatem. *Iuxt[a] Poncium* datur creaturis concursus deter[minatus] physicè ad hunc numero effectū. *Iuxta Vasquez* post scientiam conditiona[tam]

tam

tam datur decretum absolutum & determinatum concomitans futuritionē actûs. Contra hos est quia tunc est omnipotentia diuina creaturis applicata, cùm est completa ad operandum, seu cùm est principians operationem: sed per talia decreta non constituitur completa ad operandum: Ergo &c.

II. Dicendum, quod Deus habeat antecedentem voluntatem generalem, indifferentem, inefficacem, seu non coactiuam & quasi conditionatam, disiunctiuam vel ad bonum vel ad malum, vel ad omissionem vtriusque, stimulando tamen ad bonum, & dehortando à malo. *Ratio* quia sic & requisita habet voluntas, & ex partè actûs primi nihil ponitur, quòd lædat libertatem. Talis est voluntas Mercatoris vehentis merces in mari. Hæc porrò voluntas Dei per signa rationis sic explicari potest. *In primo signo* dicit: Possum sed nolo libertatem humanam cogere. *In secundo signo.* DEVS per scientiam simplicis intelligentiæ cognoscit vim & energiam suorum auxiliorum, & infirmitatem creaturæ, & mox

decernit auxilia, quod decretum est absolutum respectu eorum, quæ extitura sunt. *In tertio signo* per medium scientiam cognoscit aliquos suis auxilijs bene vsuros, aliquos abusuros, proceditque ad formandum duplex decretum, vnum *circa actus bonos* quo dicit: si hoc auxilium haberet Petrus, operaretur benè, & ego dabo illi hoc auxilium; aliud *circa actus malos*, quo dicit: vellem quantum ex me est, non fieri actus malos, quia tamen nolo infringere libertatem, non impediam concursum; & hîc iam ex parte sua Deus applicat omnipotentiam. *In quarto signo* creatura elicit determinationem modalem, quâ petat concursum certum. *In quinto signo* DEVS & creatura concurrunt simul & ad speciem & ad indiuiduationem actûs; ac proinde generale illud decretum positũ in primo signo particularisatur ab vtraq; causa.

(143) *§. VI. Ex dictis proxime colliges qualis est concursus Dei oblatus in primo rationis signo.*

I. Concursus Dei in actu primo spectatus

ctatus est generalis, indifferens, inefficax, tam respectu causarum liberarum, quàm necessariarũ; spectatus autem in actu secundo est determinatus & efficax. *Ratio 1mi* quia DEVS in primo signo rationis promittit se nolle tollere libertatem: *tum quia* concursus Dei in actu primo est ipsa omnipotentia: *tum quia* volitio Dei potest aliquid disiunctiuè & indeterminatè velle, vt par turturum aut columbarum, Ergo non est necesse, vt aliquid determinatè velit. *Ratio 2di* Idẽ est concursus hominis cum potentia visiua libera, qui est cum potentia visiua elephantis, & præterea causæ necessariæ habent suã indifferentiam. *Ratio 3tij* quia concursus in actu secundo est ipsa actio creaturæ, sed hæc non est indifferens: Ergo &c.

DICES 1mo illud tollit libertatem, quod determinat vel per modum actûs primi, vel per modum actûs secundi: sed concursus determinatus ad vnum Physicè, *nec determinat per modum actûs primi*, siquidem nec præcognoscitur, nec antecedenter producitur: *nec per modum actûs secundi*, quia se habet per modum

concomitantis: Ergo &c. ℞. *N. Ma.* quia illud tollit libertatem, quo posito non potest non operari causa. ℞. *2do* Tunc tantùm præcognosci aut antecedenter debet agere aliqua causa, quando virtus necessariò determinatiua est ex principio positiuo, non autem quando ex negatiuo, seu ex negatione concursûs. DICES *2do* Volitio, actio, actualis determinatio effectûs egressio, id quod est identificatum actioni causæ, & determinatum ad vnum: sed concursus Dei est volitio, actio &c. ℞. *D. Min.* Concursus Dei in actu primo spectatus, *N. Mi.* in actu secundo C. Mi. DICES *3tio* Ex voluntate inefficaci nihil sequitur: Ergo &c. ex aliqua, qualis est motus simplicis complacentiæ de ponendo obiecto C. A. ex omni N. A. ℞. *2do D. A.* nihil à Deo solo C. A. nihil à DEO cũ creatura N. A.

(144) II. Concursus Dei indifferens, quomodo particularisetur, variant Auctores. *1mo* Vasquez docet contrahi, seu determinari ad indiuiduationem per circumstantias temporis, loci, &c. *2do* Milles docet causas necessarias ad speciem

actûs

actûs determinari à circumstantijs; libe-beras à se, ad indiuiduationem autem omnem causam determinari à solo DEO. 3tio Arriaga, Hurtadus, Ouiedo, docent ad speciem effectûs determinationē esse à causis secundis, ad indiuiduationem à DEO. 4to Alij & ad speciem & ad indiuiduationem determinari à solo DEO.

Dicendum tamen 1mo quod concursûs diuini indifferentis oblati in secundo signo rationis, particularisatio seu determinatio, sumpta pro exigentia & petitione concursûs ad certos effectus sit à sola causa secunda per determinationem modelem. *Ratio tum quia* concursum DEVS in actu primo obtulit indifferentem; *tum quia* talem DEVS dat concursum, qualem exigunt causæ secundæ. DICES 1mo Sequeretur omnipotentiam Dei dependere, subordinari, subijci, non posse facere quod voluerit, Ergo &c. ℞. 1mo *N. A.* quia dependere, subordinari, &c. significat causalitatem, causa autem secunda tantùm per modum petentis determinat DEVM. ℞. 2do *D. A.* dependere &c. ex necessitate N. A. ex suppositione conse-

quenti, quia sponte se nimirum obligauit, C. A. Dices 2*do* Devs est causa superior, primum liberum, primum mouens, agens: Ergo Devs potiùs creaturam determinat, quàm determinatur ab illa ℞. 1*mo* C. A. N. C. quia sicut conclusio sequitur debiliorem partem, ita etiam superior causa, potest sequi inferiorem. ℞. 2*do D.* 1*mum C.* determinat eâ determinatione quâ creatura se determinat, C. C. aliâ, N. C. sicut parietẽ facit albũ eâ albedine, qua ipsa albedo. ℞. 3*tio* D. C. non determinatur à creatura determinatione ad intra, quâ Deus in primo rationis signo statuit non violare libertatem C. C. determinatione ad extra, quâ creatura ad hunc potius effectum inclinat, N. C.

Dicendum 2*do* Concursûs diuini determinatio sumpta pro cooperatione, & ad speciem & ad indiuiduationem fit & à Deo & à causa secunda. *Ratio ex parte Dei est*, quia Devs non agit cæco modo, ergo videt indiuiduationem. *Ratio ex parte causæ secundæ est tum quia* Concilium Tridentinum docet nos, respectu

actio-

actionum nostrarum meritoriarum non habere nos merè passiuè, *tum quia* sequeretur voluntatem creatam non agere liberè; *Ratio ex parte vtriusque*, quia determinatio ad indiuiduationem actûs nihil in re est, nisi concursus ad hunc actū: sed hic actus indiuiduus est æque creaturæ ac Dei: Ergo &c. *tum quia* in quo est indifferentia, in eo debet esse determinatio: *tum quia* habitus & species impressæ ad terminum actu concurrunt: Ergo &c. DICES 1mo *contra rationem secundam*. Creatura peteret concursum ad hunc vel illum numero effectum, ergo liberè ageret. R. *N. C.* quia ratione determinati actûs non esset libera. DICES 2do *contra eandem rationem*. Ad illa se extendit libertas; ad quæ se extendit notitia, sed ad indiuiduationē se nō extendit notitia: Ergo &c. R. *N. Mi.* quia notitia de hoc obiecto sufficit quòd sit specifica; vi enim istius notitiæ potest esse directio ad indiuiduationem obiecti: sicut in Logica ex notitia definitionis generaliter, potest esse directio ad d finitionem indiuidualem. DICES 3tio In

actu

actu supernaturali amoris certam portionem designat sibi habitus, certam voluntas, Ergo determinare & designare sibi certam formalitatem in effectu quasi specialiter vi sui concursûs repræsentandã. ℞. 1*mo* *N. A.* quia terminus illius actûs indiuisibiliter ab vtraque causa procedit. ℞. 2*do* T. T. Nam concursui diuino in effectu respondebit essentialiter dependere à DEO, concursui autem creato respondebit impetratio concursûs diuini. DICES 4*to* Affirmans generaliter affirmat particularia, Ergo & Deus offerens concursũ generalẽ, determinat simul ad particularia. ℞. *D. C.* offerẽs actione exercita, C C: sub cõditione, si creatura voluerit N. C.

(145) III. Concursus Dei & creaturæ spectatus in actu secundo, non habent inter se prioritatem aut posterioritatem. *Ratio*, quia habitus & intellectus, & species impressæ non habent inter se vllam prioritatem. DICES 1*mo* Actio creaturæ pendet à DEO, sicut mallei ab artifice, adeò, vt verũ sit dicere: Ideo egreditur actio à creatura, quia egreditur à DEO, Ergo concursus Dei est in genere causæ

efficien-

efficientis prior, quamuis concursus creaturæ possit esse prior in genere causæ materialis. ℞. D. A. pendet & ideo egreditur, id est accipit complementum suarum virium, C. A. id est habet præcedentiam naturæ aut temporis, N. A. Dices 2do Determinatiua modalitas determinat Devm, Ergo est prior. ℞. D, C. est prior physicè seu in operando N. C. obiectiuè, C. C. Dices 3tio Cùm dico sic (si ignis applicabitur, vret) significatur præcedentia : ergo etiam dum dico sic (si creatura aget, aget & Devs) significabitur præcedentia. ℞. N. C. quia ly si aliquando solam coexistentiam significat, vt quando dico (si materia componit totum, componit & forma) Dices 4to Devs est causa prima: Ergo eius concursus est prior. ℞. N. C. quia Devs ideo dicitur Causa prima, quòd in eum omnis actio resoluitur vltimò, vtpote qui à nullo dependet.

(146) IV. Concursus actiuus alius est Dei, seu Devs ipse, alius causæ secundæ, seu ipsa causa secunda; at verò concursus passiuus est idem respectu Dei &

respe-

respectu causæ secundæ, quia concursus passiuus est ipse effectus: atqui vnus idemque effectus respondet & Deo & causæ secundæ: Ergo &c. Quod si velis dicere & Dei, & creaturæ esse vnam actionem totalē; intellige vel de determinatione modali, quæ & à Deo & à creatura simul producitur; vel de toto principio actiuo, quod ex virtute creata & increata coalescit.

(147) V. Concursus Dei ad peccatum euincit Deum esse causam per se & directam & physicam, eius physicæ entitatis, quæ est peccaminosa, quia omnis entitas creata fit immediatè à Deo. At verò Deus non est causa per se physica aut moralis, directa aut indirecta peccati formaliter aut moraliter sumpti. *Ratio* 1ma Ille est causa *physica* qui influit, *moralis* cuius est iussio, consilium &c. *directa per se* qui inclinat ad effectum, & intendit illum: *indirecta per se tamen* qui non impedit, cùm tenetur & potest. At qui Deus potius dehortatur, deterret à malo, & suadet bonum, nec impedire potest, siquidem se obligauit non lædere liber-

libertatem, nec tenetur impedire, siquidem habet ius vt prima causa præbendi concursum: Ergo Deus non est causa per se physica aut moralis eaque directa aut indirecta peccati materialiter aut formaliter sumpti. *Ratio 2da* Ille est causa peccati formaliter sumpti, qui est causa, vt cum aduertentia ad præceptum, fiat actus difformis præcepto, ille autem est causa peccati materialiter sumpti, qui est causa, vt sine aduertentia ad præceptum, sit actus difformis præcepto: sed Deus non est talis causa peccati: Ergo &c. *Minor probatur* & confirmatur ex responsione secunda obiectionis primæ. DICES 1*mo* DEVS per se concurrit ad physicam entitatem actionis peccaminosæ: sed in ea entitate, idem est esse actionem, & esse peccaminosam: Ergo Deus ad vtrumque concurrit. ℞. 1*mo* *N. Min.* quia actionem esse peccaminosam est denominatio extrinseca, sicut falsitas in actu, difformitas in malo syllogismo. ℞. 2*do* *D. C.* concurrit ad vtrumq; eodem modo, N. C. diuerso modo C C. Deus enim concurrit vt determinatus, creatu-

ra vt determinans. Sic claudicatio deter minatur à tibia curua Conclusio à debi liori premissa. Non oportet ergo consi derare, quid sit in effectu, ad quem Deu concurrit, sed quomodo concurrit. Di ces 2*do* Deus determinatur ad actus bo nos à causa secunda, & tamen respectu horum est causa per se. *Item* habitus de terminatur à voluntate, intellectus à spe ciebus: Ergo Deus etiam etsi determi natur ad peccatum, tamen erit causa per se. ℞. *N. C.* quia Deus ad malos actus non inclinat DICES 3*tio* Peccat qui me determinat ad peccatum, qui furi scalam, furioso gladium porrigit, qui alteri etiam disiunctiuè suadet malum: Nauclerus, qui permittit nauim mergi, Ergo & Deus est causa peccati. ℞. quia Deus obliga uit se sequi hominis determinationem, suadet determinate bonum, non inclinat ad malum. DICES 4*to* Deus vult pecca tum sub conditione, si Petrus voluerit, vult efficaci voluntate concurrere ad pec catum, Ergo &c. ℞. *D. A.* vult (permis siuè, negatiuè, quatenus non impedit peccatum id est actionem, quæ est pec

cami-

caminosa, C. A. vult positiuè & peccatum vt peccatum N. A. Dices 5*to* Deus exhibens concursum igni ad producendum calorem, est caloris causa per se, sed etiam ad peccatum exhibet concursum: Ergo &c. ℞. *Dist. Min.* exhibet cum inclinatione, per se positiuè, *N. Min.* secus, *C. Min.* Dices 6*to* Tridentinum Concilium anathemetizat eos, qui docent æquè ad malos actus ac ad bonos dari concursum diuinum: atqui si concedatur quod ad bonos concurrat & physicè & moraliter, ad malos autem tantùm physicè, non concurret æquè, Ergo ad malos concurrit physicè. ℞. 1*mo* T. T. ℞. 2*do* D. C. concurrit physicè per accidens, C. C. per se, N. C. quanquam etiam per accidens concurrere, negari potest, quia logica nec per accidens concurrit ad malam operationem.

(148) VI. Concursus Dei in nullo signo est prædeterminans physicè. *Ratio* Prædeterminatio physica, siue accipiatur pro decreto Dei efficaci, siue pro qualitate, siue quouis alio modo tollit libertatem. *Item deberet* prærequiri etiam

ad seipsam, siquidem est creatura, & ad
voluntatem Dei, siquidem & in hac de-
bet tolli indifferentia: Ergo &c. Dices
1mo Indifferentia non potest in causis li-
beris tolli per aliquid aliud, nisi per præ-
determinationem physicam: Ergo &c.
℞ *N. A.* quia iuxta Thomistas indiffe-
rentia, in sensu diuiso ad modum agen-
di, iudicij, actiua est in causis liberis: sed
talem indifferentiam potest ipsa creatura
tollere sine prædeterminatione, ergo &
omnem aliam indifferentiã. Dices *2do*
Mouens & motum, seu agens & passum
distinguitur realiter; sed determinans est
mouens, determinatum est motum: Er-
go creatura non potest seipsam determi-
nare. ℞ *D. Ma.* mouens & agens tran-
sitiuè, seu extrinsecum, *C. Ma.* emana-
tiuè *N. Ma.* Dices *3tio* Voluntas habet
admixtam potentialitatem, Ergo ab ea
non potest proficisci actio. ℞ *1mo* Etiã
prædeterminatio habet admixtam poten-
tialitatem, siquidem se tenet ex parte
actûs primi. ℞ *2do* D. C. actio distin-
cta realiter, T. C. formaliter, N. C. ℞.
3tio *N.C.* Dices *4to* Causa prima influit
in

in ſecundas, ſiquidem illis vtitur vt inſtrumentis, applicat & promouet eas ad operandum: ſed hoc non fit, niſi per prædeterminationem: Ergo &c. ℞. *D. Ma.* influit tribuendo vim *C. Ma.* tollendo indifferentiam *N. Ma.* DICES 5to Deus neſcit ante decretum, quot Angelos ſit producturus, Ergo etiam ante decretum neſcit, quos actus homo producet ℞. *N. C.* quia Angelos ſolus creat, non ſolus actus humanos producit.

(149) VII. *Prædefinitio* eſt oblatio auxilij ad bonos actus poſt præuiſam cooperationem; prædeſtinatio eſt prouida deſtinatio gloriæ pro electis.

ASSERTIO XI.

DE EFFICIENTE CREATO.

(150) §. I. De Actiuitate Cauſarum ſecundarum.

I. DAtur in Cauſis ſecundis actiua virtus, ſeu efficientia phyſica: *Ratio tum quia* experimur à nobis elici actus amoris, odij, viſionis; *tum quia* cauſa diſtinguitur à conditione, ſed non per aliud, niſi per actiuitatem: Ergo &c.

tum quia si solus Deus ad præsentiã creaturarum operaretur, sequeretut lapidem, & Angelum esse causam animæ rationalis: *tum quia* Cain verè occidit Abelem. DICES 1*mo* Deus omnia operatur in nobis. ℞. Sed non omnia sine nobis, quia operatur nobiscum. DICES 2*do* Deus est sufficiens ad agendum, Ergo actio creaturæ esset superflua. ℞. *D. C.* Superflua si Deus agat vt causa vniuersalis, & secũdùm potentiam ordinatiam, & attemperatis viribus, N. C. Si agat vt causa particularis, & secundum potentiam extraordinariam &c. C. C. DICES 3*tio* Causæ corporales non sunt causæ: Ergo &c. ℞. *D. A.* non sunt causæ primæ aut liberæ, C. A. 2dæ vel necessariæ, N. A.

II. De causalitate causæ efficientis actum num. 136.

(151) §. II. De aliquibus causarum diuisionibus.

I. Alia est *partialis*, quæ inadæquatè agit; alia *totalis* quæ adæquatè.

II. Alia est *principalis*, quæ primò & per se intenditur ab effectu, seu exigitur, seu

ſeu quæ propriâ virtute, & nomine ſuo agit; alia *inſtrumentalis*, quæ ſecundariò & in defectu principalis exigitur, ſeu quæ agit nomine & virtute principalis. Porrò *primò* inſtrumentum aliud eſt *ſeparatum* ſeu non adnexum cauſæ, vt ſunt diſpoſitiones; aliud *coniunctum* ſeu adnexum cauſæ, vt malleus: *Secundò* Poteſt in inſtrumento eſſe idem prædicatū, quod in effectu, vt ſi Angelus creet Angelum.

III. Alia eſt *libera*, quæ pòſitis omnibus requiſitis poteſt non agere: alia *neceſſaria* quæ poſitis requiſitis non poteſt non agere. Requiſita autem potiſſimum quatuor cenſentur *1mo* virtus agentis ſufficiens. *2do* Subiectum capax. *3tio* Medium expeditum, ſeu capax actionis, quale medium non haberetur, ſi lapis perfectè planus in vitrum perfectè planum decideret, non frangeretur enim tunc vitrum, quia aër tunc facilè expelli non poſſet. *4to* Vt abſit virtus æquiualens impediens actionem: ob defectum huius requiſiti ignis exiſtens in centro terræ, nec ſurſum nec deorſum moueretur,

& canis in frusta carnis æqualia, & æqualiter distantia, non ferretur.

IV. Alia est *naturalis*, quæ viribus naturæ ordinarijs agit: alia *obedientialis* quæ effectum in virtute sua non continet naturaliter, sed tantùm per Dei potentiam potest illum producere, vt aqua gratiam.

(152) §. III. *De principali & instrumentali principio productiuo substantiarũ.*

Dicendum 1mo Accidens immediatè attingit seu producit substantiam. *Ratio* 1ma Non est contra naturam accidentis vt sic, attingere substantiam, siquidem iuxta Modalistas multos, actio est accidens, & tamen attingit substantiam. *Ratio* 2da Quando videmus duo concurrere ad vnum effectum, & vno sublato non poni effectũ, tunc benè arguimus vtrumquè illud esse causam: atqui si ignis nõ produceret in se calorem, tunc sine calore non produceret ignem in vicino subiecto: Ergo apparet quod calor immediatè producat ignem. Aduerte verò nõ quæuis accidentia esse productiua substantiæ, sed sola actiua, quæ sunt in passo.

Dicen-

Dicendum 2do Accidens aliquando simul cum substantia producit substantiã, vt quando ignis producit ignem in vicino subiecto, agit & ignis & calor; aliqui tamen non improbabiliter dicunt, etiam tunc solum accidens agere.

Dicendum 3tio Accidens aliquando se solo absente substantia producit substantiam. *Ratio tum quia* species impressæ in absentia obiecti concurrunt cum intellectu; *tum quia* ad generationem posthumi nec concurrit substantia Patris, qui est mortuus, nec forma seminis, quæ ob alterationem cessit: Ergo concurrit accidens; *tum quia* ranæ, muscæ, metalla, generantur absente substantia, substantia enim non agit indistans.

Dicendum 4to Accidens non propriâ virtute sed instrumentali seu virtute substantiæ producit substantiam. *Ratio tum quia* accidens est imperfectius quàm substantia: *tum quia* quoties substantiam producit accidens, agit etiam substantia; siquidem accidens vtpote imperfectius se solo non potest producere substantiã: sed nõ aliter substantia absens agit, quàm

relin-

relinquendo suam virtutem in acciden-
te: Ergo &c. *Aduerte verò 1mo* Acci-
dens agit in genere causæ instrumentalis,
nomine substantiæ, in virtute substantiæ,
in virtute deriuata seu communicata à
substantia; *item* substantia agit in aliquo
sui, *seu* per instrumentum. *Aduerte 2do*
Accidens habere virtutem communicatã
à substantia, seu substantiam influere in
instrumentum nō est productio acciden-
tis, aut suppeditatio virium in Acciden-
te; sed significatur quòd accidentia ha-
bent entitatem ordinatam à natura, vt
producant substantiam similem ei sub-
stantiæ, cuius sunt virtus. Vnde calor
potest esse instrumentum eius ignis, qui
nunquàm extitit, nec existet; quia esse
instrumentum substantiæ, non est acci-
pere esse à substantia, sed esse entitatem
natam ad supplendas vices absentis sub-
stantiæ. *Aduerte 3tio* Accidens est in-
strumentū non coniunctum, sed separatū.

(153) *Dicendum 5to* Dum accidens
agit absente substantiâ, potest dici, quòd
substantia tunc agat immediatè, non qui-
dem in se sed in virtute suî, eritque

actio

ctio tunc causæ principalis ipsa actio
strumenti.

(154) *Contra Conclusionem primã Di-*
s 1mo Illud est causa substantiæ, quod
 sua virtute continet substantiam, quod
on est imperfectius substantiâ, quod ha-
et proportionem cum substantia, cui
rmalitas seu prædicatum respondet in
bstantia cui assimilatur passum: Er-
o &c. ℞. *1mo D. A.* Causa principa-
s, C. A. instrumentalis N. A. ℞. *2do*
ontinet, non imperfectius entitatiuè N.
. virtute seu in ratione actiui C. A.
ICES *2do* Calor vt tria, non producit
lorem vt quinque, nec ens materiale
irituale: Ergo &c. ℞. N. C. quia ca-
r vt tria respectu caloris vt quinque, &
s materiale respectu spiritualis, non est
strumentum, similis enim productionis
n habemus experientiam. DICES *3tio*
alor producit calorem, ergo & substan-
 substantiam. ℞. *N. C.* quia calor agit
i est. DICES *4to* Emanatio caloris &
antitatis, receptio substantiæ in subie-
o est sine aliquo intermedio, Ergo &
oductio substantiæ, ℞. *N. C.* quia ema-
natio

natio & receptio fit in præsentia emanantis & emanati; præterea substantia est radix prima omnium. DICES 5to Accidentia essent nobiliora, quàm substantia: Ergo &c. ℞. 1mo N. A. quia agunt instrumentaliter. ℞. 2do *D. A.* essent nobiliora, in entitate, N. A. in actiuitate, C. A. DICES 6to Perfectior est causæ concursus immediatus quàm mediatus: Ergo ipsa substantia concurrit. ℞. 1mo D. A. perfectior, si potest dari, C. A. si non potest, N. A. ℞ 2do N. A. Perfectior enim est, qui potest per famulos.

Contra Conclusionem secundã Dices 1mo Præsens substantia sola sufficit producere substantiam, Ergo tunc accidens erit superfluum. ℞. 1mo *N, A.* quia nisi ignis haberet calorem, non accenderet stupam. ℞. 2do *D. A.* Sufficit producere pricipaliter C. A. instrumentaliter N. A. ℞. 3tio *N. C.* quia accidentis actio debet esse, ne accidentis virtus præsens sit otiosa. DICES 2do Postquam calor calefecit stupam, inducit ignem sine contrarietate, sed actio debet esse inter contraria ex Aristotele: Ergo &c. ℞. *Explico Min,*

actio

actio alteratiua, aut inter contraria priuatiuè sumpta *C. Min.* actio generatiua, aut inter contraria impropriè sumpta *N. Min.* DICES *3tio* Quæ generantur & corrumpuntur, secundùm quod contraria sunt, agunt vt ait Aristoteles lib. de generatione: sed substantiæ nō sunt contrariæ, Ergo substantia præsens non agit in substantiam per seipsam, sed per accidentia. ℞. *Exp. Ma.* agunt si agant actione alteratiuâ, *C. Ma.* si generatiua *N. Ma.* DICES *4to* Ille influxus & esset perfectior, quia à causa principali, & imperfectior, quia ab instrumentali: Ergo &c. ℞. *N. A.* quia sicut totus & indiuisibiliter effectus est & à DEO & â creatura, ita à substantia & accidente.

Contra Conclusionem tertiam Dices vt contra primam.

Contra Conclusionem quartā Deces 1mo Substantialium formarum datur causa principalis, sed non substantia: Ergo accidens. *Min. probatur.* Substantia non influit immediatè, non est, non potest prodire in actum secundum: Ergo &c. ℞. *D. A.* non potest in se, C. A. in virtute

suî N. A. Dices 2do Accidens non exi-
stens non potest dici continere effectum
in virtute sua: Ergo nec substantia. ℞.
N. C. quia non datur virtus virtutis, *seu*
instrumentum instrumenti, seu acciden[s]
accidentis. Dices 3tio Instrumenta no[n]
agunt nisi mota seu eleuata per concur-
sum principalis causæ? sed accidens mo-
uetur absente substantia: Ergo &c. ℞.
1mo *D. Mi.* absente in se, *C. Mi.* in vir-
tute sua, *N. Mi.* ℞. 2do *D. Ma.* instru-
menta separata, *N. Ma.* coniuncta qui[a]
hæc sunt instrumenta ab extrinseco, &
non ordinata à natura, *C. Ma.* Dice[s]
4to Substantia non producit entitatē ac-
cidentis; non superaddit illi vires, no[n]
committit ei vicariam potestatem: Er-
go accidens non est instrumentum sub-
stantiæ. ℞. *D. C.* non est instrumentu[m]
coniunctum, C. C. separatum, N. C.
Hoc enim dicitur instrumentū, quia o[r]-
dinatur à natura ad supplendas vices sub-
stantiæ. Dices 5to Accidens agit pro-
priâ entitate: Ergo propriâ virtute, en-
titas enim & virtus sunt idem. ℞. *D.* (
propriâ id est in distinctâ C. C. id es[t]
prin-

principali, *seu* primo & per se intendibili, N. Con.

(155) §. IV. *De Principio productiuo proprietatum & Accidentium.*

I. Proprietatum substantijs connaturalium, ac proinde accidentium in proprio subiecto principium proprium proximum emanatiuum est ipsamet substantia, cuius sunt proprietates. *Ratio tum quia* substantia est radix & actus primus sufficiens ad emanandum proprietates; *tum quia* calefacta aqua reducit se ad pristinum frigus, huius autem frigiditatis non alia causa est præter substantiam aquæ; *tum quia* intellectus immediatè producit intellectiones; *tum quia* passiones demonstrantur per essentiam. DICES 1mo Frigus in aqua calefacta reducitur à circumstante aëre: Ergo &c. ℞. *N. A. tum quia* frigus aëris est minùs intensum, *tum quia* etiam in vacuo se reduceret. DICES 2do Qui dat esse substantiæ, dat & consequentia ad illam: sed aqua non dat sibi esse, Ergo nec proprietates. ℞. 1mo *D. Ma*, dat conse-

quentia efficienter *N. Ma.* denominatiuè quatenus dando esse dat fundamentum consequentium, *C. Ma.* ℞. 2do *D. Ma.* consequentia, quæ immediatè consequuntur primam rei productionem, *T. Ma.* quæ post contingunt, quæ non sunt immediatè connexa cum essentia, sicut secundæ qualitates cum substantia, & habitus virtutesque cum gratia sanctificante, *N. Ma.*

(156) II. Quando accidentia producuntur in extraneo subiecto, tunc respectu illorum sunt causa principalis sola accidentia; siue interim correspondeant gradui corporis, siue viuentis siue rationalis, siue similis, siue dissimilis. *Ratio tum quia* cæli & sydera per lumen agunt in inferiora: *tum quia* aqua calefacta nō frigefacit, sed calefacit: *tum quia* quod subordinatur alteri in operando; supponitur aliquid posse similiter seu sine subordinatione operari: sed accidens aliqua operatur nomine substantiæ: Ergo &c.

Pro Obiectionibus Nota 1mo Substantia & supposita agunt vt Quod denominatiuè non formaliter. 2do Bonum accidentis

dentis vltimò refunditur in bonum substantiæ tanquam in subiectum, denominationis, non tanquam in principium per se intentum. *3tio* Accidens subordinatur substantiæ in operando tanquam principio denominationis. *4to* Potest ignis in se producere calorem, non tamen in extraneo, quia cum hoc non coniungitur. *5tò* Causa non potest in quouis subiecto (etiam capaci alioqui) operari. Sic substantia grauitatem & leuitatem, oculus visionem producit in se, non tamen in extraneo; Piper è contra producit calorem in subiecto alieno, non autem in se. *6to* Ignis & calor non possunt attemperare vires ad producendum calorem in extraneo subiecto, quia in igne nullæ sunt tales vires.

III. Ignis spoliatus calore non ageret in extraneo: *Ratio tum quia* prius est aliquid in se, quàm ad aliud: *tum quia* aliàs otiosè in se emanaret calorem: *tum quia* ignis non agit in distans, nec sine virtute sibi prouisa à natura.

I. Voluntarium, liberum, & sponta-
neum differunt sic: *Voluntarium est*, quod
fit aut appetitur cum præuia cognitio-
ne, & aduertentia, siue interim possis age-
re oppositum, siue non possis, modò de-
liberatè seu aduertenter agas, vnde vo-
luntarium est genus, ad liberum & spon-
taneum. *Liberum est* quod positis omni-
bus requisitis ad agendum, potest agere
vel non agere. Requisita porrò sunt, re-
motio impedimenti, concursus Dei in-
differens, obiecti cognitio, *seu* potiùs
malitiæ æquè ac bonitatis in obiecto co-
gnitio, quæ cognitio sufficit vt sit sim-
plex, nec requiritur imperium, hoc enim
tolleret libertatem. *Spontaneum est* quod
nō potest non agi, agitur tamen sine coa-
ctione, vt Beati non possunt non amare
Deum, non coactè tamen amant. Vnde
voluntariū opponitur propriè inuolunta-
rio, quod scilicet fit ex ignorantia; Li-
berum necessario, spontaneum coacto.
II. Libertas diuisa 1mo *alia est à coactio-
ne*, quando non cogeris quidem, necessa-
rio

riò tamen agis, & hæc est idem, quod spontaneum, nec de ea hic agitur: *alia à necessitate seu* libertas indifferentiæ, quando non tantùm nó cogeris ad agendum hoc, sed potes etiam non agere hoc, vel agere oppositum: & de hac libertate, quæ est propriè & rigidè liberum, hic agitur. *2do* Libertas indifferentiæ *seu* à necessitate, *alia est contradictionis* seu quoad exercitium, dum potes amare, vel omittere amorem: *alia contrarietatis* seu quoad speciem, dum v. g. potes amare, vel oppositum amori odium elicere.

(158) III. Libertas actui secundo est denominatio extrinseca, prouenienes ab indifferente potentia voluntatis paratæ ad vtrumque. *Ratio tum quia* actum esse liberum, est prouenire eum à potentia libera: sed hoc actui est extrinsecum: Ergo &c. *tum quia* veritas est actui extrinseca; ambulationem item esse propter sanitatem, vel propter recreationem, est ei extrinsecum. DICES *1mo* Actus liber essentialiter differt à necessario; ad actũ secundum reducitur per operationem physicam; essentialiter pendet à volun-

 tate:

tate: Ergo &c. ℞. *D. A.* actus liber vt liber, seu concretè, aut tam secundum actum secundum, quàm secundum actum primum sumptus, C. A. specificatiuè, aut solùm secundùm actum primum, seu sine connotatis sumptus, N. A. DICES 2*do* Vitalitas, bonitas, malitia, sunt actui intrinseca, Ergo & libertas. ℞. 1*mo D. A* actui vt vitali, vt bono, C. A. simpliciter N. A. ℞. 2*do D. A.* actui vt intendenti perceptibiliter, prosecutiuè, detestatiuè, C. A. vt producto à potentia vitali &c. N. A. DICES 3*tio* Concursus Dei non habet in se libertatem: Ergo illam non dat actui. ℞. *T. A. N. C.* quia etiam albedo, visio, incola, præceptum, domus, non est alba, visa, ciuitas, malum, & tamen confert denominationem albi, visi &c.

(59) IV. Actus liber non potest transire in necessarium. *Ratio tum quia* propositio non transit de vera in falsam; visio albi nō potest esse visio nigri; actus demonstratiuus non potest transire in Sophisticum, vitalis in non vitalem, operatio intellectûs rectè facta ex directione

Lo-

Logicæ, in non rectam; sublatâ determinatione modali tollitur vnitum; *tum quia* transire de libero in necessarium, est desinere dependere ab indifferente concursu diuino, sed non potest desinere dependere: Ergo &c. DICES Sublato termino non tollitur relatio secundum rectum; sublato igne manere potest eadem caloris entitas; Ergo & actus dependens ab indifferente concursu potest transire in dependentem non ab indifferente. R. N. C. *tum quia* actus propositionis de vero in falsum non transit; *tum quia* actus vitalis magis à suis principijs dependet, quàm aliæ entitates.

(160) V. Non est dabilis pura omissio libera. *Ratio* 1*ma tum quia* pura omissio est omnis actûs positiui omissio circa propositum obiectum: sed non est possibilis talis omissio: Ergo &c. *Minor probatur* Tunc omnis actus positiuus relinquitur circa obiectum, quando voluntas abstinet ab actu tam directo, quàm indirecto: sed non potest abstinere: Er- &c. *Minor probatur* Quando voluntas dicit: volo amare aurum, aut nolo ama-

re-

re aurum, tunc non abstinet ab actu di-
recto; quando autem dicit; nolo versari
circa aurum, aut volo non habere amo-
rem auri, aut volo habere amorem pau-
pertatis, aut alium actum incompossibi-
lem cum directis ponit, tunc non abstinet
ab omni actu: Atqui voluntas debet ali-
quem ex his actibus habere: Ergo &c.
Minor probatur. Omissio talium actuum
deberet esse voluntaria; quia omne li-
berum est voluntarium: sed non potest
esse voluntaria: Ergo &c. *Minor proba-
tur*. Omne voluntarium fit ex aliquo,
motiuo: sed pura omissio non potest es-
se ex motiuo. *Minor probatur*. Fieri ex
motiuo est moueri per aliquem actum
positiuum voluntatis: Ergo &c. *Ratio
2da* In omni omissione est exercitium li-
bertatis: Ergo transitus de contradicto-
rio in contradictorium: sed hic non po-
test esse sine actu positiuo: Ergo &c.
Ratio 3tia Potentia vitalis non reducitur
ad actum per vitā interpretatiuam: atqui
potentia vitalis est libera: Ergo liberum
non reducitur ad exercitium libertatis
per actum interpretatiuum seu, æquiua-
lentem.

entem. *Ratio 4ta* Omnis actus, qui est xercitium libertatis: est perfectiuus vontatis: sed pura omissio non est perfectiua: Ergo &c. DICES *1mo* Inter deberandum possum turbari & obdormi: Ergo tunc dabitur pura omissio. ℞.), *C.* pura libera, N. C. necessaria, C C. DICES *2do* Datur peccatum omissionis, otest quis imaginari ex omni parte se sse beatum, in eaqne imaginatione sistee; potest obiectum proponi sub ratioe indifferenti, ita vt nec bonitas ad amoem, nec malitia ad odium necessitet; otest obiectum proponi sub ratione sous boni, non esse tamen necessitatem ad morem boni: Ergo tunc dabitur pura omissio libera. ℞. *D. C.* Omissio per actum positiuum, C. C. sine omni eo, N. C. DICES *3tio* Quæ cessatio ab amore & odio, includit actum positiuum, ea supponit cognitionem reflexam de amore & odio: atqui in pura omissione non supponitur talis cognitio: Ergo &c. ℞. *N. Ma.* DICES *4to* Sequeretur omissionem charitatis non posse esse sine hoc actu: nolo charitatem; ac proinde non posse

esse

esse sine peccato: Ergo ℟. *N. A.* quia ab actu charitatis cessaretur hoc actu; nolo versari circa charitatis actum. DICES 5*to* Actus positiuus non pendet à voluntate medio alio actu: Ergo & negatiuus. ℟. *N.C.* quia positiuus seipso saluat transitum de contradictorio in contradictorium. DICES 6*to* Libertas contradictionis est quid negatiuum: sed non esse amoris non esset quid negatiuum, Ergo non daretur libertas contradictionis. ℟. *D. Ma.* est negatiuum ex parte actûs, seu est negatio actûs, *N. Ma.* non propositio negatiua non est negatio actûs: ex parte modi sciendi, *seu* est negatio eius quod importat actus, *C. Ma.*

ASSERTIO XII.

DE RELIQVIS CAVSIS.

(161) §. I. De Causa Ideali seu exemplari.

I. CAusa exemplaris est forma in mente existens, quam inspiciens agens operatur non casu sed ex intento.

II. Hæc forma seu exemplar non est cognitio sed obiectum. *Ratio tum quia* agens

agens non cognitionem sed obiectum respicit; *tum quia* cognitio dirigit tantùm vt Quo; *tum quia* idem est in statu physico, quod in obiectiuo, etsi in creatis interdum per accidens esse physicum non consequatur esse obiectiuum.

III. Exemplar est vera causa, quia habet verum effectum.

IV. Exemplar iuxta aliquos reducitur ad genus causæ efficientis, quia dirigit, iuxta alios ad genus causæ formalis extrinsecæ, quia determinat efficientem ad producendum hunc effectum, sicut præmissæ ad hanc Conclusionem.

(162) §. II. De Causa Finali.

I. Finis est cuius (adipiscendi vel adepti) gratiâ aliquid fit; Alius est *vltimatus*, alius *non vltimatus*; aliùs *efficiendus* seu qui petit poni à parte rei, vt sanitas per incisionem venæ, alius *coniungendus* cum fine cui, seu qui obtinetur, vt DEVS, alius *obtinendus*, alius *obtentus*, alius *operis*, alius operantis.

II. Virtus communicatiua seu causalitas in actu primo, est ipsum & solum

obiecti seu finis, honestum aut delect[abi]bile, aut vtile bonum, illudquè verum v[el] apparens. *Ratio tum quia* bonum & fin[is] sunt conuertibilia: *tum quia* finis poten[tia] causare constituitur per id, per quo[d] mouet & allicet voluntatem; mouet au[tem] tem & allicit per quodlibet tale bonum siquidem quodlibet tale bonum amatu[r] à voluntate. DICES *1mo* Sæpè volunt[as] mouetur ad vitandum malum, appetit s[i]bi vel alijs malum; peccat ex maliti[a], multi furantur, etsi vident se suspender[e] dos: Ergo etiam malum mouet. ℞. *D. A.* mouetur, appetit &c. sub ratione ma[li] N. A. sub ratione boni veri vel appa[rentis], saltem implicitè cogniti, C. A. *Insistes* Bonum quà bonum potest odi[o] haberi, vt virtus à peccatoribus, & Deu[s] ab improbis: Ergo & malum quà ma[lum] potest amari. ℞. *N. A.* quia su[b] aliqua ratione mali odio habetur bonum. *Vrgebis* Dæmones non possunt non co[gnoscere] gnoscere Deum esse summum bonum sed illum oderunt, Ergo bonum vt bo[num] oderunt. ℞. *D. Ma.* bonum in s[e] C. *Ma.* bonum sibi *N. Ma.* *Inuertu*

Bonum

Bonum sub ratione mali odio habetur, Ergo malũ mouet: ℞. *D. A.* odio habetur ob cognitam implicitè rationem boni in odio C. A. secus N. A ℞. *2do* D. C. malum mouet ad odium T. C. ad amorem, N. C. DICES *2do* Bonum vtile non est per se appetibile: Ergo non est ratio finis ℞. *D. C.* finis vltimati C. C. non vltimali, N. C. Multi enim docent etiam non vltimatum finem esse veram causam. DICES *3tio* Solum bonum honestum est appetibile finaliter: Ergo &c. ℞. *D. A.* appetibile solum homini operanti practicè, seu aduertenti ad summam & æternæ veritatis legem, C. A. operanti speculatiuè, seu quando est solius iucundi memor, N. A DICES *4to* Bonitas præfixa potest mouere: Ergo &c. ℞. *N. A.* quia voluntas fertur in bonum vt cognitum: sed non potest cognosci id esse bonum, quod fingitur esse bonũ: Ergo &c. DICES *5to* Etiam media mouent per bonitatem: ergo non solius finis bonitas est causalitas. ℞. *D. A.* vt media N. A. Sic enim participatam à fine habent rationem boni; media vt fi-

nis seu materialiter sumpta, C. A. Dices 6to Id mouet, quod potest produci: sed bonum apparens non potest produci: Ergo &c. ℞ D. *Ma.* id solum *N. Ma.* etiam id, quod potest coniungi C. Ma.

(163) III. Causalitas causæ finalis in actu secundo, est ipsa actio, quâ effectus ponitur à parte rei; quia positâ hac actione causatur à fine effectus. Hæc causalitas prout à fine procedit, dicitur metaphorica motio, quia à fine non propriè physicè procedit.

(164) IV. Finis in actu primo requirit obiecti cognitionem, quia nihil volitum, nisi cognitum, etiam dum voluntas imperaret intellectui cessationem à cognitione obiecti. Hæc cognitio debet esse 1mo *practica* quia vt voluntas in obiectũ feratur, debet illi hic & nunc conueniens proponi. 2do *actualis*, quia dormientis voluntas non mouetur. 3tio *intellectualis*, quia phantasia nullum cognoscit obiectum, quod non sit cognitum ab intellectu 4to interdum tantùm *apprehensiua* quia ad actum simplicis complacentiæ aut abhorrentiæ non requiritur

indi-

iudicium. *5to* interdum *indicatiua* quia prudenter operans examinat boni possibilitatem, mediorum proportionem &c. *6to* Non est efficiens, sed tantùm illuminans; *tum quia* voluntas est libera, *tum quia* causalitas cognitionis sufficienter intelligitur in morali applicatione. *7mo* concurrit vt conditio, non autem vt formaliter constitutiua, quia finis à sua perfectione ac bonitate habet esse amabile. Vnde intellectus voluntatem impropriè impellit, nec potest cognitioni tribui ratio causæ ex eo, quòd variatis cognitionibus, variatur actus voluntatis, quia etiam variata ignis applicatione, variatur ignis operatio. *8uo* Possibile est diuinitus vt sine cognitione obiectum ametur. *Ratio tum quia* cæcus non indiget lumine & visione, si rectè alieno ductu eat: atqui etiam voluntas potest alieno ductu ire, quando à DEO *vel* determinatur ad ponendam volitionem, *vel* infusum haberet amorem, quo tenderet in obiectum. Infundi autem hic amor potest, quia potest poni in lapide: *tum quia* applicatio & aliæ conditiones, sine quibus non, possunt suppleri à DEO. Dd 3

(165) V. Actus tam *eliciti* seu qui ab ipsa voluntate eliciuntur, quàm *imperati*, qui non ab ipsa voluntate, ex imperio tamen voluntatis eliciuntur, aut fors clarius loquendo, omnes actus tam *praecedentes finem*, vt sunt: amor, *seu* simplex complacentia de bono apprehenso, desiderium eius obtinendi, inuestigatio mediorum, iudicium de inuestigatis, electio eorundem & executio; *quam consequentes finem*, vt fruitio boni, gaudium de possesso. *Ratio tum quia* omnes hi actus sunt, ob bonitatem finis, sicut & ipsa media. DICES 1*mo* Ratio attingendi finem, non est propriè effectus finis, quia fieri aliquid tanquam propter obiectum non est propriè effectus finis: atqui actus sunt ratio attingendi finē: Ergo &c. ℞. *D. Ma.* tanquam propter obiectum mouens *N. Ma.* quodcunque *C. Ma.* DICES 2*do* Desiderare finem non est aliquid velle propter finem: Ergo &c. ℞. *D. A.* non est velle explicitè T. A. exercite N. A. DICES 3*tio* Proprius effectus potest causare efficienter finem: Ergo &c. ℞. *D. At.* effectus aliquis C. A. omnis N. A.

N. A, quia media sunt effectus finis, non tamen eum causant efficienter. DICES 4to Obtento fine cessat motus ad finem, Ergo gaudium non est effectus finis. R. D. A. ad finem obtinendum, C. A. possessum N. A.

(166) VI. Finis non est causa physica, est tamen vera & realis. *Ratio 1mò* quia non existit physicè, dum mouet, & causalitas ab eo pendet intentionaliter tantùm. *Ratio 2di* quia effectus verè & realiter dependet à fine.

Pro Obiectionibus Nota 1mo Causa debet præexistere in se vel in alio, vt Finis in medijs, vel causa physica debet præexistere, non autem intentionalis. *2da* Causa finalis, non est causa moralis, quia talis est, quæ non ex natura sua ordinatur ad effectum, sed vel ex merito, vel &c. 3tio Pcincipium & finis in executione sibi opponuntur, at verò principium & finis in intentione sunt idē 4to Finis est causa metaphorica secundùm dici non secundùm esse, metaphoræ enim nō sunt in rebus, sed tantùm sunt secundùm dici, quia dum dico, prata rident, non sequi-

tur quòd prata floreant metaphoricè. 5to Causa & effectus aliquando tantùm inadæquatè distinguuntur; & sic finis & effectus distinguitur tantùm secundùm statum.

(167) VII. Etiam fini non vltimato posset concedi ratio veræ causæ; quia sanitas, quæ est medium ad debellandũ hostem, potest me mouere ad sumendam potionem; vnde medium habet rationẽ finis non vltimati; habet bonitatem propriam, est appetibile per se etiamsi non vltimatè.

(168) VIII. Propter finem operatur 1mo DEVS ad extra, quia omnia operatus est propter seipsum; ad intra tamen non operatur propter finem, quia actus diuini ad intra sunt ipse DEVS. 2do Angelus & homo. 3tio Agentia naturalia insensitiua non agunt quidem ex se propter finem, quia nõ habent cognitionem, agunt tamen propter finem ex directione agentis liberi. 4to Bruta propter finem materialiter tantùm agunt, quia media adhibent nõ ex certa aut probabili ratione, seu non ex præcognitione, sed tantùm ex instinctu naturali. (169)

(169) IX. Duo fines vltimati, etiamsi alter illorum sit tantùm apparens, non possunt causare eundem effectum formaliter: quia ambulatio propter sanitatem, non est formaliter propter deuotionem.

(170) §. III. De Causa Materiali.

I. Respectu formæ materialis, rationem causæ materialis habet materia prima, quia hæc forma fit dependenter à subiecto. DICES Si forma fieri dicatur à materia, tanquàm à conditione, non dicetur creari: Ergo non habet rationem causæ materialis respectu formæ. ℞. *N. A.* quia anima rationalis fit dependenter à materia tanquam à conditione, & tamen creatur.

(171) II. RespectuCompositi etiã habet rationem causæ materialis; *tum quia* composito inexistit sicut & forma: *tum quia* ab Aristotele quatuor genera causarum numerantur. DICES 1*mo* Materia prima non est subiectum compositi: Ergo respectu compositi non est causa materialis ℞. D. C. non est causa in qua C. A. ex qua N. A. DICES 2*do* Trinitas Persona-

rum

rum Diuinarum, non est causa Trinitatis,
ersi constituat Trinitatem : Ergo com-
ponere non est verè causare. ℞. *D. C.*
componere per modum actûs & poten-
tentiæ, vel saltem per modum partium
essentialiter ad se ordinatarum, & se mu-
tuò perficientium, N. C. alio quocum-
que modo C. C. DICES 3tio Terminare
tantùm vnionem, non est causare com-
positum : sed materia & forma tantùm
terminant vnionem : Ergo &c. *Maior*
probatur. Terminare relationem Omni-
potentiæ Dei non est causare : Ergo &c.
℞. 1mo *N. Min.* quia materia & forma
causant compositum communicando se
toti, seu per materialisationem & forma-
lisationem. ℞. 2do *N. vlt. Cons.* quia v-
nio est terminus intrinsecus & vt Quo,
terminus autem relationis est extrinse-
cus, & vt Quod.

(172) III. Respectu aliquorum acci-
dentium potest substantia spiritualis ha-
bere rationem causæ materialis, non ta-
men DEVS. *Ratio 1mi tum quia* agunt
medijs accidentibus ; *tum quia* acciden-
tia spiritualia egent subiecto spirituali.
Ratio

Ratio 2di tum quia Deus non poteſt mu-
ari; *tum quia* Deus nō poteſt eſſe com-
oſitum phyſicum. DICES *1mo* Poteſt
DEVS formam conſeruare ſine ſubiecto,
oagit cauſis ſecundis eâdem actione cū
llis: Ergo &c. ℞. *D. A.* conſeruare,
oagit, ſupplere efficienter C. A. in gene-
e cauſæ materialis, N. A. DICES *2do*
Cauſalitas cauſæ efficientis ſuppletur in
genere cauſæ efficientis: Ergo cauſalitas
auſæ materialis, ſuppletur in genere cau-
æ materialis. ℞. *N. C.* quia DEVS ſup-
lendo cauſalitates efficienter, non extra-
itur extra modū operandi ad extra (quia
d extra operatur in genere cauſæ efficiē-
is) ſecus autem operando extraheretur.

(173) IV. Reſpectu accidentiū com-
unium præcedenti & ſequenti formæ,
on compoſitum ſed materia habet ra-
onem cauſæ materialis. *Ratio tum quia*
ducuntur ex materia, *tum quia* diſpoſi-
ones præcedunt formam ſubſtantialem:
um quia accidentia non mutant ſubie-
tum, *tum quia* in anima rationali non
ecipitur quantitas, & alia accidentia ma-
erialia, Ergo nec in alijs formis ſubſtan-

tiali-

tialibus. DICES 1mo Potest materia esse subiectum animæ spiritualis, Ergo & anima spiritualis potest esse subiectum quantitatis. ℟. *N. C.* quia negatâ vnione animæ cum materia, non sequeretur compositum. DICES 2do Effectus potest pendere modò ab hac modò ab illa causa efficiente, Ergo & à pluribus materialibus. ℟. *N. C.* quia in casu consequentis daretur transitus de subiecto in subiectum. DICES 3tio Materia prius vnitur formæ substantiali quàm accidentali: Ergo &c. ℟. *D. A.* prius intentione, dignitate, C. A. executione N. A. DICES 4to Materia non potest recipere accidentia, nisi sit subsistens, atqui est subsistens per substantialem formam: Ergo priùs substantialem formam recipit, quàm accidentalem. ℟. 1mo *N. Ma.* quia iuxta Thomistas, materia recipit formam substantialem, antequàm subsistat. ℟. 2do *N. Mi.* quia subsistit per se. DICES 5to Totum dicitur calidum, quantum, Ergo totum est subiectum. ℟. *D. C.* subiectum denominationis C. C. inhæsionis, N. C. DICES 6to Quantitas est proprietas compositi

positi totius: Ergo &c. ℞. *D. A.* totius tanquam subiecti denominationis C. A. inhæsionis, N. A. Dices *7mo* Nullus motus esset violentus: Ergo &c. ℞. *D. A.* non esset violentus subiecto denominationis seu Toti N. A. subiecto inhæsionis *seu* materiæ C. A.

(174) V. Accidentia in materia recipiuntur mediante quantitate. *Ratio tū quia* accidentia Eucharistica non subiectantur immediatè in materia, sed in quantitate. Nam non Deus producit congelationem, & sacerdos motâ quantitate, mouet alia accidentia; *tum quia* aliòedo Eucharistica non posset emittere suas species, accidentia enim non operantur absque subiecto. Dices *1mo* Forma substantialis immediatè recipitur in materia, intellectio in intellectu, Ergo & accidentia ℞. *N. C.* quia forma substantialis cum suo subiecto debet constituere vnum ens per se, intellectio autē est immanens. Dices *2do* In qualitatibus non recipiuntur accidentia, Ergo nec in quantitate. ℞. N. C. quia pro Antecedente nō sunt allatæ rationes, sunt allatæ pro Con-

 sequente.

sequente. DICES 3tio Accidens non potest subiectari & sustentari in accidente dependere ab accidente, siquidem ipsum accidens ab alio pendet; educi ex accidente: Ergo &c. ℞. D. A. Accidente tanquam subiecto primario & mediato C. A. secundario & immediato, N. A. DICES 4to Materia non potest informare, nec subiectum inhærere, Ergo &c ℞ N. C. quia materia est pura potenti & subiectum primum, forma autem no est purus actus. DICES 5to Dulcedo i lacte non dicitur alba, quia albedo no subiectatur in illa, sed etiam quantitas n dicitur alba: ergo etiam in quantitat non subiectatur albedo. ℞. 1mo N Ma. ideo enim dulcedo non dicitur alb quia hæc denominatio non est petibil à dulcedine, ℞. 2do N. Min.

(175) §. IV. De Causa Formali.

I. Formæ effectus primarius est con positum, secundarius expulsio form præcedentis. II. DEVS non potest cau sam formalem supplere in genere cau formalis, effectum autem primarium n in

in genere causæ efficientis. *Ratio 1mo* quia non potest se dare composito in partem, siquidem DEVS est simplex entitas. *Ratio 2do* quia effectus formalis primarius non distinguitur à forma.

(178) §. V. *De Causis & effectibus per accidens.*

I. Causa per accidens est, quæ influit quidem in effectum, sed præter intentionem & inclinationem; vt dum quis fodiens puteum, inuenit thesaurum. Inter has causas censetur *1mo Casus* qui est causa effectûs rari in ijs, qui non agunt ex electione; vnde in Deum casus non cadit. *2do Fortuna*, quæ est causa effectûs rari in ijs quæ agunt per electionem. In prudentioribus rarior est; in intendente lucrum ex lusu, ad huc est fortuna, quia etsi effectus ille sit ex intentione agentis, tamen non est ex intentione naturæ: respectu effectûs infelicis dicitur infortunium non fortuna. *3tio Fatum* quod est inhærens rebus mobilibus dispositio immobilis, per quam Diuina prouidentia suis quæque nectit ordinibus.

II. Effectus per accidens est id, quod causatur à causis per accidens.

III. Inter effectus per accidens numeratur etiam *Monstrum*, quod ex Aristotele lib. 2. Phys. tex. 82. est effectus naturalis à recta solitaque dispositione secundùm speciem degenerans: Cuius causa est *vel* indispositio primarum qualitatum, *vel* abundantia materiæ, vel Astrorum influxus *vel* Dei voluntas &c.

ASSERTIO XIII.

DE INFINITO.

(179) *§. I. Definitio Proprietates, Diuisio Infiniti.*

I. Infinitum est id, cuius semper est aliquid extra excipere; id est, ad cuius terminū cursu finito, aut mensurâ pertingi non potest; quod habet transitum inconsummabilem per motum & diuisionem, seu cuius gradus, perfectiones &c. nunquam possunt percenseri. Vnde æternitas à parte ante pertransita est infinitis mensuris.

II. Proprietates infiniti solent numerari hæ *vna Infinitum non potest claudi terminis,*

minis, punctis, vnitatibus. Ratio tum quia infinitum haberet finem; *tum quia* posset dari primum in æternitate; *tum quia* inter duas costas pyramidales daretur Linea infinita, quæ finitam maximam vno tantùm puncto superaret, ac proinde finitum additum finito faceret infinitum. *2da Infinitum formaliter non potest esse maius altero*, materialiter autem & entitatiuè sumptum, aliqui concedunt posse esse, aliqui negant. *Ratio 1mi tum quia* omnia infinita conueniunt in hac ratione, quod illorum semper sit aliquid extra accipere: *tum quia* essentiæ rerum consistunt in indiuisibili. Vnde Petrus non potest esse magis homo quàm Paulus. *Ratio 2di* quia infinitum plumbi est minoris valoris, quam infinitum argenti. Item Infinitum capillorum maius est quàm hominum. *Ratio 3tij tum quia* formalis ratio infiniti non est distincta à materiali; *tum quia* ideo est infinitum formaliter quia est infinitum materialiter: Ergo si infinitum formaliter non est maius, nec materialiter erit maius: Nec enim equus est magis albus mate-

rialiter quia formaliter non est magis alibus: *tum quia* si formaliter sumptum infinitum esset maius altero, iam non esset infinitum: Ergo etiam materialiter sumptum iam non esset infinitum; ac proinde tolleretur ratio infiniti etiam formaliter sumpti. *3tia Infinito nihil addi aut detrahi potest*, ita vt augeat vel minuat rationem infiniti, alias enim eo ipso non esset infinitum. *4ta non posse commensurari, seu cognosci cognitione finita. Ratio tum quia* finitum non potest esse mensura infiniti: *tum quia* intellectus noster, quò plures & remotiores res cognoscit, eò minùs perfectè cognoscit.

III. Infiniti potiores diuisiones sunt *1mo* Infinitum est vel in perfectione seu specie & substantia, vel in extensione, vel in mole, vel in numero. *2do* vel Syncatorematicum, vel Categorematicum.

(180) §. II. *De Infinito Syncategorematico.*

I. Infinitum Syncategorematicũ quod & Mathematicum, & possibile, & potentiale, & potestate, & mixtum, & solo

lo intellectu perceptibile dicitur, est, quod actu finitum est, potentiâ verò infinitũ; seu cuius aliquæ perfectiones, aut partes, aut gradus actu existunt, aliæ verò plures & plures sunt in infinitum possibiles, ita vt nunquam ad vltimam deueniatur. Vnde hoc infinitum solet dici finitum in infinitum: item infinitum partim actu, partim potentiâ habens partes, indefinitũ.

II. Datur Infinitum Syncategorematicum, & quoad perfectiones essentiales, & quoad magnitudinem, intensionem, numerum. *Ratio tum quia* nihil implicat: *tum quia* datur æternitas à parte ante & à parte post: *tum quia* anima rationalis viuit in æternum: *tum quia* possibiles sunt cognitionum, aliarumque rerum reproductiones in infinitum.

III. Infinitum Syncategorematicum non est in mente Dei Categorematicum; *seu* cognitio Dei de possibilibus, tota quidem & vnica est, possibilia tamen non repræsentantur vt simul possibilia seu extitura. *Ratio* quia Deus tales res cognoscit prout in se sunt possibiles; sed creaturæ in se sunt possibiles successiuè: Er-

go eas Deus cognoscit vt successiuè possibiles. DICES 1mo Deus cognoscit omnes Angelos, omnes creaturas producibiles, omnes æternitatis durationes, omnia, singula, Ergo &c. ℟. *D. A.* omnia, singula collectiue N. A. distributiuè C. A. DICES 2do Deus videt omnes simul creaturas possibiles, Ergo &c. ℟ *D. A.* simul simultate tenente se ex parte cognitionis diuinæ C. A. ex parte obiecti, seu ex parte productionis N. A. DICES 3tio Infinitum in mente Dei est actu: Ergo. ℟. *D. A.* Infinitum Syncategorematicũ C. A. Categorematicum N. A. DICES 4to Creaturarum in mente Dei multitudo non est actu finita: Ergo actu infinita. *Con. pr.* finitum & infinitum sunt contradictoria: Ergo alterutrum debet esse verum. ℟. *D. A.* non est actu finita simpliciter C. A. non est finita in infinitum N. A. ℟. 2do *N. 2dum A.* non sunt enim contradictoriæ: contradictoriæ autem sunt hæ: Finitum actu, non finitum actu. DICES 5to Si totum infinitum Syncategorematicũ poneretur à parte rei esset actu infinitum, quia excluderet

ret omnem potentialitatem: Ergo nunc etiam in mente Dei est infinitum actu. ℞. 1mo *N. suppositum Antecedentis*, hæc enim propositio destruit seipsam per locum intrinsecum: opposita enim sunt hæc, totum poni à parte rei, & esse infinitum Syncategorematicum; adeoque similis est hæc propositio his. Si DEI existentia non existeret: si mors esset vita; si visio non videret. ℞. 2do *T. A. N. C.* quia si totum infinitum Syncategorematicum poneretur â parte rei, tunc omnia essent simul non tantùm in cognitione sed & in productione, nunc autem sunt omnia simul tantùm in repræsentatione.

(181) §. III. *De Infinito Categorematico.*

I. Infinitum Categorematicum dicit simultaneam collectionem innumerabilium & immensurabilium perfectionum, graduum, numerorum &c. Item sine fine extensionem. Hoc infinitum dicitur infinitum simpliciter, actu.

II. Implicat in creatis infinitum Catego-

gore-

gorematicum in perfectione, & imper-
fectione seu creatura perfectissima & im-
perfectissima. *Ratio tum quia* Deus ma-
gis & magis, item minus & minùs in in-
finitum est participabilis: *tum quia* S.
Dionysius ait essentias rerum à Deo cre-
scere vt numeros: sed numeri ab vnita-
te crescunt in infinitum, Ergo &c. Di-
ces 1*mo* Homo æquiualet infinitis enti-
bus se inferioribus: Ergo homo est infi-
nitus. ℟. *N. C.* quia exceditur etiam ab
infinitis. Dices 2*do* Cognitio specifica-
tur ab obiecto: Ergo cognitio Dei infi-
niti erit infinita. ℟. *D. A.* specificatur
vt sit hæc vel illa, huius vel illius obiecti
C. A. vt sit talis in se N. A. Alias enim
cognitio deberet esse iam substantialis,
iam accidentalis, iam spiritualis, quia ob-
iectum iam est tale, iam tale. Dices 3*tio*
In tota possibilium collectione adhuc in-
finita distantia esset à Deo, crearetur vna
creatura quæ omnes alias excedit perfe-
ctione: potest Deus producere creatu-
ram summè perfectam, quam potest pro-
ducere: datâ collectione omnium possi-
bilium, non potest dari alia & alia perfe-
ctior;

ctior; collectio omnium possibilium est summè propinqua Deo: Ergo &c. *N. Supp. Ant.* quia nõ est possibilis collectio possibilium. DICES 4to In causis nõ datur processus in infinitum: Ergo nec in effectibus. ℞. *N. C.* quia in causis sistendum est in DEO. DICES 5to In numeris non datur minùs quàm vnitas: Ergo in creatis datur infinitum. ℞. *D. A.* quam vnitas in abstracto, & formaliter, quæ est denominatio & vox C. A. ex parte obiecti N. A.

III. Implicat infinitum Categorematicum in mole & extensione. *Ratio* quia, quod clauditur terminis & superficiebus, non est infinitum: *tum quia* hoc infinitum haberet partes vel finitas vel infinitas: *si finitas*: Ergo infinitum constabit partibus finitis, finities sumptis: *si infinitas*. Ergo in eodem loco erit caput vbi pes: *tum quia* ex linea & circulo infinito si extrahatur medium, & si partes coniungantur, tum hæ partes à se finitè distabunt, & finitum spatium conficient. Ergo sunt finitè mensuratæ: *tum quia* infinitum esset maius se, quia esset æquale

le medietati vtpote infinitæ, & non æquale; quia totum est maius suâ parte.

IV. Implicat infinitum categorematicum in intensione & numero. *Ratio tum quia* ex singulis montibus infinitis annihilatis, singulæ infinitæ muscæ ad vnum locum confluant; hoc casu illæ infinitæ muscæ non occupabunt tantùm spatium quantum montes: Ergo occupabunt, spatium & infinitum vt supponitur, & finitum quia clausum terminis; *tum quia* si ex infinitis hominibus proiectos annulos, vnus accipiat decem, exhauriretur infinitum: & præterea illi reliqui homines erunt finiti, seu, erit vltimus qui nihil accipiet: *tum quia* & esset infinitum vt supponitur & non esset infinitum, quia posset numerus hominum superari numero oculorum.

V. Vniuersim implicat aliqua infinita possibilium collectio: *Ratio tum quia* & esset infinitum vt supponitur & non esset vt Probatur: tum rationibus puncti tertij: *tum quia* exhauriretur Dei Omnipotentia, siquidem non esset amplius participabilis: *tum quia* quod sublatâ vnicâ enti-

entitate non manet infinitum, non est infinitum : sed quodcunq; daretur infinitum, illud sublatâ vnicâ entitate non maneret infinitum, quia iam non haberet omnem perfectionem possibilem : *tum quia* vnum infinitum esset maius altero. Dices 1*mo* Defacto ab æterno fluxerunt horæ imaginariæ infinitæ ; Ergo datur infinitum actu. ℞. *D. C.* Datur infinitum imaginarium C. C. reale N. C. quia tempus reale est motus, motus autem non fuit ab æterno. Dices 2*do* Actu dantur negationes infinitæ : Ergo datur infinitum actu. ℞. *D. C.* infinitum negatiuum, C. C. positiuum N. C. ℞. 2*do* *D. A.* dantur abusiuè C A. propriè N A. quia dicere quod negatio sit à parte rei, est dicere quòd res positiua non sit à parte rei : *Item* dicere quod negationes sint à parte rei, idem est, ac dicere ; non datur infinitum : tota enim negatio, est in actu negante. Vnde quando dico, Petrum non esse, non attingo negationem Petri sed ipsum Petrum. Dices 3*tio* Potest Deus producere hoc instanti tot homines, quot sunt possibiles : sed quilibet

Ff ho-

homo nec ex se nec ex parte Dei repugnat hoc instanti produci: Ergo omniū hominum collectio potest existere hoc instanti *Con. pr.* quilibet eorum non repugnat pro hoc instanti: Ergo ℞. 1*mò* *D. Ma.* quot sunt possibiles pro hoc instanti C. Ma. pro pluribus N. Ma non sunt autem omnes omnes collectiuè possibiles. ℞. 2*do* *N.* 2*dum* C. est enim repugnantia ex parte extrinseci, quia & esset infinitum, vt supponitur; & non esset vt probatum est proximè. DICES 4*o* Virtus infinita debet posse producere infinita. Ergo. ℞. *D. A.* infinita non implicantia C. A. implicantia N. A. DICES 5*to* Si Deus ab æterno singulis momentis produxisset Angelos vsq; ad hodiernum diem; illi Angeli iam essent infiniti; sed hoc potuit fieri: Ergo. ℞. *N. Mi.* DICES 6*to* Videt Deus infinita mala ex quibus nos eripuit, infinitos dæmonis actus siquidem videt deesse hunc (Ego volo pænitentiam agere) Ergo ℞. *D. A.* Infinitos syncategorematicè C. A. categorematicè N. A. DICES 7*mo* datâ vnâ specie datur & alia sed datur infinitum Syncategorematicum:

maticum : Ergo & Categor: ℞. N. Ma. quia non datur impossibile & fictum. DICES 8uo Numerus possibilium non est finitus Categorematicè : Ergo est infinitus Categorematicè *Mi. prob.* non est determinatus numerus possibilium : Ergo &c. ℞ *N.* 1mam*C*. datur enim tertiũ, nempe finitum in infinitum procedens. DICES 9no Potest DEUS facere maius quocunque finito : Ergo hoc erit infinitum. ℞. *D. A.* maius infinite N. A. finitè in infinitum C. A.

(182) *ASSERTIO XIV.* DE QUANTITATE.

I. PRo fundamento *Nota* 1mo, quando contra Thomistas docetur, quòd materia habet diuisibilitatem ex se non autem à quantitate, intelligendum esse, quòd materia diuisibilitatem in potentia & virtualiter habet ex se & partes entitatiuas, seu molem corpoream; diuisibilitatem autem actu & partes formaliter habet dependenter à quantitate; seu materia ex se est apta recipere formam, cuius effectus sit, reddere subiectum diuisi-

bile, seu materia ex se est apta recipere diuisionem sed mediante quantitate. *Ratio 1ma* quia materia ex se est mobilis, dependenter tamen ab anima. *Itē* anima rationalis ex se est vegetatiua, ad vegetationes tamen in actu non est potens proximè, nisi vniatur materiæ. *Ratio 2da* quia materia non est visibilis etsi habet colorem, quia in se non habet visibilitatem. *Ratio 3tia* Esse vnitum habenti partes non est accipere partes, sicut vniri animæ rationali non est accipere rationalitatem. *Ratio 4ta* Diuisibilitas actu oritur ex compositione propria: sed in materia spoliata quantitate non est compositio propria: *tum quia* entitatiuæ partes illic tantùm essent potentiâ.

Ex hoc Notato *sequitur 1mo* materiam spoliatam quantitate exigere secundùm se vt ponatur diuisibiliter, quia exigit quantitatem iam verò secundum iura naturæ extraordinariæ, exigit poni indiuisibiliter, ita vt etsi totum spatium occuparet quod ante occupabat, esset tamen tota in toto spatio, & tota in quauis parte spatij. *Sequitur 2do* In Petro spo-
liato

liato quantitate, videri à Deo partem quæ fuit sub capite, videri tamen penetratam cum alijs partibus, nec separabilem ab alijs etiam diuinitus. *Sequitur 3tio* quòd materia ex se est diuisibilis, esto ex accidente non esset diuisibilis. *Sequitur 4to* Materiam spoliatam quantitate, esse ita simplicem in aliquo genere sicut est Angelus, seu non compositam ex partibus physicis, non esse tamen simplicem in omni genere quia est corporea, & virtualiter diuisibilis extendibilisque. *Sequitur 5to* quod quantitas habet seipsâ extensionem, sicut albedo albedinem, non tamen supponit in materia partes extensas, sicut nec albedo albas. *Sequitur 6to* materia bouis plures habet partes, quàm materia muscæ.

(183) *Nota 2do* quidam effectus formales quantitatis intimè & formaliter communicantur materiæ & qualitatibus vt extensio, quidam verò non intimè vt impenetratio: quia materia forma possunt se penetrare cùm eatenus tantùm sit impenetratio, quatenus vna quantitas obsistit alteri quantitati sicut vento fenestra.

Nota 3tio quantitatis effectus formales esse: *diuisibilitatem, mensuram actiuam & passiuam, impenetrabilitatem, extensionem ad locum, extensionem partium quoad se* simpliciter vt vna sit extra aliã: vt manus extra pedem sicut Petrus extra Paulum; *Extreitatem partium quoad se cũ vnione & successione* vnius ab alia vt colli à capite.

(184) III. Ex præfatis formalibus effectibus quantitatis, solus vltimus est primarius adeoq; primo essentialis; cæteri autem sunt secundarij. *Ratio* quia sola partium extreitas, in ordine ad se, cum vnione, & successiue vnius ab alia, est prior alijs prædicatis in qua fundantur cætera prædicata, & soli quantitati competit. Benè enim impenetrabilitas, diuisibilitas infertur ex supposita extreitate. DICES 1*mo* substantiæ vt sic prior est conceptus habere pluralitatẽ partium, quàm habere quantitatem; Ergo etiam priùs exigit extreitatem partium quàm quantitatem. ℞. *D. A.* partium entitatiuarum C. A. extreisatarum N. A. DICES 2*do* Etiam substantia priuata quantitate habet partes extra partes. ℞. habet partes entita-

tita-

titatiuas, non quantitatiuas correspondentes loco. *Instabis* etiam partes entitatiuæ correspondere possunt loco: Ergo. ℞. 1mo *N. A.* quia substantia priuata quantitate conflueret in punctum, illo instanti, quo spoliaretur quantitate. ℞. 2do *D. A.* possunt respondere per se N. A. per accidens C. A. DICES 3tio substantia hominis exigit partem substantialem capitis, manus &c. exigit vt caput pectori non immediatè vniatur, exigit vt manus & pes sint distincta: Ergo. ℞. *D. A.* exigit dependenter à quantitate C. A. independenter N. A. DICES 4to manus & pes essentialiter distinguuntur: Ergo hæc distinctio non est à quantitate: ℞. *N. A.* quia tantùm ratione figuræ inter se distinguuntur. DICES 5to Sublatâ quantitate maneret partium vnio, siquidem non à quantitate habetur. Ergo maneret partium extreitas. ℞. *N. C.* quia sublatâ extreitate est manus idem cũ pede &c. positâ autem extreitate differunt accidentaliter. DICES 6to Concipere partes cum ordine aliquo ad inuicem, est concipere partes extreisatas: sed con-

cipere partes entitatiuas cum vnione est concipere partes cum ordine : Ergo. ℞. *N. Mi.* quia ratio vniti habetur ab vnione, successionis autē & extreitatis à quantitate. Dices 1*mo* Extensio partium entitatiuarum, non potest concipi sine partibus entitatiuis. ℞. *N. C.* quia creatura sine Creatore concipi non potest non tamen est idem. Dices 8*uo* Gradus caloris ita exigunt vniri vt primus non vniatur immediatè tertio. Ergo nō soli quantitati conuenit partium extreitas cum vnione & successione. ℞. *D. C.* Extreitas numeralis C.C. successionis N.C. Dices 9*no* Non in sola substantia recipiuntur partes quantitatis : Ergo supponuntur partes ℞. *N. C.* quia dum quantitas recipitur in materia extreilat partes.

(184) III. Quantitas est distincta à substantia & alijs accidentibus. *Ratio tum quia* in eodem composito deberent esse plures quantitates : *tum quia* principium impenetrabilitatis in S. Hostia non est albedo aut sapor : Ergo. Dices 1*mo* Quantitas discreta & successiua non est distincta à rebus; Ergo & continua ac per

ma-

manens. ℞. *N. C.* quia quantitas discreta est hæcceitas, successiua autem fit per motũ. DICES 2*do* Intensio non est distincta à re intensa: Ergo nec extensio ab extensa. ℞. *C. totum*: attamen sicut qualitas intendens, ita & qualitas extendens distinguuntur.

(185) §. II. *De Compositione Continui.*

I. Præmittenda sunt quædã 1*mo* dantur termini magnitudinis & paruitatis, diuiduntur〈q〉ue in intrinsecos seu positiuos, qui attinguntur, non tamen exceduntur: & extrinsecos seu negatiuos. 2*do* Continua sunt quæ sibi vniuntur; Contigua quæ se inuicem tangunt, sed sine vnione. 3*tio* Continuum componitur ex partibus tanquam integrantibus, non autem tanquam ex potentia & actu. 4*to* Esse partem formaliter, est habere esse terminati & indiuidui in completi, seu esse hæcceitatem incompletam talem vt excludat rationem totius, nec habeat ius existendi à parte rei, nisi per ordinem ad constituendum totum. 5*to* Partes aliæ

sunt

ſunt *entitatiuæ*, ſeu ſubiecti quod quantiſatur, & aliæ quantitatiuæ, ſeu tam quantitatis, quam ſubiecti quantiſati. *6to* Partes quantitatiuæ aliæ ſunt *determinatæ* ſeu non communicantes, ſeu æquales vnicertæ; aliæ *indeterminatæ* ſeu proportionales. *7mo* Indiuiſibile aliud eſt *phyſicum* quod ratione ſuæ entitatis diuiſibile eſt, defectu tamen molis, ſeu ob nimiam paruitatem ſeu ex aliqua alia ratione diuidi non poteſt. Sic homo eſt *indiuiſibile phyſicum* quia corpus & anima non poſſunt ſeparari naturaliter ad conſiſtentiam ſeu permanentiam hominis. Aliud eſt *Geometricum ſeu Mathematicum* ſeu tantùm formaliter indiuiſibile quod in ſua entitate indiuiſibile eſt, diuiſibile tamen eſt virtualiter, vel quia occupat locum diuiſibilem, vel quia æquiualet pluribus, vt anima rationalis. Aliud eſt *Arithmeticum* ſeu etiam virtualiter indiuiſibile, quod nec per rationem diuidi poteſt: tale indiuiſibile ſolet dici eſſe punctum.

(186) II. Continuum iuxta Zenoniſtas componitur ex punctis, iiſque vel ſimplicibus, vel cornutis vel inflatis.

Com-

Contra est 1mo authoritas Concilij Constantiensis & Martini V. Papæ, in quod tsi irrepsisse authoritatem duntaxat putant priuatorum Zenonistæ, attamen & lla priuatorum authoritas magna est. *Contra 2do* puncta plura non facerent extensionem, nam deberent se penetrare, siquidem non tantùm se tangerent sed etiam vnirentur sibi seipsis totis, nisi enim totis seipsis sibi vniantur iam essent diuisibilia, siquidem subessent contradictorijs: vniri scilicet & non vniri, sed maximè vrgeri potest de puncto B in medio, A & C. *Contra 3tio* æqualis esset motus aquilæ & testitudinis, vtraque enim totidem temporis instantibus moueretur, nec morulas faceret. *Contra 4to* Oculus non videret obiectum maius quàm sit ipse. *Contra 5to* Circuli, globi, rotæ partes exteriores citissimè, inferiores minùs citò, infimæ tardiùs mouerentur, centrum verò non moueretur; Ergo. *Contra 6to* Linea non potest diuidi æqualiter, circuli excentrici & concentrici essent æquales.

DICES 1*mo* Arist: verba sunt pro hac sententia. ℞. Aristoteles ibi est locutus ex

mente

mente vulgi. DICES 2do Sphæra cadens in planum tangit planum in puncto, duæ Lineæ transuersæ secant se in puncto: Ergo. ℞. D. A. in puncto mathematico seu imaginario, seu negatiuo, quod significat negationem vlterioris diuisionis, seu extrinseco, per denominationem & æquiualentiam C. A. physico reali N. A.

(187) III. Continuum iuxtà Peripateticos constat ex partibus non punctis.

IV. Partes in Continuo etiam ratione partium formaliter, actu sunt distinctæ. *Ratio tum quia* sunt separabiles; *tum quia* in composito non perdunt suam entitatem; *tum quia* habent prædicata contradictoria, nempe existere in hoc loco & non existere in hoc loco: *tum quia* habent diuersas generationes, vt in nutritione animalis patet; *tum quia* Concil: Trident: definit Christum esse in Eucharistia & in singulis eius partibus: Ergo supponit dare partes *tum quia* quæ sunt indistincta actu habent vnitatem identitatis. DICES 1mo Arist: in multis locis docet; in continuo non esse dimidia actu sed potentiâ: Ergo. in continuo nó

sunt

sunt partes actu ante designationem. ℞. D. A. non esse actu totalia C. A partialia N. A. Sic enim etiam 8 Phys. t. 18. dicit materiam & formam non esse in composito actu sed potentia. DICES 2do Omnes partes aquæ sunt vna aqua: Ergo non distinguuntur actu. ℞. *1mo D. A.* sunt vna aqua vnitate integrali C. A. Essentiali N. A. ℞. *2do N. C.* quia corpus & anima sunt vnus homo & tamen distinguuntur. DICES *3tio* Continuum potest dici ens per se esse, quia constat ex partibus ad se ordinatis, atqui constaret ex pluribus indiuiduis: Ergo esset ens per accidens. ℞. *D. Mi.* indiuiduis completis N. Mi. incompletis, sicut homo ex materia & forma C. Mi. DICES *4to* materia sine quantitate tantùm potentiâ est diuisibilis: Ergo partes entitatiuæ non sunt distinctæ. ℞. *1mo T. A. D. C.* partes continui N. C. partes materiæ spoliatæ quantitate C. C. ℞. *2do N. C.* quia diuisibilitas supponit distinctionem. DICES *5to* In Continuo non est numerus: Ergo ℞. *N. C.* quia numerus est separatorum, seu quantitas discreta.

V. In vnaquaque determinata parte continui ſunt partes proportionales, aut quàm plurimæ & ſoli Deo notæ, aut infinitæ vel formaliter vel æquiualenter. *Ratio 1mi & 2di* quia ſic ſaluatur, quod ſphæra planum tangat in parte proportionata, & linea poteſt diuidi per medium, *tum quia* ſaluantur argumenta poſita contra Thomiſtas. *Ratio 3tij* quia anima rationalis æquiualet pluribus animabus, & intellectus idem eſt aſſentiens & diſſentiens. Ergo & vna determinata gutta poteſt æquiualere pluribus. *Impugnabis 2dum punctum 1mo.* Sequeretur vno papaueris grano etiam cælum poſſe tegi, partem eſſe æqualem toti; diuiſionem vnius grani non poſſe à Deo conſummari per totam æternitatem atqui hoc non: Ergo ℞. *1mo* aliqui *N. Mi.* ℞. *2do* vt ſequenti puncto. *Impugnatur 2do* illæ partes eſſent indiſtinctæ: Ergo. ℞. inter ſe eſſent diſtinctæ, à parte autem determinata non eſſent diſtinctæ, quia partes ſimul ſumptæ non diſtinguuntur à toto.

VI. Partes in continuo non ſunt infinitè

nitè diuiſibiles, ſed deuenitur ad minimũ ſeu vltimum diuiſibile; quod alij minimum phyſicum vocant. *Ratio* tum ex impugnatione præcedentis ſententiæ: *tum quia* ſequeretur dari actu infinitum, non tantùm in numero, ſed & in extenſione, ſiquidem illæ partes non ſe penetrarent; *tum quia* columna alta centum pedes, deberet etiam eſſe lata centum pedes.

VII. Illud vltimum diuiſibile ſunt duæ partes determinatæ, & à ſe per nullum agens naturale ſeparabiles. *Ratio* 1mò quia ſi vna tantùm pars eſſet non haberet quantitas quod extreiſaret. *Ratio* 2dò quia agens naturale materiam ſpoliare quantitate nequit. DICES Omnes in continuo partes ſunt in ſe diuiſibiles. ℞. *D. A.* Diuiſibiles ex ſe ſeu incerta mole C. A. defectu molis N. A. omnes enim res habent terminum paruitatis.

(188) VIII. Continuatio continui in recto eſt ipſa quantitas, pro formali autem dicit indiſtantiam cum negatione terminorum vtriuſque extremi, vel vniuntur partes ſeipſis.

 IX.

IX. Terminatiua continui sunt indiuisibilia negatiua, seu negatio vlterioris extensionis: vnde quando tangitur, illuminatur, videtur superficies, etiam profunditas tangitur.

ASSERTIO XV.
De Loco Intrinseco.
(189) §. I. De Loci Intrinseci natura.

I. VBi non est forma absoluta. *Ratio* quia non potest relinqui sine locato. Nam 1*mo* etiam non vnita vbicatio repræsentaret Petrum, sicut calor etiam non vnitus calefacit. 2*do* posset vbicatio Petri vniri Paulo, adeoq; repræsentare Paulum. 3*tio* motus Localis ad relictum vbi si est *diuersus* tunc diuersæ actiones non habent terminos diuersos: *Si idem* Ergo motus non esset alligatus certis causis & circumstantijs. 4*to* Sequeretur etiam actionem esse formam absolutam, & sessionem posse esse sine vbicato, visionem sine obiecto. 5*to* Albedo, sapor, volitio, ideo sunt absolutæ formæ: quia non sunt actuale exercitiū

sub-

subiecti : Sed vbicatio est actuale exercitium subiecti : Ergo.

II. Vbi non est modus, & saluatur sine modo. *Ratio 1mi* quia omnes res seipsis cöexistunt sibi, & tempori ; Ergo & loco : *tum quia* annihilatâ vbicatione adhuc Petrus esset in loco : *tum quia* nō potest assignari causa productiua istius præsentialitatis, nisi motus localis: Atqui in existentia Adæ non fuit motus localis: Ergo. *tum quia* motus localis non potest causare vbi tunc *quando existit motus*, quia tunc res adhuc non habet vbi, siquidem adhuc mouetur ad vbi, Nec tunc *quando non existit* quia non existente causâ non potest causari effectus. *Ratio 2di* quia transitus ad contradictorium & noua denominatio saluatur connotatione indistantiæ, aut positiuè acceptæ, quando entitas Petri connotat negationem suî non esse hîc, seu dicit se esse hîc : aut negatiuè acceptæ, aut quando entitas Petri & loci connotat negationem corporum intermediorum, aut spatiorum inter Petrum & locum ; distantia seu absentia negatiua, est negatio Petri hic : Distan-

tia autem positiua sunt corpora i
media, aut spatium inter locum & l
tum. Saluatur ergo transitus ad indi
tiam, & noua denominatio indistant
Petro, per connotationem indistan
aut negatiuè & formaliter, aut posi
& materialiter acceptæ. DICES *1mo*
catio est separabilis, est denominatio
na, alia in hoc quàm in alio loco: E
est distincta. ℞. *D. A.* separabilis n
alia secundum rectum, adæquatè sum
in circumstantia indistantiæ N. A. sec
dum obliquum &c. C. A. DICES
Ordo secundùm locum addit perfec
nem intrinsecè, sed esse in loco est o
secundùm locum: Ergo. ℞. *D. M*
addit physicè vel perfectionem physic
N. Ma. metaphysicè vel metaphysic
C. Ma. tales autem perfectiones de
muntur non semper ab entitate no
DICES *3tio* quæuis entitas est ex se in
ferens ad existendum in hoc loco: Er
hæc indistantia debet tolli per modali
tem aliquam. ℞. determinatur vi act
litatis motricis præuiæ coniungentis c
pus quod mouetur, extrinseco illi spati

DICES

Dices 4to Connotari indistantiam est
tiam esse contiguum aut penetratum :
rgo &c. ℞. D. *Ma.* connotare indistan-
iam, id est locatum & locum ac sine in-
eitate N. Ma. corpus & corpus ac cū
treitate C. Ma. *Pro reliquis Nota* 1mo
vacuo existens est in loco intrinseco.
do Præsentia Angeli in hoc loco conno-
t negationem intermedij alterius spatij.
tio Petrum esse hîc, non significat nul-
m alium esse hic : sed significat Petrum
negatione distantiæ ab hoc spatio. 4to
istantia negatiua tollitur per positiuam
titatem positiua per negationem inter-
ediorum corporum. 5to negatio di-
ntiæ, formalisat vbicationem ; nega-
tamen diuisionis, non formalisat v-
nem : *tum quia* potest esse indistantia
n tamen vnio ; *tum quia* ipsa diuisio,
vnionis negatio ; vnde negatio diui-
nis esset negatio negationis, negatio
em non formalisat negationem. 6to
us naturâ est Petrum esse hîc, quàm
i corpora intermedia. 7mo dum di-
non esse hîc, tollitur aliquid positi-
n, nempe ego ; pereo enim æquiua-

lenter (quia in ordine ad hunc locum ita habeor ac si non essem) etsi non formaliter & absolutè. 8uo motus localis non requiritur vt terminetur ad aliquid nouũ; quia motus localis non est actio productiua. 9no motus calefactionis terminatur ad nouum aliquid, quia est productio.

§. II. *Quotuplex est vbi, & quod cuiquè rei conueniat?*

I. Vbi est 1mo *Circumscriptiuum* quod conuenit rebus quantis quando scilicet singulæ partes locati, correspondent singulis partibus loci. 2do *Definitiuũ* quando totum est in toto, & totum in quauis parte loci, vt anima rationalis. Huc reuocatur vbi *immensitatis* quod conuenit Deo, & *vbi Sacramentale* quod conuenit Christo in Eucharistia & *vbi supernaturale* quod conuenit materiæ spoliatæ quantitate.

II. Omnia quæ habent proprias entitates distinctas, habent propriũ vbi. *Ratio tum quia* vbi non distinguitur ab entitate: *tum quia* potest esse Petrus existens hic & non esse quantitas: Ergo vbi non habetur

betur à quantitate. Dices Substantia tota vno motu mouetur, vnâ quantitate quantifatur, & in loco ponitur: Ergo etiam in toto habetur præsentia vna. R. N. C. præsentia enim non distinguitur à re. Hinc Nota 1mo positâ aut motâ quantitate, vel substantiâ omnes qualitates ponuntur totali moto, vel mouentur per accidens, id est, non ex primario intento; non autem per accidens, id est motu alieno. 2do materia mouetur & proprio & qualitatum motu. 3tio ab vna quantitate omnia accidentia sũt quanta, non tamen ab vna præsentia, præsentia; quia duæ quantitates sunt incompossibiles in eodem subiecto. 4to compositum est præsens mediâ quantitate non absolutè sed circumscriptiuè.

III. Vbi definitiuum conuenit omnibus rebus, spiritualibus naturaliter, & quidem aliquando adæquatum, aliquando inadæquatum, quia eadem anima rationalis, est in puero & in sene. 2do Rebus corporeis supernaturaliter conuenit, vt corpori Christi in Eucharistia. 3tio rei corporeæ, potest supernaturaliter conuenire

uenire simul & definitiuum & circumscriptiuum vbi, quia non tollitur primarius quantitatis effectus, nempe extreitas partium. 4to illa tamen res non haberet figuram organicam. 5to res spiritualis non potest etiam supernaturaliter habere vbi circumscriptiuum, quia non supponit extensionem partium in ordine ad se, vtpote indiuisibilis.

ASSERTIO XVI.

DE LOCO EXTRINSECO PLENO.

(190) §. I. De Natura Loci.

I. PRoprietas Loci est *1ma* vt ambiat seu conseruet locatum, quamuis non sine detrimento vel pugna. *2da* Vt Locus non sit materia aut forma sed aliquid distinctum à Locato. *3tia* Vt locus sit æqualis locato æqualitate, non quidem trinæ dimensionis, sed continentiæ. *4ta* vt locus sit separabilis à locato. *5ta* vt habeat sursum & deorsum. *6ta* vt sit terminus motûs localis.

II. Locus est superficies vltima (concaua) corporis continentis (seu ambientis) immobilis (non mobilitate vasis,

seu

seu non vt transferibilis, rebusq; transferendis, recondendis, retinendis deseruiens, sed quatenus ambiens, seu immobilis, id est si moueatur ab eo quod ambit iam non erit locus illius quod ambiebat. Hinc 1mo esse in foro, lapide, non est esse in loco, quia forum non ambit. 2do esse nauim in aqua potum in dolio, non est esse in loco, quia est vt in vase transferendis rebus deseruiente; quodsi tamen vas consideretur vt ambiens, habebit rationem loci. 3tio Esse in veste, stabulo, tantùm vulgariter non autem propriè est esse in loco, quia vestis hoc loco accipitur non ambiens sed vt deseruiens rebus honestandis. 4to Superficies àëris ambientis turrim immotam, & superficies aquæ ambientis piscem, & nauim fixam, vt est ambiens, est locus verus, vt autem præterlabitur seu vt transferibilis non est locus, quia vt transferibilis non ambit. 5to turris immota mutat locum extrinsecum quia non omnis locus extrinsecus, acquiritur motu locali, vt patet in creatione Adæ. 6to Locus est mobilis, motu sibi non repugnante, nempe

nempe circulari, ideo pertinet ad physi-
cam vel certè reductiuè. 7mo Locus aliù
est remotus, alius proximus.

(191) §. II. *De Rebus Locatis & non locatis.*

I. Devs sine definitione & mensura est in omni loco; esto per gloriam in cælo, per iustitiam in inferno & secundùm peculiares effectus dicatur esse tantùm in certis locis. *Ratio tum quia* inquit cælum & terram ego impleo: *tum quia* enter præsenter Deus est vbique potenter, imo Deus est etiam extra cælos; *tum quia* excelsior cælis factus, *tum quia* non dependet à spatijs, *tum quia* habet id connaturale per suam immensitatem, vt sit ibi vbi potest esse creatura, neque enim nouiter, incipiet esse ibi, vbi alter mundus crearetur, *tum quia* habitudinem ad cælum non dicit Deus, sicut non dixit ante creatum orbem. Dices Devs extra cælos esset in nihilo, & nullibi: Ergo, ℞. *D. A.* in nihilo extrinseci loci, & nullibi extrinsece ac localiter, C. A. in nihilo sui & nullibi intrinseco N. A.

II.

II. Cælum empyreũ seu vltima sphæra non est in loco. *Ratio* quia non habet superficiem concauam, quâ ambiatur: *tum quia* motu non potest acquirere locum, motus enim circularis non est ad acquirendum locum; *tum quia* in assignandis locis processus daretur in infinitum *tum quia* esse partem cæli in alia parte cæli, non est esse in loco, sicut pars ligni non est in alia parte ligni tanquam in loco.

III. Plura corpora quanta non possunt naturaliter, possunt tamen diuinitus esse in eodem loco. *Ratio* 1*mi* quia quantitatis effectus est impenetrabilitas. vnde dum in cineres infunditur aqua, & vinum in vitro commiscetur cum lacte, inuenit poros; dum Lamiæ dicuntur penetrare clausa, aut infascinant, aut vi dæmonis aperta habent. *Ratio* 2*di* quia effectus secundarius quantitatis, potest suppleri & impediri: & defacto Christus penetrauit ianuam sepulchrum, & duæ partes quantitatis continuæ defacto se in Eucharistia penetrant. Ageret porro & sensibus magis pateret, quod esset fortius.

IV. Idem corpus naturaliter non potest esse aut definitiuè aut circumscriptiuè in pluribus locis, supernaturaliter autem potest ita, vt in vno sit circumscriptiuè, in alio definitiuè. *Ratio* 1*mi* quia quantitas est ratio formalis, occupandi locum proportionatum. *Ratio* 2*di* quia Christus existens in cælo circumscriptiuè, definitiuè existit in Eucharistia vide item Assert. 15. § puncto 3.

(192) V. Imo potest diuinitus vnum corpus in pluribus locis adæquatis circumscriptiuè simul poni. *Ratio* 1*ma* quia Christus Saulo comparuit in terris, & plures Sancti simul in duobus Locis. DICES Comparuisse vel definitiuè vel deserto priore loco. *Contra Ratio* 2*da* magis connaturale est corpori poni bis circumscriptiuè, quàm semel circumscriptiuè & in alio loco definitiuè, aut in vtroq; definitiuè : Ergo. *Nota* verò illud corpus esset duo, diuisum, quantitatis duplicis, distans localiter à se aut virtualiter, non autem secundùm entitatem, & tangerent se secundùm locum. 2*do* non occuparet spatium maius se, quia id quod contine-

tur

tur in loco A, non est in loco B. *3tio* medietas replicata congrueret seu esset æqualis toti secundùm locum non secundùm entitatem, *4to* principium ex quo sensus potest colligere distinctam homogeneorum indiuiduationem, potest fallere, & defacto fallit in Eucharistia; quia etsi metaphysica principia sint infallibilia, physica tamen possunt fallere. *5to* cum replicato corpore, accidentia affixa loco non replicarentur, non affixa autem loco, si sunt debita naturæ, naturaliter reproducuntur; si autem non sunt debita naturæ, tunc ad eorum replicationem, est neutra exigentia, seu est indifferentia. *6to* accidentia contingentia post replicationem, aut sola *negatiua*, aut *sola ea* replicantur, quæ sunt à loco independentia, vt vulnus non percussio, aut *omnia* vel à Deo vel ab occulta qualitate; omnia enim habent cum subiecto connexionem, nec tamen fieret actio indistans secundùm entitatem, sed tantùm secundum locum; aut *Nulla*; potest enim amor & odium diuersis temporibus exerceri: Ergo & in diuersis locis; præterea

rea in replicatione acquiritur æquivalen-
tia ad plura, adeoque posset in vno lo-
co peccare, mori, damnari, & non in
alio; posset moueri motibus contrarijs.
7mo Roma & Pultouia essent idem inter
se respectu locabilitatis, seu contentiui-
tatis Petri, non autem in entitate. DICES
1mo Idem non potest habere plures fi-
guras: Ergo nec duplex circumscripti-
uum vbi. ℞. *N. C.* quia figura est indi-
stincta à quantitate. DICES 2do Idem
non potest esse simul in duobus corpori-
bus: Ergo nec in pluribus locis. ℞ *N. C.*
quia tempus inuoluit successionem, ac
proinde idem esset prius & posterius.
DICES 3tio Idem non potest poni simul
per diuersas præsentias bis in eodem lo-
co: Ergo. ℞. *T. A. N. C.* *tum quia*
præsentia non est distincta ab entitate,
tum quia modalis entitas affixa est loco.

(193) VI. Replicatio non per addu-
ctiuam, sed per productiuam fit actio-
nem. *Ratio tum quia* Petrus replicatus,
non esset discontiguus quoad entitatem;
transiret ad esse distantis quoad substan-
tiam: Ergo ponitur pluriter quoad sub-
stan-

stantiam *tum quia* esse vniter substantialiter, importat vniter positum ipsum esse substantiale: Ergo esse pluriter substantialiter importabit pluriter positum ipsũ esse substantiale; *tum quia* vbicationis munus est vnire subiectum loco, non autem continere substantialem replicationem subiecti; *tum quia* vbicatio si educeretur ex Petro hic Pultoniæ, deberet Romæ esse sine subiecto. DICES Angelus & anima rationalis, sine noua entitatis productione, extendunt se ad maiorem locum, Ergo ℞. *N. C.* quia Angelus & anima rationalis, non est tunc pluriter.

(194) *ASSERTIO XVII.*
DE LOCO NON PLENO.

I. LOcus non plenus est spatium imaginarium & vacuum. *Spatiũ imaginarium* est vacuum negatiuum interminatum seu non habens finem, estque merum nihil extra cælos. Vacuum autem terminatum, & habens finem, & positiuum, quod verè vacuum communi nomine dicitur, est superficies non repleta,

apta tamen repleri corpore, vel saltem quantitate solâ.

II. Non datur naturaliter vacuum. *Ratio tum quia* influxus àëris, vel potiùs cælestis, debet perficere sublunaria; *tum quia* experientia non diducendorum folliium, & aquæ non effluentis per foramina, nisi intret àër, item àërem extractum sequentis liquoris id probat. *Cauet porro natura vacuum* rarefactione, aut condensatione, aut attractione aliorum corporum, vt leuium deorsum, grauium sursum, quæ tractio est aut à vicino impellente, vel trabente, aut à propria virtute, indita enim est cuiuis cura cõmunis boni.

III. Potest supernaturaliter dari vacuum: quia nihil implicat; in eoq; potest fieri motus, grauium deorsum, non posset tamen fieri motus successiuus serpendo aut volendo per superficiem, quia auulsio ab vna parte superficiei, non permitteretur ob metum vacui, similiter si rotatus gladius, aut agitata manus tangeret superficiem, auelli non posset.

A S-

ASSERTIO XVIII.
DE MOTV.

(194) §. I. De Natura, Terminis & diuisione Motûs.

I. MOtus est actus entis (nempe rei existentis) in potentia, (nempè non habentis formam seu terminum) prout in potentia, (nempe prout tendentis ad formam seu terminum) *seu* motus est tendentia ad formam aut locum. Hinc creatio non est propriè motus quia est tendentia entis non existentis, similiter abrasio partium superfluarum potest dici non esse motus propriè quia est negatio.

II. Motus formaliter distinguitur ab actione & passione. Adearum tamen prædicamentum pertinet.

III. Motûs vnitas generica desumitur à termino ad Quem, & modo tendendi; non desumitur à termino à Quo quia potuit præcedens forma non præfuisse: Iam verò vnitas numerica, desumitur etiam, à subiecti & temporis vnitate. *Ratio* 1*mi* quia accidens non potest esse in duobus subiectis, vnde si canis de turri cadẽs mo-

riatur, alius erit motus. *Ratio 2di* quia motus non continuus, est moraliter tantùm, & non physicè motus. *Terminatur motus* ad Substantiam, Quantitatem, Qualitatem, & vbi.

IV. Motus 1*mo* est *Instantaneus*, quando forma tota simul in vno instanti producitur. 2*do Successiuus*, & est Lationis, Alterationis, & iuxta multos generationis. 3*tio Lationis* naturaliter est vel per *accidens*, vt si quis motu nauis vel equi feratur; *vel per se* vt cum Angelus vel homo ipse se mouet; 4*to Lationis est* vel naturalis, vel violentus, vt in trusis, proiectis. 5*to* Lationis præterea est Tardus, velox, directus, reflexus.

(195) §. II. De Motu Instantaneo & Successiuo.

I. Non soli successiuo, sed etiam instantaneo motui, conuenit definitio præfata motûs. *Ratio* quia est via ad terminum; nam ex se relinquit subiectum partim in potentia, partim in actu; id est non actuat subiectum, & cum forma coniungitur realiter non tamen formaliter,

ter, & ex se; *tum quia* Arist: dicit, mutatur enim semper id quod mutatur, vel secundum substantiam, vel qualitatem, vel quantitatem, vel secundùm vbi.

II. De motu successiuo dicendum est 1*mo* Successio non est mera negatio, simultaneæ existentiæ partium nec mera vel actio prioris & posterioris, sed est tendentia diuisibilis ad terminum. 2*do* causa successionis est formæ diuisibilitas, subiecti extensio, limitata virtus agentis, & repugnantia positiuorum terminorum à Quo & adQuē. 3*tio* Motus successiuus est continuus non discretus, seu non habet morulas quia si lapis vnius libræ sistit per tres morulas trium instantium; Ergo lapis duarum librarum per duas morulas sistet, & trium per vnam, & lapis quatuor librarum per nullam, *tum quia* sequeretur hominem cadentem, non concuti: *tum quia* causa necessaria, positis omnibus requisitis necessario agit. 4*to* Etiam in puncto reflexionis est motus continuus, seu mobile non quiescit. *Ratio* quia tum grauitas iam habet omnia requisita, impulsus enim est indifferens ac pro-

proinde æqualitas seu indifferentia tollitur per grauitatem: *tum quia* lapis incidens in granum papaueris deberet quiescere: *tum quia* causa quietis nec est grauitas quia hæc necessariò tendit deorsum, nec impulsus quia deficit: *tum quia* victoria tantùm est ab excessu: atqui impulsus vt quatuor, & grauitas vt quatuor sunt tantùm in actiuitate æqualia, inæqualia autem in hoc, quia grauitas est determinata ad motum deorsum impulsus autem est indifferens: Ergo. *tum quia* vt quiescere dicatur, debet per prius & posterius temporis existere: atqui non existit, quia tot sunt partes motûs, quot temporis, tempus enim est passio motûs: Ergo. *tum quia* ænea pila atro colore tincta, proiecta sursum occurrens sibi corpus durum, tingeret in descensione; Inter pilam & parietem esset àër, vel non posset per accidens resilire ab omnibus simul partibus; *tum quia* idem paries est terminus ad quem & à quo respectu diuerso; *5to* Motui locali ita est essentialis successio, vt eius partes non possint esse simul: *tum quia* per hoc distinguitur ab instan-

inſtantaneo : *tum quia* localis motus, eſt tranſitus per medium. Hinc ſi Petrus exiſtens Pultouiæ poneretur Romæ, non pertranſito medio, non eſſet motus localis : *tum quia* motus localis eſt intrinſecè mutatio ſpatij. *6to* Motui Alterationis, Augmentationis, ſucceſſio non eſſentia, ſed proprietas naturalis, vnde diuinitus poteſt fieri in inſtanti ; *7mo* In motu ſucceſſiuo non datur mutatum eſſe indiuiſibile, quia nec in entibus permanentibus datur. *8uo* Indiuiſibile poſſe moueri motu ſucceſſiuo multi docent, quia Angelus ſic mouetur, ſed dicendum implicat poſſe moueri, quia implicat in ſe : talis enim motus deberet illi conuenire quale eſſe non implicaret, ſeu proportionatus, vnde ſi illi non implicaret eſſe indiuiſibile, non implicaret etiam illi motus proportionatus.

(197) §. III. De Motu locali per ſe & per accidens.

I. Motus localis per ſe (vt cum homo ſeipſum mouet) *1mo* non eſt diſtinctus à mobili, quia Ariſt. inquit, motum nihil

eſſe

esse præter res. *2do* debet connotare aliquid, *tum quia* motus dicitur recipi in mobili nihil autem in seipso recipitur; *tum quia* nihil mutari dicitur nisi secundùm acquisitionem noui termini: *tum quia* noua denominatio & transitus ad contradictorium debet saluari. *3tio* connotatum, hoc assignari solet, vel *1mo* locus maior se; adeoque motus est ipsum mobile vnitum successiuè loco maiori se. *Contra tum quia* motus potest esse in vacuo, & extra cælos: *tum quia* non redditur ratio, per quid transitur à non loco ad locum, *vel 2do* negatio distantiæ à termino non permanente, sed fluente, seu successiuè accquisitæ. *Contra* tum quia quæritur per quid negatio distantiæ saluatur? tum quia posset mobile per sui replicationem approximari termino, *vel 3tio* negatio distantiæ à termino successiuè acquisitæ, sine replicatione mobilis. *Contra* tum quia potest esse terminus, seu locus approximatus, absque mobilis replicatione, nec tamen erit motus: *tum quia* mobile acquirit locum ferendo seipsum; quæritur ergo per quid transit à non esse

se

se ferentis, ad esse ferentis; cum illa successio non sit in negatione distantiæ, *vel* 4*to* negatio distantiæ à termino non approximato, successiuè acquisito à mobili non replicato. *Contra tum quia* mobile debet localem motum efficere quod autem efficitur, est distinctum realiter: *tum quia* adhuc quæritur, per quid mobile transit ad esse hîc, seu habentis indistantiam, siquidem illam alio modo habere potest; vel potius 5*to* determinatio modalis, quâ mobile determinat se ad esse illic vbi non fuit: *Modalis* dixi, non autem voluntatis, seu deliberatio; dixi *quâ mobile*, quia si Petro se locus approximaret, iam Petrus non haberet rationem mobilis. Dixi *ad esse illic*, id est ad esse in Loco, vel vacuo, vel spatio imaginario, adeoque motum non explico per locum. *Addo* ista determinatio potest produci vel successiuè in motu, vel eadem eductione.

II. Motus localis per accidens (quando scilicet aliquis naui vel equo fertur) nullam connotat modalitatem aut motũ proprium. *Ratio* 1*ma* Quod mouetur

 motu

motu proprio, mouetur motu in se recepto; sed Petrus vectus naui non mouetur motu in se recepto. *Ratio 2da* Aristo: inquit 14 Phys: t. 32 "hæc enim sic transmutant locum, quia id in quo sunt transmutatur." *Ratio 3tia* Dæmon in energumeno non mouetur motu in se recepto, quia non est capax recipiendi motum materialem. *Ratio 4ta* Transitus à non esse illic ad esse illic moti per accidens sufficienter saluatur, per copulationem cum moto per se, vnde Christus in Eucharistia mouetur motu accidentium vel potiùs motis accidentibus, & Angelus supposito quod nolit deserere nauim, motâ naui mouetur.

III. Accidentia non mouentur motu proprio, sed substantiæ vel quantitatis, quia etiam per quantitatem extenduntur. Alij verò docent moueri, motu proprio, quia separabilis est hic motus à substantia, seu composito.

(198) §. IV. De Motu violento, Reflexo, Directo &c. Proiectorum, Trusorū.

I. Principium directi motus in trusis, pro-

proiectis, circularibus; Aliqui assignant, 1*mo* grauitatem & leuitatem, quæ à proijciente determinetur. *Contra* quia hæc determinatio debet esse per productionem alicuius effectûs: *tum quia* sequitur grauitatem & leuitatem esse eiusdem rationis, 2*do* alij dicunt primam motûs partem produci à proijciente, secundam à 1*ma* &c. *Contra* tũ quia actio non potest pendere ab actione: *tum quia* prima pars causaret dum non existeret: *tum quia* semel proiectus lapis nunquam cessaret à motu. 3*tio* alij docent 1*mo* commoueri mediũ v. g. aquam, àërem, à proijciente, in vlterioribus autem instantibus moueri mobile à medio; *Contra* tum quia, omnia corpora deberent æqualiter moueri; *tum quia* graues lapides àëre à nobis moto non mouentur. 4*to* Communiter docetur; hoc principium esse impulsus mobili à proijciente impressus: *Ratio* tum quia motus proiectorum ab omnibus tribuitur proijcienti tanquam principali: Ergo impulsus erit instrumentum: tum quia Arist. 8. Phys. t. 29. contra Platonem censuit, proiecto

 impri-

imprimi potentiam *tùm quia* ipse proijciens, non potest esse præsens ad proiectum, sicut est præsens ad tractionem. Hic porro impulsus est: 1*mo* qualitas physica materialis 2*do* indifferens ad motum sursum, deorsum, determinatur à proijciente. 3*tio* educitur è mobili, & in eo recipitur, permeando illud totum, vt lux corpora diaphana, & virtus magnetica ferrum prouocat. 4*to* generatur aliquando cum motu locali, aliquando sine eo, vt expulsio sanguinis, & euocatio ferri à magnete. 5*to* iuuatur à medio, vt quando pila vel lapis cadit deorsum. 6*to* agens vt producat impulsum, adhibet media, rarefactionem condensationem; vt dum arcus intenditur, antequam concaua superficies condenseur, conuexa rarefit. 7*mo* Corrumpitur impulsus ad exigentiam subiecti, & eò citiùs quo minor fuit virtus impressa proijcientis.

II. Motus reflexi & resilientis causa aliquando est solum proijciens, quia etiã reflexio Luminis non fit à speculo, sed ab agente directè producente Lumen: Item non est maior ratio, cur potiùs motus

tus proijcientis deberet habere rationem conditionis quàm corpus obsistens præterea paries immotus manet. Aliquando solùm obsistens quia pila ex tenuissimis filis ruptis decidens resilit, sed potest dici quod resilit ob àéris leuitatem plumis inclusam, & impulsum impressum etiam ab àére contingente imò & à grauitate, cuius motus in fine velocior. *Aliquando vtrumq;* quia pila allisa resilit fortius, quam si sola cadat in terram, vel dic causari à *proijciente* vel elidente, dependenter tam ē ab obstante XII. Motus in puncto reflexionis non quiescit vide num. 196.

(199) §. V. De Motu tardo & veloci.

I. Velocitas est accidens Logicum, & est breui tempore magni & notabilis spatij permeatio, seu est commensuratio rei mobilis cum pluribus partibus motus circularis cælestis, & pluribus partibus spatij: efficiens eius causa est maior virtus in motore materialis est subiectum meliùs dispositum quale est figuræ acutæ circularis.

II. Grauium & leuium motus in fine

velocior est, *Ratio* quia naturalis impetus acquiritur semper maior et maior.

III. Proiectorum motus est velocior in medio quàm in fine, quia & præcedens impulsus retinetur, & in medio intenditur per motum & medium coadiuuans; in fine autem incipit deficere ratione defectibilitatis naturæ, & ratione grauitatis naturaliter in motum contrarium inclinantis, exigentis à Deo dicti impetûs corruptionem.

ASSERTIO XIX.

DE TEMPORE

(200) *§. I. De Tempore Intrinseco seu Duratione.*

I. DVratio est ipsa rei existentia, seu entitas existens, connotans aut negationem defectibilitatis, aut terminos existentiæ recedentes, vel subsequentes positos vel negatos. *Ratio 1mi* quia duratio *1mo* non est forma absoluta, siquidem non potest separari ad permanentiam nec est indifferens ad existendum hodie vel cras. *2do* non est ipsa actio rei conseruatiua: *tum quia* possibilis est actio identificata

icata termino, vt si terminus depen-
ret essentialiter à causa: *tum quia* actus
noris elicitus per sex instantia, sexiges
beret exercitium distinctum libertatis.
io nec est mensura, quia mensura acti-
est extrinseca, passiua autem est pro-
ietas. *Ratio 2di* quia productio con-
otat negationem existentiæ, immediatè
ræcedentis, *conseruatio* connotat produ-
ionem præcedentem, existentia dicit
ctualitatem extra causas, aut negatio-
em præexistentiæ, quæ præcessit: Ergo
Duratio est existentia non deficiens. *Ra-*
o 2da est, per id determinatur ad, du-
andum pro sequenti instanti per quod
eterminatur ad existendũ pro sequenti
nstanti: atqui ad existendum pro se-
quenti instanti, non determinatur per ex-
trinsecum tempus, nec per absolutam
formam simultatis, seu coexistentiæ ad
tempus extrinsecum: Ergo. *Ratio 3tia*
non potest connotari præfuisse, siquidem
ab æterno, nihil fuit, nisi dicas, duratio-
nem ab æterno non esse proprie dura-
tionem.

II. Duratio ita diuiditur sicut res, vt alia sit permanens, alia successiua.

III. Omnes res incipiunt intrinsecè & desinunt extrinsecè. *Ratio 1mi* quia quod incipit esse, est: non autem non est. *Ratio 2di tum quia* desitio non importat esse: *tum quia* inceptioni & desitioni talis est tribuendus modus, vt materia nec omni forma careat, nec simul duas habeat.

(201) §. II. De Tempore Extrinseco.

I. Tempus est numerus (seu mensura) motûs secundùm prius & posterius: Id est sicut substantia partium extreitatem habet à quantitate, ita motus fluxum partium seu extreitatem prioris & posterioris, habet à tempore. *Aduerte autem 1mo* Tempus non distinguitur realiter à motu: quia tempus est duratio motûs. *2do* tempus non est numerus numerans abstractè, seu quod sit intellectûs actus, sed est numerus numerabilis & actiuè & passiuè, seu est ipse motus, qui mensurare cæteros motus potest, & ipse mensurari per aliquam sui partem, vt orgia per primam vlnam. *3tio* Tempus spectatum secun-

cundùm durationem & fundamentalem mensuram, non pendet ab anima, ast secundum actualem mensuram ab ea pendet. *4to* Tempus est passio motûs. *5to* omnis quidem motus generaliter est tempus, potiùs tamen dicitur tempus motus vniuersalis, ac magis notus, vt est motus orbium cælestium. *6to* tempus non dicitur propriè numerus seu mensura quietis, rerumque permanentium, quia res indiuisibiliter totæ perseuerantes absque fluxu, non dicuntur propriè esse in tempore. *7mo* partes successiuas ex se motus habet radicaliter, formaliter autem à tempore. *8uo* idem motus vt est egrediens ab agente, est actio, in quantum consideratur vt receptio, dicitur passio, in quantum autem facit partes esse successiuas, est quantitas; in quantum deniq; consideratur faciens substantiam tanta vel tanta duratione permanentem, est prædicamentum Quando.

(202) II. In tempore mathematicè accepto, datur nunc indiuisibile quod tamen non existit formaliter, sed fundamentaliter. *Ratio 1mi* quia tempus mathema-

thematicè acceptum est tempus inadæquatè, inchoatiuè, & tanquàm hoc aliquid demonstrabile: Ergo non inuoluit rationem prioris & posterioris. *Ratio 2di* quia Arist. 4. Phys. t. 34. insinuat *Nunc* seu instans esse quid imaginarium. *Ratio 3tij* quia hic motus qui est tardior poterat esse velocior.

III. In tempore phylosophicè accepto, non datur instans post instans indiuisibile. *Ratio tum quia* Arist. 4. Phys. t. 34. ait. *Nunc* esse quid imaginarium; *tum quia* quod definitiuè inuoluit non nunc, rationem prioris & posterioris, rationem temporis completi, illud excludit *Nunc* seu actu esse. Dices 1mo Dicimus aliquid fieri in puncto, in momento; creationem esse in instanti; Angelum de loco in locum transire in instanti, posse Angelum in vno instanti annihilari; Ergo &c. ℞. D. A. In momento, instanti, indiuisibili, formaliter, physicè accepto, intrinseco N. A. id est totum simul, in instanti extrinseco, quod est actio creata aut annihilata, mathematicè fundamentaliter C. A. Dices 2do Angelus & mate-

materia ſpoliata quantitate eſt indiuiſibilis; Ergo datur etiam indiuiſibile in tempore. ℞. *N. C.* quia in tempore eſt ratio prioris & poſterioris, quæ non poteſt eſſe indiuiſibilis. DICES 3*tio* Veritas præteriti & futuri, pendet à præſenti: ſed de tempore verificatur præteritum & futurum: Ergo verificatur etiam *Nunc* ℞. vt ad primam obiectionem.

IV. In tempore philoſophico non datur poſitiuum nunc copulatiuum, terminatiunm aut inchoatiuum. *Ratio tum quia*, Ariſt 4 Phyſ. t. 13. propè medium inquit," ipſum nunc temporis transacti eſt finis, principium autem conſequentis: atqui tempus ſeipſo eſt tranſactum, & ſeipſo eſt conſequens: Ergo &c. DICES Ariſt. 4. Phyſ. c. 3. inquit: ipſum *nunc* continuatio atque vltimum temporis eſt: Ergo. ℞. *Exp. A.* Nunc negatiunm C. A. poſitiuum N. A.

(203) V. Tempus ergo à parte rei eſt præſens ratione ſolius præteriti & futuri. *Ratio* tum ex præcedenti puncto: *tum quia* tempus eſt continuatio præteriti, ſeu coniuctio præteriti cum futuro;

præ-

præteritum autem & futurum coniunguntur seipsis. Vnde tempus à parte rei existit accommodatè ad suam essentiam, seu successiuè; est totum reale successiuū non permanens, habet actu entitatem successiuam; habet nunc successiuum, quod iam existit iam non existit successiuè. Dices Tempus non existit positiue sed tantum negatiuè, sicut negationes, & priuationes: Ergo tempus est nihil actu. ℞ *N. A.* quia partes temporis non sunt præteritum & futurum absolutè sed tantùm præsentes absolutè, quæ dicuntur præteritum & futurum comparatiuè ad se; quia scilicet quando præterita pars fluit, futura non fluit, & futura quando fluit præterita non fluit.

VI. Tempus & motus in ratione entis potest reproduci, non autem in ratione præteriti.

PHILOSOPHIÆ ARISTOTELIS.

EXPLICATÆ

PER

P. ADAMVM QVIRINVM KRASNODĘBSKI.

SOCIETATIS IESV.

PARS ALTERA.

VARSAVIÆ,
Typis Elertianis.

IN IV. COELORUM AC DUOS DE ORTU ET INTERITU ARISTOTELIS LIBROS.

De Corpore Inanimato

ASSERTIO I.

De Corpore ingenerabili & incorruptibili.

(204) §. I. *De Mundo.*

I. MUndus est aggregatum creaturarum: Vnicus est, non vnitate vnionis seu compositionis, sed vnitate aggregationis & subordinationis seu ordinis; possibiles tamen sunt plures, cum proprijs centris: quidquid verò crearetur, non esset extra latitudinem horum quatuor graduum, nempe, esse, viuere, sentire, intelligere. *item*, non esset ille alter mundus perfectior secundùm substantialem perfectionem, seu secundùm essentialia prædicata, secundùm ordinem & dispositionem in regiminis proportione, fine; posset autem esse perfectior quoad perfectiores vel imperfectiores

creaturas, quoad earum pluralitatem, durationem, & accidentia aliqua.

II. Generationum collectio siue finita, siue infinita, & quæuis entia successiua, immò & permanentia non poterant esse ab æterno. *Ratio 1mi & 2di* quia tolleretur ratio prioris & posterioris, ac proinde ratio successionis, deberet enim assignari quid esset prius posteriore, vel posterius simul cum priore: præterea in ea collectione tota, videret Deus vnum, qui esset à se creatus, & alium, qui solùm esset progenitus à creato, ac proinde videret primum & secundum. *Rati 3tij tum quia* SS. PP. Deum Filium probant nõ esse creaturam, quia est ab æterno: tum quia creatura non tantùm ex non esse subiecti, sed & ex non esse sui formali fit; alias illa creatura non fuisset nõ ens ex se, sed semper ens: *item*, creatio non conferret esse, siquidem esse non ab fuisset: *tum quia* creatura non potest coexistere omni loco: ergo nec omni tempori: *tum quia* hæc creatura esset perfectissima in duratione: *tum quia* deberet de illa creatura verificari quod *iam f*

atqui

atqui nō posset verificari: quia de eo verificatur iam fieri, de quo verificatur quod immediate ante non fuit: Ergo. DICES 1*mo* Datur æternitas à parte post: possibilis est creatura perfectior & perfectior: possunt decem homines simul se percutere inuicem: Ergo. 2*do* Sol eo tempore quo existit, emanat lucem: Ergo. & Deus ab æterno producit. 3*tio* Deus ab æterno habuit potentiam producendi creaturam; & creatura erat ab æterno possibilis: Ergo. 4*to* Tempus non incipit in tempore: Ergo est ab æterno. 5*to* Non est tempus cogitabile, quo non priùs & priùs creatura potuit fieri: Ergo deuenietur ad initium æternitatis. ℞. 1*mi* N. C. quia tolleretur ratio prioris & posterioris, & crearetur aliquid non ex negatione sui. 2*di* N. C. ob rationes præcedentes. 3*tij* D. A. ab æterno pro æterno N. A pro tempore C. A. 4*ti* D. A. in tempore extrinseco T. A. intrinseco N. A. sicut enim albedo seipsâ est alba, ita tempus seipso est in tempore. 5*ti* N. C.

I. Cælum est simplex, in quantum est quintæ essentiæ, seu non constans quatuor elementis: non simplex autem, quia constat materiâ & formâ. *Ratio 1mi* quia motus circularis cælo soli conuenit: iam verò eminenter in se continet, & primas quatuor qualitates, & elementa. *Ratio 2di tum* ex communi Theologorum sensu: *tum quia* cælum est corpus. II. Cæli possunt dici esse generati ob priuationem aptitudinalem: corruptibiles quoq; per se, etsi defectu agentis, tantum secundùm accidentia sunt corruptibiles. III. Tres cæli sunt, Empyreum, Æthereum seu Stellatū, Aëreum. *Ratio* quia S. Paulus fuit in 3*tio* cælo, quod vocat paradysum, seu Empyreum; firmamentum Deus fecit, & volucrum cælum dicitur. IV. Omnes cæli & astra ratione materiæ non differunt specie & inter se & à nostratibus corporibus; at verò ratione formæ differunt & inter se, & à sublunaribus. V. Ex astris possunt prædici quidam influxus & euenta; non tamen ea,

quæ

quæ ſunt contingentia & libera. VI. Saltem vnum cælum eſt fluidum. *Ratio tum quia* ſtellæ in eo, tanquam piſces in aqua permeant: *tum quia* luna habet cauitates, adeoq́ue non perfectè eſt plana: Ergo debet volui per fluidum. VII. Sol dum eſt in apogæo, diſtat à terra milliaribus Germanicis 1147240. dum eſt in perigæo, diſtat milliaribus 982120. Luna interdum diſtat milliar. 49565. interdum 46769. Aſtra fixa diſtant à terra mill. 12040000. Luna dum eſt in oppoſitione cum ſole, diſtat ab eo mill. 1100470. Stellæ firmamenti eleuantur ſupra ſolem exiſtentem in apogæo, mill. 18092760. Terræ longitudo eſt milliarum 1720. circumferentia 5400. Sol terram ſuperat magnitudine 166. vicibus vel potiùs 196. Lunam verò vicibus 10378; hæc quoq; ipſa, minor eſt quàm terra vicibus 39.

ASSERTIO II.
De Corpore Generabili Et Corrvptibili.

Generatio eſt vel ſecundum totum compoſitum, & propriè generatio dicitur:

vel secundum partem substantiæ, vt in Augmentatione & Nutritione, vel secundùm quantitatem, vt in rarefactione & condensatione vel secundùm qualitatem, vt in Intensione.

(206) §. I. *De Generatione secundùm totum compositum.*

I. DEfinitur generatio 1*mo* ex Arist. est mutatio totiùs (seu compositi) in totum, nullo sensibili (seu præterito subiecto, quod accidentium erat subiectum denominationis) manente vt subiecto eodem. Hæc definitio solis creatis, illisq; ordinarijs conuenit; non conuenit autem (iuxta aliquos) cælis, & casu, quo materia & forma essent ad se inuicem determinatæ essentialiter, quia ibi priuatio non esse dicitur; & iuxta omnes, non conuenit illi generetioni, quæ non est mutatio. Ex alijs, generatio est productio ex præexistente aliquo, essentialiter ordinata ad ponendum proportionaliter totum. Dicitur 1*mo* *productio ex præexistente*, quia generatio non est creatio: item etiam Verbum Diuinum

est

eſt ex aliquo præexiſtente. Dicitur *2do Eſſentialiter ordinata ad ponendum totum*: vnde eductio non eſt generatio, poteſt enim educi forma, non tamen vniri. Dicitur *3tio ad ponendum totum*; quia in Diuinis non eſt compoſitum, eſt tamen totum, quamuis non neutraliter ſumptum, ſed maſculinè adiectiuè: in Diuinis enim licet non ſint tria tota, ſunt tamen tres habentes rationem totius; ſeu non ſunt tres Dij, ſunt tamen tres habentes rationem Dei vel Deitatis. Dicitur *4to proportionaliter*, nempe vel ſubſtantiale vel accidentale. *Item* ad ponendum vel per natiuitatem, ſi ſit viuens, vel per ſimplicem generationem, ſi non ſit viuens.

(207) II. Non omnis generatio eſt mutatio. *Ratio* quia etſi in cælis, alijſq; creatis compoſitis poteſt dici eſſe mutatio, quòd formam præcedat naturâ priuatio negatiua ſeu aptitudinalis: attamen in Diuinis nulla ratione eſt priuatio, etſi ſit generatio.

(208) III. Poteſt eſſe conuerſio & non eſſe generatio, item, poteſt eſſe generatio & non eſſe conuerſio. *Ratio 1mi*

quia generatio requirit productionem termini noui, non requirit conuersio, vt patet in Eucharistia. *Ratio 2di* quia in generatione non annihilatur totum formaliter, sed tantùm totum denominatiuè, in conuersione autem totum formaliter, vt similiter patet in Eucharistia: *tum quia* in generatione, quod manet, est commune & præcedenti & subsequenti quod est materia; in conuersione autem quod & præcedenti & subsequenti est commune, est simul proprium termini à Quo, non autem termini ad Quem: vnde dum species Eucharisticæ transeunt in Chilum, non dicitur Christus D. conuerti in chilum, quia illæ species non erant propriæ eius: *tum quia* in generatione non requiritur vt præcedat terminus à Quo, vt patet in cælis & elementis, requiritur in conuersione: *tum quia* generatio non requirit prioris formæ annihilationem, immò nec separationem à materia, nec destructionem partis compositi, vt contingeret, si in composito lupi generaretur agnus; at verò conuersio etiam partialis, requirit prioris formæ, etsi probabiliter

non

non annihilationem; tamen separationem à materia.

IV. Subiectum generationis passiuæ est idem quod subiectum formarum materialium substantialiũ & accidentaliũ, ac determinationis modalis, hæc enim sunt terminus generationis, vt alibi ditur.

(209) V. Generatio viuentis sumpta pro processione à quocunque agente, vt ranæ à sole, vermium ex cadauere est origo animati: at verò sumpta pro natiuitate, seu vt viuentis à viuente, est origo viuentis à viuente vt principio coniuncto in similitudinem naturæ. Dicitur 1mo *Origo* id est processio seu productio. 2do *viuentis*, vt excludatur generatio ignis ab igne. 3tio *vt viuente*, id est non mortuo modo se; habente, sed vitaliter operante: vnde capilli & vngues iuxta multos non dicuntur generari, sunt enim à viuente habente se mortuo modo, seu non vitaliter. 4to *principio vt coniuncto* seu communicante aliquid sui, seu per aliquid sui existens in genito, nempe vel per identitatem vt in Diuinis, vel decisionem seminis vt in animalibus,

vel

vel per communicationem partis vt in plantis: hinc pulli ex ouis anatis suppositis gallinæ sunt geniti ab anate; quia etsi non localiter, per virtutem tamen suæ substantiæ coniungitur pullis: at contra Incubi actio & gallinæ non est generatio. *5to in similitudinem naturæ*, quæ similitudo sufficit, quod sit æquiuoca & generica seu in ratione vitæ vt generatio muli ex equo & asina; vel similitudo secundùm formam, vt quando homo generatur ab homine, vel secundùm naturam, vt in Diuinis, aut secundum actionem. *6to Naturæ*, quæ est principium motûs ad intra, qualis est cognitio in Diuinis, incuius similitudinē procedit Filius. *Aduerte 1mo* ad viuentis generationem non requiritur cognitio: nam esto Adam sciuisset & intendisset eductionem Euæ ex costa sua; tamen non fuisset generatio, quia habebat se mortuo modo. *Aduerte 2do* Genitus ex non cognoscitiuis viuentibus, non vocatur *filius* solùm ex vsu.

VI. Generatio substantialis secundùm se est instantanea, per accidens potest esse

ſucceſſiua. *Ratio 1mi tum quia* forma ſtantialis non ſuſcipit magis & minùs: *m quia* partes ſubſtantiales extenſiuæ a petunt & ſe ſucceſſionem: *tum quia* neratio cæli & terræ eſt in inſtanti. *tio 2di* quia poteſt contingere, vt ſubtum diſponatur ſucceſſiuè.

VII. Quando eſt generatio vnius, tunc corruptio alterius, & viciſſim. *Ra-* quia materia nec ſine omni forma, c ſub pluribus eſſe poteſt. Nec quitur quòd nec minuatur nec augeatur numerus indiuiduorum; corruptio im totius indiuidui, non eſt neceſſariò neratio alteriùs totius indiuidui, ſic m lupus vorat agnum; minuitur numerus totalium indiuiduorum in agnis ontra corruptio vnius bouis eſt generatio plurium apum.

(210) VIII. Generatio & corruptio *ſtinguuntur 1mo eſſentialiter*, quando ſuuntur pro motu: *tum quia* habent dirſum terminum ad Quem: *tum quia* rruptio eſt impropriè motus. *2do diſtinguuntur realiter*, quando ſumuntur foraliter; *tum quia* negatio & res diſtin-

guun-

guuntur realiter : *tum quia* poteſt eſſe generatio ignis & non ſequi corruptio ligni : *tum quia* corruptio non formaliter ſed cauſaliter accepta prædicatur in recto de generatione ; id autem ſolum eſt identificatum ſubiecto, quod de eo in recto prædicatur ſumptum formaliter. 3*tio* Corruptio cauſaliter accepta ; eſt idem realiter cum generationis motu, quia ſic accepta eſt actio productiua formæ, in quantum hæc actio eſt radix & cauſa vt corrumpatur præcedens forma. 4*to* Generatio formaliter accepta eſt prior naturâ quàm corruptio : hæc enim eſt effectus ſecundarius generationis ; cauſa autem eſt prior ſuo effectu. 5*to* Corruptionem natura nõ intendit per ſe & primariò ; nihil enim inclinat in ſui corruptionem : intendit tamen ſecundariò & & per accidens ſeu concomitanter, quatenus ſcilicet, intendit vniuerſi bonum & ordinem.

(211) IX. In corruptione totius ſubſtantialis non fit reſolutio vſq; ad materiam primam, ac proinde accidentia, communia genito & corrupto non deſtruuntur,

tur, sed permanent non tantùm specie, sed & numero eadem. *Ratio tum* ex Arist. authoritate: *tum quia* dispositiones debent antecedere formam, & quidem hæ, quæ antecedunt, non possunt causari à forma aut præcedente, aut sequente, aut ab accidentibus, siquidem hæc non essent: *tum quia* tribus tantùm modis accidens perire potest: *vel* per interitum subiecti, *vel* per inductionem contrarij sui *vel* per cessationem causæ conseruantis; in corruptione autem nihil horum adest: *tum quia* in interitu hominis manet eadem figura, color, cicatrices in sepulchro Christi Domini: *tum quia* Elementa Symbola (vt ait Arist:) faciliùs in se transmutantur quàm dissymbola, vt aër in aquam propter humiditatem: *tum quia* Arist. Democritum docentem quòd forma sit figura, refutans infert: Ergo *homo mortuus viuit, siquidem eandem retinet figuram.*

Dices 1*mo* Ex Arist. in generatione nil manet sensibile vt subiectum; alteratio subiectatur in ente in actu, nempe in composito: Ergo. 2*do* ex Aristot. de-

ſtructis primis ſubſtantijs nil manet : in transſmutatione oportet venire ad materiam : Ergo. 3*tio* etſi non formaliter, tamen finaliter cauſa accidentium in materia eſt forma : Ergo accidentia ſunt poſteriora formâ ſubſtantiali. ℞. 1*mi* D. A. & C. vt ſubiectum, in compoſito, vt ſubiecto denominationis C. vt receptionis N. 2*di* D. A. deſtructis totaliter, ſeu in totali tranſmutatione C. A. partialiter, ſolùm ſecundùm formam ſubſtantialem N. A. 3*tij* D. C. ſunt poſteriora intentione C. C. executione N. C.

(212) §. II. De generatione ſecundùm partem ſubſtantiæ, ſeu de Augmentatione, Nutritione.

I. Augmentatio eſt motus à minori ſubſtantia ad maiorem, etiam ſine intusſumptione, vt quando arbor augmentatur per inſertum ramum : Nutritio autem eſt motus vitalis à ſubſtantia alimenti intro-ſumpti ad ſubſtantiam aliti, ſeu eſt conuerſio alimenti in ſubſtantiam aliti virtute vitali intrinſecâ ipſi viuenti, facta.
II. Sicut generatio, ita & augmentatio

&

& nutritio ex se fit instantaneè, quia tunc inducitur, cùm est dispositio pro anima & organum pro ea sufficiens: quòd fit, quando notabiliter superantur praecedentes dispositiones. III. Sola substantialia, mixta, non tamen omnia, sunt alimenta viuentis. *Ratio 1mi* quia alimentum ex Arist. debet esse hoc aliquid, seu substantia; incrassabile, siquidem omne nutribile est crassũ; potentiâ caro: atqui odor vt est qualitas, & exhalatio, immò & quoduis accidens, non est hoc aliquid, nec incrassabile, nec potentiâ caro: Ergo. *Ratio 2di* quia elementa habent qualitates in summo, vel excellenti, ac proinde non superabiles: Ergo alimentum debet esse mixtum. *Ratio 3tij* quia venenum, lapides & multae herbae non nutriunt, immò iuxta multos etiam vinum, & omnis potus, propriè non nutrit, sed eatenus dicitur nutrire, quatenus est necessarius ad conseruationem vitae, sicut & aër. IV. Nutriri conuenit soli, omni, semper, & toti viuenti; quia solum viuens, omne, semper, & secundùm omnes partes patitur diminutionem, ac proinde

debet reparari damnum etiam secundùm partes primigenias seu spermaticas, & secundùm solidas, vt ossa, neruos, cartilaginem, sicut & secundùm fluentes, vt sanguinem: consequenter viuens est idem numero moraliter non physicè hoc anno, quod fuit ante decennium; sicut fluuius, moraliter tantùm est idem numerò hîc hodie, qui ante sexennium.

(213) §. III. *De generatione secundùm Quantitatem seu de Raro & denso.*

I. Rarefactio est actio, quâ parum materiæ, multum spatij occupat: condensatio autem est actio quâ multa materia parum spatij occupat. *Ratio*, quia ex Arist. rarum est, quod sub magnis dimensionibus parum habet materiæ: densum verò est, quod sub paruis dimensionibus multum habet materiæ; quare est idem densum & rarum, & vna materia ipsorum est. Aduertè autem 1*mo* quòd materia ex se, præcisa quantitate, est indifferens ad occupandum maiorem vel minorem locum. 2*do* rarum non est in duobus locis; nec densi duæ partes sunt in

in vno loco. *3tio* radix rarefactionis est calor condensationis autem humiditas, frigiditas, siccitas.

II. Rarefactio formaliter, seu primarius formalis effectus rarefactionis. *1mo* aliquibus est extreisatio, manente totaliter eadem materiâ, mutata verò quantitate. *Contra tum quia* in corruptione substantiali non fit resolutio vsque ad materiam primam: sæpe autem per rarefactionem est corruptio substantialis: *tum quia* illud expellitur, quod habet contrarium; quantitas autem non habet contrarium: *tum quia* non est maior ratio, cur debeat noua quantitas, & non noua materia aduenire. *2do* alijs est extensio manente totaliter eâdem materiâ, quantitate tamen aucta, quia scilicet, noua pars materiæ, quæ latitabat, prodit in publicum, & emanat sibi quantitatem. *Contra* quia daretur naturaliter materia sine quàntitate. *3tio* Alijs accedente noua parte subiecti & quantitatis, scilicet per intromissionem corpusculorum. *Contra* quia per intromissionem grandis saxi in puteum, & àëris in folles, non dicitur

 fieri

fieri rarefactio in aqua & follibus, ideo, quia sunt res diuersæ ab aqua & follibus: sed etiam minutissima corpuscula sunt res diuersæ à rarefacto: Ergo. *tum quia* rarum est, quod sub magnis dimensionibus, parum materiæ habet, non differt à denso in ratione materiæ: *tum quia* sequeretur terram esse rarissimam, siquidem plurima habet corpuscula: *tum quia* in cælis est raritas & densitas, nec tamen est corpusculorum ingressus: *tum quia* nuces & oua assata crepant, nec tamen eis intromittuntur corpuscula: *tum quia* cucurbita calefacta nõ traheret carnem ob metum vacui, siquidem corpuscula occuparent locum contracti àéris; nec est necessitas, quæ ista corpuscula carnem ingredi cogat: *tum quia* quando pori bullarum aquearum, lignorum, carnis viuentis, àére replentur, impropriè est rarefactio. 4*to* Rarefactio aliquibus est extensio in ordine ad maius spatium, manente eadem materia & quantitate. Sed extensionem hanc manente eadem materia & quantitate in Rarefactione fieri dicunt 1*mo* aliqui per inflationem indi-

indiuisibilium. *Contra* quia ita extendi est proprium spiritui. *2do* alij, præsertim veteres, per dilatatas seu apertas cauitates, quæ in condensatione constringuntur. *Contra tum quia* daretur in rarefacto naturaliter vacuum: *tum quia* istas cauitates perciperemus saltem per lineam rectam. *3tio* aliqui per maiorem vbicationem. *Contra tum quia* daretur in condensatione duarum quantitatum penetratio: *tum quia* vbi non est distinctum ab ipsa re. *4to* aliqui dicunt ita in vna parte fieri extensionem, vt in alia sit condensatio, adeoq; quando cera extenditur in longum, contrahitur in latum. *Contra* quia aqua bulliens, in omnes partes rarefit. *5to* aliqui dicunt hanc extensionem fieri per nouam qualitatem, quæ sit raritas & densitas. *Ratio tum quia* etsi sit partium extreitas in Christo Domino in Eucharistia, non est tamen actualis ad locum extensio: Ergo extensio ad locum est non à quantitate, licet non possit esse sine quantitate, sicut vnio non est sine Deo autore. *tum quia* quantitatis munus est ponere materiam in loco æquali, non

autem maiori vel minori: *tum quia* Arist. 7. Physic. t. 11. raritatem & densitatem ponit inter qualitates: *tum quia* in rarefactione non sunt plures partes quoad entitatem, quàm in condensatione, sed tantùm quoad dimensionem: *tum quia* sicut magis calefacere prouenit à calore ita & magis extendi, à principio admittente magis; quantitas autem non admittit magis: *tum quia* ex alijs, extensio ad locum est secundarius formalis effectus quantitatis: qui verò respectu vnius est secundarius, potest respectu alterius esse primarius effectus: sic calefactio est effectus primarius respectu ignis, secundarius autem respectu herbarum; sic facere præsens localiter est primarius effectus vbicationis apud Modales, idem est secundarius respectu motûs. *Contra tum quia* Arist. 4 Phys. t. 84. docet condensationem & rarefactionem fieri nullo accedente nouo: & capite de qualitate, negat raritatem esse qualitatem: *tum quia* extensio in ordine ad locum fit à quantitate: Ergo & extensio ad maiorem locum: *tum quia* sequeretur, quòd

cor-

corpus valdè extensum non colligeretur habere maiorem quantitatem, quàm corpus paruum : *tum quia* rarum est, quod habet multum quantitatis quoad locum, non autem nouam qualitatem : *tum quia* Corpus Christi Domini sub speciebus panis, habet raritatem & densitatem, & tamen caret extensione : Ergo *6to* Alijs Raritas est radicalis exigentia maioris extensionis ad locum orta ex temperamento primarum qualitatum indinstincta ab ipsa entitate. *ymo* Dici potest raritas esse ipsa quantitas in circumstantia caloris dissoluentis aliquas partium vniones, aut in circumstantia qualitatis extensiuæ. *Ratio* quia non sunt multiplicanda entia sine necessitate.

(214) §. IV. *De generatione qualitatis in genere.*

I. Qualitates sunt triplices *1mo* aliæ primæ, scilicet. quæ neq; ex alijs, neque ex sese mutuò fiunt, sed ex ipsis oriuntur cæteræ, & sunt quatuor, nempe calor, frigus, humiditas, siccitas. *2do* aliæ sunt qualitates secundæ, quæ prodeunt à primis

mis vel per commixtionem earum, vel sicut à dispositionibus, vt albedo grauitas. 3*tio* aliæ sunt tertiæ, vt lux, sonus, impulsus, habitus &c. ex ea:um enim commixtione non resultant aliæ in eodem subiecto; neque ipsæ oriuntur ex aliarum qualitatum commixtione.

II. Omnes primæ qualitates sunt positiuæ. *Ratio tum quia* non est potior ratio, cur frigus esset priuatio caloris, aut siccitas humoris, & non è contra: *tum quia* ex eo admittitur calor esse positiuus, quia in se sentitur & extra se producit calorem, potestq; intendi ac remitti: atqui etiam frigus sentitur (non enim frustra est nec aduersus priuationem induimus hyeme solidiores vestes) in se, producit extra se frigus, diminuit calorem, potestq; intendi ac remitti, est actiuum: Ergo: *tum quia* si terra siccitatem positiuam non haberet, nunquam in se, aquā conuerteret; aquæ enim humiditas corrumpi & expelli non potest, nisi per contrarium: *tum quia* etiam grauitas esset priuatio leuitatis: *tum qnia* corpora non refrigerantur formaliter solo abscessu caloris,

loris, nec ſiccantur ſolo abſceſſu humoris: Ergo. DICES 1mo Ariſtot. l. 1. de generat. t. 18. dicit frigus & ſiccitatem eſſe priuationes: Ergo 2do Sitis eſt priuatio humidi: ſed ſitis ſentitur: Ergo & frigus licet ſit priuatio, ſentietur. ℞. 1mi E. A. eſſe priuationes realiter C. A. formaliter N. A. 2di D. Min. ſentitur tanquam à priuatione efficiente ſitim N. Mi. tanquam à conſtrictione ſtomachi Con. Mi.

III. Calor eſt qualitas congregatiua per ſe eorum, quæ ſunt eiuſdem generis, diſgregatiua eorum quæ ſunt generis diuerſi. Porrò eiuſdem generis hîc intelliguntur, quæ habent ſimilem complexionem, virtutem, motiuam, pondus, æquabilitatem, miſcibilitatem, aliaſque qualitates, ſiue ipſæ differant ſpecie, ſiue non: Heteregonea, ſeu generis diuerſi his oppoſita ſunt. Frigus eſt qualitas congregatiua per ſe homogeneorum & heterogeneorum. Condenſat enim res, ac proinde eas conſtringendo impedit nè grauia & leuia petant locum ſibi debitum, vt patet in aqua glaciata, alijſque

con-

constrictis frigore. Humiditas est, quæ termino suo difficilè continetur, alieno autem facile. Siccitas est qualitas, quæ facilè proprio, alieno termino continetur difficilè. Dices 1mo Melior est definitio per primarios effectus, quàm secundarios: atqui calefacere, frigefacere &c. sunt primarij effectus: Ergo. 2do Calor soluit glaciem, disrumpit vitrum: Ergo disgregat homogenea. 3tio Frigus saxa frangit, secernit aquam à partibus olei: Ergo. ℞. 1mi D. Ma. melior est, si illi effectus conueniant soli definito C. Ma. secus N. Ma. Iam verò effectus calefaciendi, frigefaciendi, &c. possunt etiam ab alijs agentibus produci, & quidem etiam in summo. 2di D. A. soluit, disrumpit, per accidens, seu aliquando, seu per excessum dissoluendo temperamentum C. A. per se, & vt plurimum N. A. 3tij D. A. frangit, secernit, ratione dispositionis in subiecto C. A. per se N. A.

IV. Qualitates primæ quatuor, distinguuntur à substantijs realiter omnes: possunt enim abesse. Calor, igneus, solaris, infernalis, & naturalis animalium, solo

ſolo numero differunt: ſi quæ enim reperiuntur differentiæ, ſunt accidentales; quòd autem ignis infernalis agat in ſpiritus, hoc illi eſt præter naturam. Qualitates actiuæ & paſſiuæ non ſunt ex natura ſua æquales: ex actiuis enim præcellit calor, à quo citiùs calefimus, quàm frigeſimus à frigore: deinde frigus eſt actiuius quàm humiditas; tandem humiditas potior quàm ſiccitas: & quò aliqua qualitas eſt actiuior, eo minorem habet reſiſtentiam: porrò cauſa maioris, reſiſtiuitatis eſt tum firmior vnio cum ſubiecto, tum diſpoſitiones, tum coniunctio ad certam formam.

(215) §. V. *De generatione ſecundùm qualitatem alteratiuam.*

I. Alteratio eſt mutatio in paſſionibus contrarijs aut medijs, remanente eodem ſubiecto ſenſibili. Dicitur 1mo *mutatio* pro genere. 2do *in paſſionibus contrarijs* ſeu qualitatibus. 3tio *contrarijs*, vt ſunt calor & frigus. 4to aut medijs, ſeu quæ oriuntur è primis, vt ſapor, albedo &c. 5to *manente eodem ſubiecto ſenſibile*

bili, aut denominationis, aut compositi, quod non corrumpitur quando inchoatur alteratio : vnde, non est propriè alteratio motus ad substantiam, quantitatem, qualitatem primæ speciei, vt ad assensum vel dissensum, odium, vel amorem, seu ad contraria indiuisibilia ; *item* motus polypi ad calorem, quia non est ibi verus calor, nec imaginatio potest ibi operari, cùm nulla sit; *item* motus ad qualitates perfectiuas, vt ad lucem, calorem in eo subiecto, in quo nullum esset frigus, quia hæc alteratio est perfectiua, nō corruptiua, seu non ad contrarium. Colliges. 1*mo* non implicaturam alterationem, etsi implicaret generatio ; motus enim alterationis & generationis sunt distincti. 2*do* Alteratione aliam esse extensiuam seu in pluribus subiecti partibus ; aliam intensiuam, seu in eadem parte subiecti, & de hâc agetur hic potissimùm.

II. Intensionem aliqui docent fieri 1*mo* per expulsionem contrarij *vel* absolutè, quale est frigus respectu caloris, *vel* conditionatè, scilicet si detur, sicut respectu lucis non est contrarium, lux tamen

men dicitur intendi per diminutionem contrarij conditionati. *Contra tum quia* peccatum totum simul expellitur: *tum quia* frigus calorem in aqua tepida per partes expellit (si enim totum simul expelleret, non posset intendi:) ergo calor habuit gradus: *tum quia* vnum contrarium non expellitur, nisi per actionem positiuam alterius. *tum quia* qualitates, intensæ possunt diuinitus esse simul. *2do* Alijs intensio fit per mutationem totius entitatis, seu quòd destructa priore imperfectiore qualitate, producatur noua perfectior. *Contra tum quia* intensio est qualitatis augmentum non numerale tantùm, sed & virtutis: *tum quia* non potest assignari causa destructiua qualitatis prioris: *tum quia* remissio non fit per destructionem prioris perfectioris qualitatis, & productionem remissæ: *tum quia* nulla potest ostendi causa; quando enim aqua calefacta redit ad pristinum frigus, tunc debet iuxta oppositos, tota caloris qualitas destrui & produci imperfectior; hic autem imperfectior calor non potest produci ab aqua, nec, vt illi dicunt,

à Deo, quia alias in remissione habitûs praui Devs deberet minorem habitum prauum producere: *tum quia* dum in mutatione producitur terminus adQuem, non est omnino necesse destrui terminum à Quo, à quo nempe recedit subiectum: *tum quia* vox, sonus, motus localis intenduntur per productionem nouæ partis, destructa priori ideo, quia sunt entia successiua; sicut & curuitas intensioq; arcûs fit per motum localem, qui est ens successiuum, productio autem caloris non est ens successiuum. 3*tio* Alijs intensio est mutatio existentiæ, seu quòd entitas inuariata existentiam imperfectiorem mutet in perfectiorem. *Contra tum quia* essentia & existentia non distinguuntur: Ergo si essentia non mutatur, non mutatur & existentia: *tum quia* existentiæ munus est constituere rem extra causas; omnis autem existentia æquè constituit: *tum quia* si intensa qualitas non esset perfectior, etiam operatio non esset perfectior. 4*to* Aliis intensio est maior qualitatis radicatio in subiecto. *Contra tum quia* radicatio est denominatio noua:

Ergo

Ergo eſt à mutatione facta vel in extrinſeco, vel in ſubiecto, vel in forma ipſa: *tum quia* hæc radicatio conſiſtit vel in eo, quòd qualitas difficiliùs remoueatur à ſubiecto, vel quòd perfectius ſibi ſubijciat materiam, vel quòd magis vniatur materiæ, vel quod magis actuet ſubiectũ, vel quòd magis participetur à ſubiecto, vel quòd magis exercetur in ſubiecto: atqui hæ omnes denominationes debent eſſe ab aliqua mutatione, & præterea, vnaquæque qualitas æquè vnitur ſubiecto, & illud actuat ac alia: *tum quia* ſi dicas vniri ſecundùm nouum gradum ratione diſtinctum, reſpondendum erit cur non vniatur ſecundùm omnes; immò hoc ipſo eſſent hi gradus realiter diſtincti: *tum quia* ſi dicas maiorem radicationem eſſe nouæ actualitatis modum ſuperadditum eſſentiæ & exiſtentiæ, reſpondendum erit, quis producat hunc modum, & maior virtus agendi eſt in ipſa qualitate: Ergo non in modo. *5to* Alijs intenſio fit per additionem gradûs ad gradum, ſeu partis ad partem. *Ratio tum quia* Ariſt. 4. Phyſic. t. 84. ait eo mo-

do, quo ex frigido fit calidum, ex calido fieri magis calidum : calidum autem ex frigido fit per positionem nouæ entitatis: *tum quia* Trident. Sess, 6. can. 32. ait si quis dixerit bonis operibus non verè mereri gratiam, vitam æternam, atque etiam gloriam, anathema sit; hîc non loquitur de alio augmento nisi per additionem gradûs ad gradum : *tum quia* augmentatio naturalis, vt in pecunia, aqua &c. fit per additionem partis ad partem : ergo & augmentatio virtutis : *tum quia* omnis actio est ad terminum : *tum quia* quæ separantur, illa realiter distinguuntur; *tum quia* radij solares collecti per vitrum vrens magis calefaciunt hominem : Ergo maior calefactio est à partium pluralitate. Pro obiectionibus soluendis *Nota* 1mo Arist. dicit intendi calorem, nullo addito, intellige vt subiecto vel agente. 2do Res consistunt in indiuisibli metaphysicè non physicè, seu nexus prædicatorum essentialium non possunt variari, potest tamen compositum physicum, etiam integrale vt patet in quantitate & formis materialibus. 3tio Potest

esse

esse compositum ex partibus; quæ non sint actus & potentia. *4to* Rarefactio, motus localis, eiusq; velocitas, extensio qualitatis & forma materialis, & rei spiritualis, & clarior vnius quàm alterius visio, cognitio, non fit per additam partem ad partem, quia non est in illis propriè intensio.

(216) II. Gradus intensionis *1mo* nõ differunt specie perfecta seu differentia notabili. *Ratio tum quia* Arist. 6. Physic. t. 37. dicit *magis & minùs dico de ijs, quæ comparantur in eadem specie; tum quia* motus alterationis non esset vnus species *2do* Non differunt plusquam numero, seu specie imperfecta, quia talis differentia non datur. Nam si aliqua communis ratio abstracta à primo caloris gradu existente in igne A, & à primo gradu caloris vel possibili, vel existente in igne B, æqualiter posset prædicari de primo gradu caloris, immò & de secundo, iam specie differrent. *3tio* Gradus intensionis, ita sunt homogenei, vt solo numero differant. *Ratio tum quia* sic saluatur quòd actiuitas & maior operatio fit à multi-

plicitate graduum: *tum quia* saluatur quòd adueniente octauo gradu, non sint otiosi præcedentes septem; similiter & multiplicata luminosa & calida vt vnum: siquidem octauus gradus non continet in se non tantùm continentiâ æquiualentiæ, sed nec continentia efficientiæ, præcedentes septem gradus: *tum quia* iustus habens gradus gratiæ vt duo, potest mereri gradum tertium: *tum quia* partes quantitatis sunt eiusdem speciei, ideo, quia sequuntur naturam, & sunt passio quantitatis: sed etiam gradus caloris in igne sunt passio ignis: Ergo.
DICES 1*mo* Calor intensus vt tria est perfectior quàm extensus vt tria, qualitas intensa est perfectior quàm remissa, octauus gradus est perfectior quàm primus: Ergo. 2*do* Octauus gradus supponit septimum, & septimus sextum; vltima dispositio pro igne, est incompatibilis cum primo gradu frigoris: Ergo essentialiter differt à præcedentibus, seu ex natura sua est octauus, & posterior præcedentibus, seu habet diuersum prædicatum. 3*tio* Complexum ex DEO & creatura

tura, ex vna materia & duabus formis, ex pluribus caloris gradibus, quorum singuli in singulis penetratarum quantitatis partium subiectantur non sunt intensio; sex beati habentes visionem vt tria, non possunt tantum, quantum vnus Angelus habens visionem vt octodecim: Deus enim continet in se perfectionem creaturæ; cætera autem essent eiusdem rationis: Ergo. *4to* Duæ quantitates non possunt esse in eodem subiecto etsi essent non facerent magis extensum, ideo quia sunt eiusdem rationis: Ergo & duæ qualitates. *5to* Cognitiones, & visiones, species intentionales, intenduntur per gradus heterogeneos: Ergo. *6to* Echo non intendit sonum, nec species reflexa directam: Ergo. *7mo* Qualitas intensa esset ens per accidens: Ergo. *8uo* Quæ differunt penes facilè & difficile mobile illa differunt specie vt Habitus & dispositio sub eodem genere Qualitatis: sed gradus vnus & octo, ita differunt: Ergo *9no* Plures pluriũ cognitiones translatæ in vnum intellectum, non facerent intensionem, nec redderent intelle-

tellectum magis intelligentem: Ergo & ex pluribus subiectis collecti gradus caloris, non facient magis calidum. R. 1*mi* D. A. est perfectior essentialiter, vel secundum entitatem N. A. gradualiter, quia nempe sunt plures gradus in eadem parte subiecti C. A. 2*di* D. A. octauus consideratus secundum entitatem N. A. vt octauus, seu gradualiter sumptus, seu quatenus est octauo loco productus C. A. Esse enim octauum gradum est denominatio extrinseca ratione productionis, sicut me esse posteriorem Abele. 3*tij* N. C. quia ad intensionem requiritur, vt partes, quæ intenduntur, sint qualitas, & vniantur in eadem parte subiecti. 4*ti* N. A. ideo enim non possunt, quia quantitas cum quantitate alia est impenetrabilis, & quia altera otiosa est *præterea* quantitas non suscipit maius & minus: *item* sicut qualitates positæ plures 8 gradibus non faciunt magis ita quantitas non extendit subiectum plusquam sit extendibile *vel* D. C. qualitates, quarum vna totum id præstare potest quod altera

sola

ola C. C. ſecus N. 5*ti* D. A. ſpecies, cognitiones repræſentatiuæ diuerſorum prædicatorũ & ſubiectorum C. A ſecus N. A. 6*ti* N. C. quia ibi ſunt diuerſæ es. 7*mo* Eſſet tale ens, quale quantitas conſtans ex partibus. 8*ui* D. Ma. differunt accidentaliter ſc. ratione multitudinis C. Ma. eſſentialiter N. Ma. quia tum homines quinq; facile mouentes pondus & vnus homo difficile idem mouens non differunt eſſentialiter. 9*ni* N. C. quia ad hoc, vt fiat intenſio, nõ ſufficit qualitatem eſſe intendibilem, ſed præterea requiritur, vt ſubiectum ſit aptum participare rationem formalem ſibi ab illis formis tribuendam, vnde Angelus nec magis, nec minus eſt calidus.

III. Soli, ſed non omni qualitati conuenit intenſio. *Ratio* 1*mi* quia intenſio propriè ſumpta ad ſolũ qualitatis prædicamentum pertinet: vnde ſubſtantiæ ac motus perfectiores dicuntur impropriè, ſeu non ratione intenſionis: perfectior enim operatio ex organis oritur. *Ratio* 2*di* quia ſolæ illæ poſſunt intendi, vel quæ habent contrarium, vt primæ quali-

tates,

tates, vel quæ ex primis qualitatibu
prouenitnt per propriam actionem absq
naturali dimanatione, vt lux, sonus &c

IV. Inter multas qualitates intensioni
datur contrarietas: experimur enim quò
calor & frigus mutuò se expellant. *Rat*
porrò contrarij desumitur iuxta aliquo
1mo ex subiecto, in quo sunt incompo
sibiles qualitates. *Contra*, quia etiam du
formæ substantiales, quantitates, vbica
tiones, sunt incompossibiles simul. *2d*
alijs contraria sunt, quæ se expellunt e
eodem subiecto inhæsionis, & non sun
actualis determinatio. *Contra*, quanti
est talis, nec tamen habet contrarium
3tio Contraria sunt, quæ sub eodem ge
nere maximè distant, seu species oppos
tæ productiuæ effectuum incomposs
bilium.

V. Qualitates contrariæ possunt idem
subiectum informare in gradibus remis
sis; non possunt naturaliter in intensis
possunt verò diuinitus; quamuis no
omnes. *Ratio 1mi* ex aqua tepida. *Rati*
2di. quia videmus aliquid minui de fri
gore quando accedit agens calidum. *Ra*

tio

tio 3tij quia nihil implicat. *Ratio 4ti* quia coniunctio fidei & scientiæ ex eodē motiuo formali, coniunctio item fidei & hæresis, amoris & odij assensûs & dissensûs, infert contradictionem immediatam. Pro soluendis difficultatibus primi puncti Nota *1mo* tepiditatem in aqua nō esse mediam speciem, nam si ab igne esset producta, non esset vllo modo frigefactiua: *tum quia* intemperantiæ actum destruens, deberet semper producere nouum actum intemperantiæ. *2do* sicut frigus vt octo, & frigus vt duo ita frigus vt octo & calor vt vnum, non merè ratione oppositionis non possunt esse simul in eodem subiecto, sed quia frigus vt octo sufficienter explet latitudinem subiecti, *3tio* si non est expleta latitudo subiecti, tunc vnum contrarium potest non corrumpere aliud, nec subiectum mouebitur duobus motibus contrarijs. Pro soluendis difficultatibus puncti *4ti* Nota *1mò* Si contraria immediatè opposita sibi essent simul, essent simul contradictoria. *2do* Deus potest impedire positiuos secundarios effectus formales, aut saltem

eos, qui non habent essentialem connexionem cum ipsa forma. 3*tio* Opposita priuatiua non possunt esse simul, quia inferunt contradictionem. 4*to* Contradictoria non possunt esse simul, quia sunt affirmatio & negatio, seu ratio vnius, est exclusio alterius.

(217) VI. Agens *aliquando* agit vniformiter, seu secundùm speciem eandem, seu similem sibi producit effectum etiam in tota sphæra actiuitatis, vt calor calorem *aliquando* difformiter, sibi dissimilem producendo effectum, vt sol lucem; *aliquando* vniformiter difformiter, vt in subiecto penetrato possit producere intensionem æqualem suæ, quia tunc subiectum est maximè applicatum, in proximo verò extrinseco producat minorem, quia hoc non est maximè applicatum; in remotioribus adhuc minorem, siquidem illa sunt adhuc minus applicata; adeoq; aget vsq; ad non gradum.

Dices 1*mo* In congelatione, fermentatione, coagulatione, intensio fit æqualiter in omnibus partibus: Ergo. 2*do* Simile assimilat sibi passum; agens inducit

ducit etiam vltimam dispositionem pro forma: Ergo. R. 1mi N. C. quia ibi agens est æquè applicatum. 2di D. A. assimilat, inducit mediante forma substantiali noua, quæ vltimas dispositiones emanat tanquam passiones C. A. immediatè N. A.

(218) VII. Alteratio perfectiua potest dari in simile, immò & in intensius: corruptiua verò non datur in simile; nisi virtus agentis adiuuetur, vel subiecti densitate, vel agentium aliorum coniunctione: quanquam posset dici, quòd densitate & coniunctione tantùm actiuitatis sphæra extendatur. *Ratio 1mi tum quia* & subiectum est capax, & calidum potest in subiecto capaci producere calorem vt vnum, sic iuxta aliquos, duæ aquæ se intenderent mutuò, quamuis iuxta aliquos non intenderent, quia sunt idem continuum, vel quia non sufficienter applicantur, nec est credibile fieri toties multiplicationem applicationis: *tum quia* non obest quòd pondus æquale positum in bilance non se prægrauet, quia scilicet non est actiuum, nec habet determinatio-

nem. *Ratio 2da tum quia* parua grāna bilancem præponderant: *tum quia* actus & habitus remissus intenditur: *tum quia* stupa à ferrò ignito, & triticum in horreo inceditur. *Ratio 2di tum quia* axioma est actionem oriri ex proportione maioris inæqualitatis: *tum quia* finis agentis est assimilare sibi passum: *tum quia* si calidum vt duo posset tertium gradum caloris producere in subiecto alieno, posset & in se; imò etiam octauum gradum posset producere saltem in alieno subiecto, esto calor vt duo possit producere extensionem non potest tamen intensionem, ob contrarij resistentiam. *Ratio 3tij tum quia* virtus vnita fit fortior: *tum quia* Arist. 8. Physic. t. 30. inquit in maiori magnitudine minorem, existere virtutem: *tum quia* virtus actiua rebus applicatur in materia densa: *tum quia* duæ candelæ magis vrunt. Aduerte tamen quòd ferrum calidum vt quatuor immersum in aquam calidam vt quatuor, non producet in aqua calorem, magis enim esset solicitum de recuperanda sua passione.

VIII. 1*mo* idem in se non agit actione cor-

corruptiua ; nihil etenim appetit sui interitum ; agit tamen actione perfectiua, modò non habeat resistentiam contrarij, & ad agendum determinetur vel ab extrinseco, vel ab intrinseco, vt dum recuperat suum statum. 2*do* In aliqua reflexione seu reditu luminis, & in aliqua refractione seu transmissione luminis per corpus diaphanum, probabile est dari veram intensionem ; cuius causa sit ipsum agens in circumstantia corporis reflectentis seu refringentis. 3*tio* Agens per antiperistasim ob inclusionem extrinseci, non agit in se, quia extrinsecum agens v. g. exhalatio terræ in aqua, agit : agens autem per expulsionem contrarij agit in se actione emanatiua , reducendo se ad suum statum.

(219) IX Datur in qualitatibus resistentia & passiua seu formalis, priuatiua, negatiua, quæ est per solam formæ permanentiam in esse ; & actiua, quæ productione contrarij pugnat in hostem.

X. Datur mutua resistentia actiua & passiua , seu reactio & repassio , eaq; & secundùm eandem subiecti partem, & se-

eundum idem contrarium, & secundùm idem instans. *Ratio tum quia* pars ignis quæ producit calorem in aqua, recipere potest frigus ab aqua, vt patet in ferrò in aquam iniecto; & quidē potest in eodem instanti; eadem enim est virtus agentis in primo instanti, quæ in secundo: *tum quia* si ignis ab aqua non frigus sed humiditatem repatitur, debebit aqua siccitatem repati à parte ignis non repassa: *tum quia* inter elementa symbola non esset reactio, nec essent perfecta mixta.

Dices 1mo Ignis tripalmaris A, B, C, secundùm vltimam partem C. & repateretur à reagente aqua, & pateretur caloris reparationem à non repassis ignis partibus A, B: ergo ignis C. moueretur duobus motibus contrarijs. 2do Ignis primo suæ applicationis instanti agit cum omnibus suis gradibus caloris: ergo eo instanti non repatitur. 3tio Multa agentia sunt fortiora, quam sit oppositi resistentia: ergo fortius aget; & alterum non reaget ℞. 1mi D. C. moueretur ad gradus remissos, qui motus non sunt propriè contrarij C. C. ad gradus intensos N. C.

N. C. vel N. A. partes enim non repassæ, scilicet A, B, non agerent in partem C. vel quia agunt vniformiter difformiter, nec possunt tantum producere extra, quantum habent in se; vel quia intentio contrari est agere in hostem. *2di* vel N. A. agit enim tantùm secundùm sptem gradus; vel D. in instanti extrinseco, quo verum est dicere nunc non est calidum vt octo, & immediatè ante fuit C. A. intriseco N. A. quia agens applcatur non qua permanens. *3tij* De multis C. A. sed non de omnibus, nam actio agens aliquando non potest esse efficax & victoriosa ob fortiorem contrarij resistentiam.

ASSERTIO III.
DE CORPORE SIMPLICI ET MIXTO.

(220) *§. I. De Corpore simplici seu de Elementis.*

I. ELementum, iuxta Arist. l. 3. de cælo c. 3. t. 31. est id, in quod cætera corpora diuiduntur, in quibus inest aut potentiâ aut actu; ipsum autem

est indiuisibile in diuersa secundùm speciem. Vocatur corpus simplex quamuis constet materiâ & forma, eò quòd non componatur ex alijs elementis & corporibus simplicibus ac completis.

II. Quatuor sunt elementa; nempe terra, aqua, aër, ignis: iam verò sal, mercurius, sulphur non sunt elementa. *Ratio tum quia* elementa non possunt in aliud corpus resolui; sulphur autem, mercurius & sal possunt in terrã damnatam, aut in phlegma aqueum, conuerti: *tum quia* si ex his principijs sunt mixta; ergo omnia sunt odoris & visibilitatis & saporis sulphurei: *tum quia* elementa tantùm infima specie differunt inter se, adeoq́; in mixtis sunt eadem specie; iam verò sulphur, mercurius & sal non sunt infimæ species, sed potiùs genera siquidem specie differt sal absinthij à sale iuniperi, mercurius rosæ à mercurio rosmarini &c.

Dicas 1*mo* Sal, sulphur, mercurius ex omni corpore extrahuntur, ipsa verò non resoluuntur in alia corpora, sed attenuantur, donec euanescant: Ergo. 2*do* Odorum,

rum, saporum, inflammabilitatis & caloris debeat dari principia : sed non alia, nisi sal, mercurius, sulphur: Ergo. R℞. 1mi N. C. 2di N. Mi. odor enim oritur ex certa primarum qualitatum attemperatione, prædominante potissimùm siccitate & calore supra humiditatem.

III. Terra est in medio mundi, in loco infimo vtpote omnium grauissima ; nec magis vergit ad orientem & occidentem quàm ad zenit ; sidera enim existentia in ortu & occasu, maiora apparent, quàm in zenit, ob aërem diuersimodè dispositum: Super terram est aqua ; super aquam aër, super aërem est ignis locus : ea tamen parte est terra altior aquis, quâ non est cooperta ijs *Ratio tum quia* aqua deberet dilabi, & totam terram inundare : *tum quia* aqua maris in littore existens, non est altitudine par monti iuxta littus existenti, vel alicui altissimo: Ergo. DICES 1mo Ex alto mari in oras maritimas descendentibus, videtur terra iacere infra mare : Ergo. 2do Quod est minùs graue, postulat esse supra magis graue : sed aqua est minùs grauis quàm

terra :

terra: Ergo. *3tio* Aqua non potest descendere ad centrum vsque, quòd est in medio terræ: Ergo nunquàm potest esse inferior quàm terra. R. *1mi* N. C. falluntur enim sensus, quibus subnigra & vmbrosa vt fit in picturis, videntur esse profundiora. *2di* D. Ma. postulat, supposito quòd grauiora ad centrum infimum peruenerint C. Ma. secus N. Ma. centrum enim omniū grauiū est locus inferior, in quē propendent omnia grauia, sed grauiora, magis appropinquant. *3tij* N. A. apertis enim terræ rimis aqua naturaliter descendet, sicut oleum descendit ad fundum vasis, dum aqua deficit.

III. Ignis datur vltra sphæram aëris, seu in concauo lunæ. *Ratio tum quia* terram esse in centro mundi rectè ex eo colligitur, quòd tendat deorsum: atqui ignis tendit sursum: ergo: *tum quia* si aër esset immediatè sub concauo lunæ, cùm sit capax caloris intensissimi & siccitatis, deberet multa sui parte à sole conuerti in ignem: Ergo. *tum quia* ignis est summè calidus: Ergo leuissimus: *tum quia* ignis est necessarius in concauo lunæ ad temperan-

perandum aërem, influxumque Saturni & lunæ: Ergo. DICES 1*mo* Aristot. 1. Met. c. 3. inde probat corpora cælestia non esse ignea, quia absumerent omnia: sed etiam ignis absumeret omnia, sibi contigua: Ergo. 2*do* Ignis eget pabulo, alias extingueretur: ergo voraret omnia. 3*tio* Sublunaria non frigefierent à cælestibus: Ergo. 4*to* Sequeretur nunquam apud nos fore hyemem: Ergo. 5*to* Deberet ille ignis à nobis videri: Ergo. 6*to* Eiecti lapides & cineres ex Vesuuio, probant ignem esse in terra: Ergo. 7*ma* Ignis in concauo lunæ, nulli esset vsui: Ergo. ℞. 1*mi* N. Mi. ibi enim ignis est in materia rara, ac proinde non est tam actiuus; & præterea eius ardor temperatur à frigiditate aëris, Saturni, Lunæ. 2*di* D. A. ignis noster, qui est densus crassusq; nec est in loco naturali, indiget pabulo copiosiore C. A. elementalis N. A. 3*tij* N. A. frigiditas hæc causatur mediantibus occultis astrorum virtutibus. 4*ti* N. A. frigiditas enim terræ, aquarum, & exhalationum, ac recessus solis, infrigidat aërem vicinum terræ. 5*ti* N. C. videtur

detur

detur enim per modum vnius cum lumi-mine lunæ astrorumque: & certè cùm luna etiam in Ecclypsi à nobis videatur, sequitur quod habeat lumen partim à se, partim à vicino igne. *6ti* D. A. esse vi in loco naturali N. A. innaturali C. A. *7mi* N. A. nam partim ornat vniuersum, partim adiuuat supremam aëris regionem in ab sumendis terrestribus exhalationibus, alioquin varijs morbis succumberent viuentia.

IV. Quoduis elementum, ex sua natura qualitates primas habet binas. *Ratio tum quia* inter elementa datur pugna per actionem & reactionem: ergo sunt inter se contraria per qualitates: *tum quia* elementa iuxta se contiguè collocantur: ergo habent aliquam qualitatem, per quam contiguo assimilantur; *tum quia* Arist. colligit in elementis quaternarium numerum ex possibilibus primarum qualitatum combinationibus: *tum quia* elementum vnum, vni tantùm elemento contrariatur positiuè v. g. calidum frigido, alijs autem priuatiuè *tum quia* experimur ignem calefacere & siccare: *tum*

quia

quia si sit symbolum alteri elemento, vna duntaxat qualitate pugnat; si autem sit dissymbolum, pugnat duabus. Aduerte porrò 1*mo* Terra est arida & frigida. *Ratio tum quia* terra Gen. 1. dicitur arida; & Psal. 95. dicitur sicca: *tum quia* reducit se ad frigus sublato alieno calore: *tum quia* corpora quanto sunt grauiora, tanto frigidiora *tum quia* in subterraneis locis terra est frigidissima: ad generationem autem viuentium redditur apta per calorem ab extrinseco productum. 2*do* Aqua est frigida & humida. *Ratio tum quia* Matt. 10. & alibi aqua dicitur frigida: *tum quia* reducit se adfrigus: *tum quia* humectat, extinguit: quod autem Aristot. 2. meteor. ait vniuersalitatem aquarum esse calidam, intelligit maria, quorum aquæ, perpetuis exhalationibus admixtæ, calidæ sunt. 3*tio* Aër est humidus & calidus. *Ratio tum quia* leuitas est indicium caloris; aër autem est leuis: *tum quia* aqua cùm nimium calefit, conuertitur in aërem, non verò cùm frigefit nimium: *tum quia* substantiæ aëreæ v. g. mel, oleum, sunt calidæ: Ergo & àër.

4to. Ignis eſt calidus & ſiccus. *Ratio tum quia* non experimur ab alio potiùs elemento calorem & ſiccitatem: *tum quia* hæ qualitates in igne ſunt neceſſariæ ad generationem & actionem. *5to* Terra eſt ſicca in ſummo, frigida in excellenti; Aqua frigida in ſummo, humida in excellenti; Aër humidus in ſummo, calidus in excellenti; Ignis eſt calidus in ſummo, ſiccus in excellenti. *Ratio tum quia* Ariſt. l. 2. de gener. c. 3. ait" ſingula corpora ſingulis qualitatibus præcipuè inſignia redduntur: terra ſiccitate potiùs quàm frigore; aqua frigore magis quàm humore: aër humore magis quàm calore; ignis calore magis, quàm ſiccitate". *tum quia* terra eſt domicilium animalium perfectorum & hominum, vt in ea viuant & conſeruentur; ergo non habet frigus in ſummo: *tum quia* aër debet eſſe maximè receptiuus impreſſionum: ergo humidiſſimus. *6to* Remiſſæ qualitates elementi non habent contrarij admixtioné. *Ratio tum quia* ſequeretur alias elementa eſſe mixta: *tum quia* ignis & aqua eſſent ſymbola elementa; *tum quia* Ariſt. l. 2. de

de gener. c. 4. ait symbola faciliùs elementa in se conuerti quàm dissymbola, ex eo quòd in dissymbolis duæ qualitates vincendæ sunt, vna autem in symbolis: atqui hæc ratio Arist. esset falsa; quia aër in aqua sibi symbola deberet vincere & frigus & siccitatem: Ergo. Porrò latitudo qualitatum semper explètur in subiecto mixto: posset intensio manere successiua nam etiam in elementis resistens qualitas datur, v. g. humiditas aëris repugnat ignis colori.

Dices contra tertium punctum 1*mo* Arist. Physic. t. 44. docet àërem esse frigidum: ergo. 2*do* Aër semoto extrinseco calido frigescit, vt patet noctu & in regionibus septemtrionalibus: ergo. 3*tio* Aëri calor non conuenit in loco propriò, nempe in secunda regione, vbi generantur niues & grandines: ergo. 4*to* Aër motus flabello, refrigerat: ergo. 5*to* oleum ex sua natura est aëreum, & faciliùs hyeme condensatur quàm aqua: ergo est frigidius. 6*to* Ignis sub concauo lunæ, non potest ab aëre temperari, nisi quà frigido. 7*mo* Aër exsiccat corpora: er-

go non eſt humidus. 8uo ſitis eſt appetitus humidi: ſed per àërem ſitis non extinguitur: ergo. R. 1mi E. A. àërem non purum, exhalationibus permixtum C. A. ſecus N. A. 2di D. A. ſemoto extrinſeco & calido, & etiam frigido N. A. non ſemoto frigido C. A. 3tij D. A. non conuenit per accidens, nempe ratione exhalationum & vaporum frigidorum, vel ratione antiperiſtaſeos circumſidentis C. A. per ſe N. A. 4ti N. C. refrigerat enim in quantum recens aduenit. 5ti N. C. quia condenſatio non à ſola frigiditate, ſed à multis præterea accidentibus & natura ſubſtantiæ ipſius. 6ti N. A. poteſt enim vt ab humido. 7mi D. A. exſiccat per ſe N. A. attrahendo ad ſe humorem, & quatenus habet in ſe magis ſiccas exhalationes, quæ etiam ſiccitatem producant C. A. 8ui D. A. humidi quod humectet adhærendo & vniendo ſe ſitienti C. A. quod rrnſeat *N*. A. attamen etiam aër aliquomodo ſitim leuat.

Dices contra quintum punctum 1mo. Grauitas oritur ex frigore: ſed terra eſt maximè grauis: ergo. 2do Aqua non con-

congregat res homogeneas: ergo non est frigidissima. 3tio Aër calida refrigerat: ergo non est calidus. 4to Ignis maximè siccat: ergo est maximè siccus. ℞. 1mi D. Ma. ex frigore solo N. Ma. etiam ex coniunctione aliorum accidentium & forma substantiali C. Ma. 2di N. A. saltem enim dum congelatur, congregat. 3tij D. A. refrigerat impropriè, vel quia est recens, vel quia habet exhalationes & vapores terreos C. A. siccus N. A. 4ti D. A siccat vi intensioris siccitatis N. A. per accidens, seu ratione materiæ, quia scilicet vi caloris sui, partes humidas rarefacit, & exturbat C. A.

V. De qualitatibus seu virtutibus motiuis, scienda sunt hæc. 1mo qualitas seu virtus motiua est per quam elementa tendunt ad propria loca, in quibus naturaliter conseruentur, adeoq; ad illa redeant, si quando deturbentur: hæc numerari solet quadruplex; scilicet, grauitas simpliciter & secundùm quid, leuitas simpliciter & secundùm quid. 2do Essentia grauitatis simpliciter est, ponere corpus infra omnia leuia & infra graue secun-

dùm quid, vt in terra, & mixtis ijs, in quibus prædominatur temperies terrea grauitas secundùm quid ponit suum subiectum infra omnia leuia, non tamen infra graue simpliciter; talis est in aqua, & in mixtis corporibus, in quibus elementi aquæ qualitates præualent, vt in liquoribus. Leuitas simpliciter est, quæ subiectum suum ponit supra omnia grauia & supra leue secundum quid, vt in igne alijsq; mixtis habentibus prædominium ignis, v. g. in exhalationibus. Leuitas secundùm quid ponit subiectum supra omne graue, at infra leue simpliciter; talis est in àére, & mixtis abundantibus temperie àéreâ. 3tio vtraq; grauitas alia est quoad essentiam, alia quoad intensionem, alia quoad extensionem: grauitas *quoad essentiam* petit ponere corpus in certo loco vt supra dictum est: *intensiua* est, cuius plures gradus ponuntur in eadem parte subiecti: sic maior est grauitas simpliciter in lapide marmoreo quàm lateritio, aut calcario, non quidem quoad essentiam, quia in vtroq; prædominatur terræ elementum, ac proinde

manet

manet grauitatis simpliciter essentia hæc, quòd vterq; lapis petat poni infra omne leue & graue secundum quid; sed maior est grauitas quoad intensionem, quia plus ponderat lapis marmoreus, quàm calcarius aut lateritius. Sic etiam grauitas secundùm quid intensiuè maior est in illis aquis vel liquoribus, quæ plus ponderant. *Extensiua grauitas* est quæ habet plures partes subiecti: sic maior est extensiua grauitas in ligno bipalmari quàm in vnipalmari. 4*to* Quod dictũ de grauitate, idem proportionatè applicandum leuitati. 5*to* Tam grauitas quàm leuitas est positiua; distincta realiter ab elementorum formis. *Ratio 1mi tum quia* non est ratio maior, cur leuitas potiùs sit grauitatis priuatio, & non è contra: *tum quia* motus sursum & deorsum sunt positiui: ergo & eorum principia sunt positiua: *tum quia* vna eademq; grauitas deberet inclinare ad motus contrarios, nempe ad motum sursum & deorsum: ergo. *Ratio 2di tum quia* separantur & quidem ad permanentiam, vt in Sacra Eucharistia vbi grauitas manet etsi non

maneat aqua *tum quia* exhalationes & vapores licet sint substantialiter terra & aqua, non habent tamen grauitatem terræ & aquæ; nam vapores ascendunt supra äerem, aqua minimè: *tum quia* leuitas & grauitas est sensibilis, suscipit magis & minus: atqui hæc non conueniunt elemento: Ergo. *6to* Grauitas & leuitas oriuntur à dispositione primarum qualitatum tanquam à causa efficiente, & non à forma substantiali. *Ratio tum quia* in vaporibus manet eadem forma substantialis, non manet eadem grauitas ob mutationem dispositionum. *7mo* Qualitates motiuæ elementorum nō sunt compositæ. *Ratio tum quia* in äere & aqua grauitas & leuitas mouent ad simplicia loca primò diuersa: *tum quia* elementa sunt corpora simplicia, quibus debentur simplices qualitates, ita vt non sit temperamentum mixti: *tum quia* alias nunquàm hæc elementa naturaliter in suis locis quiescerent. *8uo* Omnes motiuæ qualitates elementorum specie & essentialiter inter se differunt. *Ratio tum quia* Arist. l. 4. cœl. t. 34. docet tot esse ponen-

ponenda elementa, quot sunt virtutes motiuæ ipsorum elementorum : sed elementa sunt quatuor specie distincta : Ergo. *tum quia* licet ex diuersitate specifica principiorum non rectè aliquando colligitur diuersitas specifica effectuum, rectè tamen colligitur tunc, cùm effectus causatur à principio secundùm vltimum gradum specificum : *tum quia* essentiæ specie diuersæ habent specie diuersas proprietates : *tum quia* si qualitas motiua aquæ non distinguitur specie à qualitate motiua terræ, tunc nec àër distinguitur à qualitate motiua aquæ : *tum quia* aliàs àër deberet posse tendere ad eundem locum, ad quem ignis : atqui hoc est contra Arist. l. cœl. t. 39. Ergo.

DICES *Contra punctum 2dum 1mo* Potest forma substantialis producere vim motiuam : ergo & ipsum motum. 2*do* formæ substantialis entitas posita in medio rariori, statim causat descensum: Ergo. 3*tio* Sol à dispositionibus terræ potest determinari ad producendum certum effectum : Ergo & forma substanlis ad grauitatem vel leuitatem produ-

cen-

cendam determinatur à temperamento qualitatum. R. 1mi N. C. alias enim nulla qualitas distingueretur à forma substantiali. 2di N. A. nam si sola anima rationalis separata à grauitate ponitur in medio raro vel denso non mouetur necessariò sursum vel deorsum. 3tij N. C. hinc enim hoc tantùm sequitur, quòd sicut sol ad producendum effectum determinatur à dispositionibus, ita forma substantialis ad grauitatem vel leuitatem producendam determinatur à temperamento qualitatum: *item* forma substantialis requirit dispositiones in subiecto, quibus determinetur agens ad producendam talem in specie formam; at verò leuitas & grauitas per se non requirunt præuias in subiecto dispositiones ex parte subiecti, nulla enim qualitas disponit qualitates alias ex parte subiecti, à quibus non effectiuè, sed dispositiuè procedat.

Dices *Contra punctum 7mum* 1mò Aristot. dixit inesse medijs elementis vtramque virtutem scilicet, grauitatem & leuitatem, & l. 4. de cœlo t. 24. docet omnia elementa habere grauitatem

præter

præter ignem, & omnia leuitatem præter terram: Ergo. *2do* sequeretur àërem esse summè leuem, & aquam summè grauem, si nihil haberet de opposita qualitate: Ergo. *3tio* àër & aqua aliquando sursum, aliquando deorsum mouentur: Ergo. ℞. *1mi* E. A, elementa sunt grauia & leuia formaliter N. A. comparatiuè, quòd scilicet, aqua comparatiuè ad terram est leuis C. A. *2di* D. A. summè leuem, id est, nihil habentem grauitatis C. A. id est, peteret summum locum N. A. *3tij* D. A. mouentur ab extrinseco C. A. ab intrinseco N. A.

Dices *Contra punctum 8uum* *1mo* Arist. l. cœl. t. 5. & 6. duplicem tantùm agnoscit motùm, nempe à medio & ad medium: Ergo. *2do* Aqua facto foramine per totam terram, descenderet vsq; ad centrum terræ: Ergo. *3tio* eadem est causa leuitatis in àëre & igne: ergo. *4to* Cùm generatur àër ex aqua, non corrumpitur grauitas aquæ: Ergo. *5to* Ideo album simpliciter, & album secundùm quid non differunt specie, quia differunt tantùm penes magis & minus:

atqui

atqui etiam leuitas simpliciter & leuitas secundùm quid tantùm differunt penes magis & minus, nempe penes magis sursum & minùs sursum : ergo. *6to* Quæ conueniunt in vna definitione, illa sunt eiusdem speciei : sed leuitas simpliciter & secundùm quid conueniunt in vna definitione : ergo. *7mo* Elementa non opponuntur sibi tanta oppositione in virtute motiua, quanta in combinatione primarum qualitatum : ergo. ℞. *1mi* D. A speciei subalternæ motum C. A. infima N. A. *2di* N. C. illa enim aqua descenderet ob metum vacui. *3tij* N. C. & A. causa enim est combinatio qualitatū primarum. *4ti* N. A. corruptâ enim causâ sui conseruatiua, corrumpitur grauitas. *5ti* vel N. Min. vel D. Ma. penes magis & minus absolutè, seu secundùm essentiam suam N. Ma. secundùm multiplicationem graduum comparatiuè ad subiectum in quo est magis & minùs C. Ma. sic D. Min. *6ti* D. Ma. in subalterna N. Ma. atoma C. Ma. sic D. Min. *7mi* N. C. non sequitur enim esse oppositos sibi effectus, qui oriuntur ex pluribus oppositis

sibi

ſibi principijs ; vt patet in ſaporibus & coloribus.

(222) VI. Quodlibet elementum poteſt immediatè tranſire in aliud elementum ; faciliùs tamen ſymbolum quàm aſymbolum. *Ratio 1mi tum quia* gutta aquæ & pugillus arenæ in vehementem ignem iniectus , tam citò vertitur in ignem; vt non ſit credibile priùs conuerti in aliam ſubſtantiam : *tum quia* ex vapore fit ignis : ergo. *Ratio 2di tum quia* faciliùs expellitur vna contraria qualitas: *tum quia* quæ conueniunt magis in primis qualitatibus , conueniunt magis in formis ſubſtantialibus : ergo.

DICES *contra punctum 1mum 1mò* Ariſt. 5. phyſic. t. 29. dicit non poſſe fieri tranſitum ab vno extremo ad aliud, non pertranſito medio : ergo. 2*dò* ſi ignis poſſet aërem conuertere in ſe, iam illum conſumpſiſſet in pabulum : ergo. 3*tio* non quodlibet mixtum poteſt tranſire immediatè in aliud mixtum : ergo. ℞. 1*mi* E. A. in motu locali C. A. in generationibus ſubſtantialibus N. A. 2*di* N. A. non poteſt enim agere fortiter

ignis ſub concauo lunæ, ob nimiam raritatem. 3tij N. C. plures enim diſpoſitiones requiruntur pro mixto.

(223) §. II. *De Corpore Mixto.*

I. Mixtio iuxta Ariſt. lib. de gener. c. 10 eſt miſcibilium alteratorum vnio: communiter dicitur eſſe generatio compoſiti ſubſtantialis ex plurium elementorum in ſe agentium præuiâ alteratione.

II. Elementa in mixtis non manent formaliter, ſeu ſecundùm formas ſubſtantiales, ſed virtualiter. *Ratio tum quia* Ariſt. lib. 2. de partib. anim. inquit" *prima compoſitio ſtatui poteſt ea, quæ ex primordijs conficitur ijs, quæ non nulli elementa appellant, terram dico, aquam, aërem, ignem, ſed meliùs fortaſſe dici poteſt, ex virtutibus confici elementorum*" *tum quia* continetur in mixto virtus productiua qualitatum primarum in remiſſo: alias puluis accenderetur à ſe.

Dices 1*mo* Elementa eſſent in mixtis tantùm per accidens: Ergo non per ſolas qualitates inſunt. 2*do* Sequeretur nõ poſſe elementa ſeparari à mixto in corruptio-

rũptione: Ergo. 3tio ſequeretur vnũ elementum contineri virtualiter in aliõ elemento ſymbolo: Ergo. 4to Materia elementi manet in mixto: Ergo manent ſecundùm aliquam ſui partem: Ergo. ℟. 1mi N A quia non omne, quod eſt ratione alterius, eſt per accidens, ſed illud, quod eſt contingenter, & non eſt ex intentione. 2di D. A. non poſſe ſeparari noua productione N. A non poſſe extrahi localiter C. A. 3tij N. A quia vnum elementum non petit vtramque elementi alterius qualitatem, nec alteram petit in eadem intenſione. 4ti N. 2dam C. *quia* elementa in mixto manere formaliter, eſt manere ſecundum formam; iam verò manere ſecundum formam non probatur ex eo quòd maneant ſecundum materiam.

IN III. LIBROS DE ANIMA.

ASSERTIO I.

(224) §. I. De Anima vt Obiecto & Definito.

I. OBiectum librorum de Anima posset 1*mo* dici esse sola anima, quia in aliquibus Physicæ partibus egit Aristoteles de vna tantùm parte physica corporis naturalis vt de materia prima. 2*do* posset dici esse totum compositum Animatum: *tum quia* in aliquibus Physicæ partibus Aristoteles egit de compositis inanimatis vt de cælo & elementis, tanquam de speciebus corporis naturalis: Ergo etiam hic agit de aliqua naturalis corporis specie nempe de composito animato: *tum quia* agitur hic non de sola anima sed & de eius subiecto. Agitur etiam hic de anima rationali & quidem vt separata quia etiam hæc est pars compositi naturalis, saltē aptitudine.

II. Anima est id quo viuimus & sentimus & mouemur, & intelligimus. *Item*

Anima

Anima eſt actus primus corporis phyſici, organici potentiâ vitam habentis. vtraque hæc definitio eſt eſſentialis ſi ly *quo viuimus*, & ly *eſt actus* accipiatur nō pro exercitio, ſed pro principio viuendi. Dicitur 1mo *Actus*, id eſt forma non conſtitutiua ſed completiua materiæ. 2do *Actus primus tum quia* non præinuenit in materia formam ſubſtantialem, *tum quia* eſt principium operationum vitaliū. 3tio *Corporis phyſici* quia non metaphyſici, nec Mathematici, nec artificialis, ſed materiæ diſpoſitæ. 4to *Organici*, id eſt heterogeneas diſpoſitiones habentis.

(225) §. II. *De Anima vt diuiſa in numeros & ſpecies.*

I. Singulis viuentibus ſingulæ ſunt Animæ, eſt 1mo contra eos qui pro omnibus ſimpliciter viuentibus vnam animam ponebant. 2do contra Achilinum & Mirandulanum qui pro ſolis hominibus & omnibus collectiuè ſumptis vnam animam rationalem, eamq; aſſiſtentem ponebant iuxta Philoſophiæ principia, etſi iuxta fidem; aliud ſentiendum dicebant.

3*tio* contrà Ferchium & Pythagoricos qui plures quidem numero animas concedebant ſed admittebant metemphioſim, ſeu tranſmigrationem; multaſque ſolò domicilio differre. Et ita Empedocles delirabat ſe prius fuiſſe piſcem quàm hominem, & Bonzij Iaponici vicini morti curârunt adduci vaccas, rati in vicinũ animal migrare animas, feliciuſque migrare, ſi non in deterius, ſed melius animal tranſeant. Probatur concluſio 1*mo* authoritate Sacri textûs, Conciliorum, Ariſtotelis. 2*do* ratione *tum quia* plura compoſita ſpecie, iuxta Mirandulanum conſtituuntur per diſtinctas ſpecie formas: ergo & compoſita plura numero per diſtinctas numero formas. *tum quia* ſequeretur eandem animam eſſe ſtultam & ſapientem: *tum quia* falſum eſt quòd ex noſtra ſententia ſequatur animam non eſſe immortalem, aut non implicare infinitum actu.

II. Anima adæquatè diuiditur in vegetatiuam, ſenſitiuam, rationalem. *Ratio tum quia* tot ſunt animæ, quot ſunt modi vitaliter operandi nempe vel ſine vlla

præ-

præuia cognitione per solum innatum; appetitum vel per cognitionem materialem rerum singularium, vel per cognitionem formalem & spiritualem rerum etiam vniuersalium,& spiritualium: *tum quia* viuentia à non viuentibus per hoc differunt, quòd illa se determinant ad suos actus. Tripliciter autem se determinant, nempe *vel* ad exercitium tantùm, vt plantæ; nam ad speciem scilicet ad generationem & augmentationem sunt determinatæ à natura, *vel* ad speciem & ad exercitium vt bruta ad videnda potiùs alba quàm nigra non determinantur à natura sed ab obiecto; *vel* & ad speciem & ad exercitium & præterea præfigunt sibi finem, vt rationalia. DICES *imò* Aristoteles quatuor numerat gradus animatorum, nempe vegetatiuum, sensitiuum, progressiuum & rationalem: ergo &c. ℞. Expl: A. animatorum desumptorum per ordinem ad subiecta variè affecta C. A. per ordinem ad principia radicalia vitæ N. A. sicut enim animata sunt tria, ita & animæ sunt tres.

Progressiuum autem & locomotiuum coniungitur cum sensitiuo, nullum enim sensitiuum datur, quòd saltem imperfectè se loco non moueat. DICES 2do notantur plantæ sentire: Ergo non datur anima tantùm vegetatiua ℞. *N. A.* aut enim non sunt plantæ sed Zoophyta: aut si plantæ sunt à vermibus mouentur.

(226) §. III. *De Anima vt est actus informans.*

I. Anima etiam rationalis & secundùm gradum rationalitatis est Actus non merè assistens sed informans. *Ratio 1ma tum quia* actus assistens est substantia quæ nó vnita sed per solam suæ virtutis applicationem, ac per quandam extrinsecam approximationem mouet aliqua corpora, ac proinde ita sicut Angelus cælos, aut nauta nauim: atqui anima non ita operatur cum corporibus: ergo &c. *Min. pr. tum quia* equus & scamnum ob mei assistentiam non ratiocinatur: Ergo nec ego ob assistentiam animæ aut ratiocinarer aut sentirem: *tum quia* Deus aut Angelus mihi assistens non facit me ratiocinari:

nari: *tum quia* ideo ſubſtantialis forma gnis eſt actus informans quia eſt determinatum principium operationum igni debitarum: atqui etiam anima eſt determinatum principium operationum vitalium debitarum corpori: ergo &c.

Pro ſoluendis obiectionibus, *Nota 1mo* ex Ariſtotele. Fugiendũ eſt dicere mentem *eſſe* vnitam corpori, id eſt mentem Angelicam. *2do* quædam animæ partes id eſt potentiæ intrinſecæ, ſeu principia operatiua non poſſunt ſeparari ab anima, quædam autem partes vt organa ſeu inſtrumenta poſſunt ſeparari. *3tio* quidquid recipitur ad modum id eſt iuxta exigentiam recipientis recipiendum eſt non autem in entitate eſt tale receptum qualè receptiuũ. *4to* Quod eſt ſubſiſtens completum vt Angelus non poteſt eſſe actus informans, quod eſt autem ſubſiſtens, id eſt non inhærens, poteſt eſſe actus informans. *5to* Anima rationalitatem ſubiecto communicat denominatiuè non autem identicè, Item ei parti quæ eſt capax ſeu quæ virtualiter continet. *6to* Etſi materia dicitur rationalis ab anima, intellectus

lectus tamen non dicitur materialis à ma teria quia intellectus nullam materialem operationem continet. *Item* denominatio à potiori est. *7mo* si anima rationalis non haberet gradus sensitiui & vegetatiui non indigeret organo heterogeneo.

(227) II. Singula animantia singul & non plures habent animas permanen ter. est *1mò* contra Platonem, qui i homine intellectiuam in cerebro, sensiti uam in corde, vegetatiuam in hepate po nebat. *2dò* contra Mirandulanum & Ocham qui sensitiuam & intellectiuam & contra alios qui cognitiuam & appe titiuam præter rationalem agnoscebant. *Ratio* verò asserti est *tum* ex Autoritatibu *tum quia* materia naturaliter non infor matur pluribus formis: *tum quia* vn animæ sufficit pro pluribus operationibus *tum quia* homo esset ens per accidens *tum quia* Christus Dominus in triduo mortis vel amisisset illas duas animas ve non: si non amisit; ergo non erat mor tuús; si amisit, ergo ad limbum eas du xit: *tum quia* anima eadem realiter po test esse diuersa formaliter, in ordine ad

d operationes, diſpoſitiones, rationem onueniendi & diſconueniendi: *tũ quia* cut viuens in animali, ita vegetatiuum ; ſenſitiuum in rationali contioneturr rmaliter tanquam prædicatum eſſen- ale, non quidem vegetatiuum & ſenſi- uum plantæ aut bouis, ſed hominum; uia illud non poteſt prædicari de ratio- li, nec illi identificari vtpote corru- ibile.

III. Singuli homines non habent plu- s animas ſucceſſiuè. Eſt contra Tho- iſtas, qui fætum putant prius informari ima vegetatiuâ ad nutritiones poſtea ſitiuâ ad ſenſationes, tandem rationali. *atio* autem noſtra eſt, *tum quia* ſequere- r ſemen eſſe productiuum plantæ aut uti, non autem naturæ ſimilis: *tum ia* deberent etiam in equo poni tres imæ: *tum quia* etiam expulſio fieret ceſſiuè: *tum quia* Rituale Romanum æcipit abortum baptizari, dummodò otum edat; *tum quia* Chriſtus aliquid miſiſſet quod aſſumpſiſſet. Dices *imò* iſtoteles lib: 2. de generatione anima- m cap: 3. docet embrionem prius vi- uere

uere animam plantæ, postea animalis, ac tandem hominis: natura incipit ab imperfectioribus; quæ ex putri nascuntur prius imperfectiora postea perfectiora sunt. Ex Aristotele nō simul sit animal & homo, nec animal & equus: ergo &c. ℞. D. A. prius viuere, ab imperfectioribus, prius imperfectiora, non simul secundùm formam N. An: secundùm operationes C. A. DICES 2do Primo instanti conceptionis non est infusa anima rationalis: Ergo præcessit alia: ℞. mansit forma seminis tamdiu donec fuit sufficiens dispositio pro forma rationali. DICES 3tio Præcesserunt dispositiones pro anima sensitiua: Ergo & illa præcessit. ℞. N. A. sunt enim aliquæ dispositiones perfectiores quàm requirantur pro anima sensitiua. DICES 4to Anima rationalis non exerceret intellectiones & volitiones: ergo esset otiosa ℞. N. C. exerceret enim sensationes. DICES 5to Nec materiæ repugnat recipere successiuè tres formas, nec formis repugnat vt sibi succedant. ℞. repugnat ex parte dispositionum quas non constat esse in gra-

du

du in compoſſibili cum forma ſeminis, vel repugnat ex ratione talis formæ certas diſpoſitiones petentis.

(222) IV. Forma corporeitatis metaphyſica *ſeu* gradus metaphyſicus eſt in materia ante animam & præſente anima: quia eſt indiſtinctus à materia ſicut & gradus entis, ſubſtantiæ, &c. at forma corporeitatis phyſica diſtincta à materia non datur coæua materiæ vt voluit Auicenna; aut coæua animæ quod voluit Scotus. *Ratio 1ma tum quia* idem compoſitum eſſet ſub duplici genere ſubalterno: *tum quia* materia ab igne non accipit vt ipſa ſit formaliter ignis: ergo & à forma corporis non accipiet eſſe formaliter corporis. *Ratio 2da tum quia* poteſt anima rationalis eſſe principium operationum ſenſitiuarum: ergo & corporearum: *tum quia* poteſt materia dici corporea à gradu metaphyſico corporis, ſicut dicitur ſubſtantialis non ab aliqua diſtincta ſubſtantiæ forma, ſed ab ipſo gradu metaphyſico ſubſtantiæ: *tum quia* quæ pars in concreto importatur per modum denominantis; illa habet

rationem formæ, vel quasi formæ: atqui in hoc concreto *materiale*, materia importatur per modũ formæ denominantis.: sicut ignis in hoc concreto igneum: Ergo *tum quia* esse igneum non est à forma distincta à forma ignis: ergo & esse corporeum seu materiale non est ab aliquo distincto à materia. vide item Physicam.

(229) V. In viuente non dantur formæ partiales substantiales *Ratio* 1*ma* quia anima solam materiam informat, nec potest formas partiales informare; quia iam formæ partiales essent potentiæ non actus: & essent duo composit[a] essetque ens per accidens, sicut quand[o] dico: Homo est albus: Ergo. *Ratio* 2*da* quia compositum esset in duplici specie atoma. *Ratio* 3*tia* deberent esse alias tot formæ quot prædicata.

Pro obiectionibus soluendis *Nota* 1*mo* Partes viuentis sunt dissimilares, specie diuersæ, mixtæ, nobiliores quàm non viuentis, organicæ secundùm accidentales formas, non secundùm substantiales. 2*do* Manus non est homo, sicut nec folium

est

est liber, quia vox homo sicut & vox liber significat collectionem partium integralium, seu quia anima in manu est, non secundùm adæquatam informationem. 3tio os, caro, nerui, non tantùm contigua sed & continua sunt, coaiunguntur enim vinculis. 4to Accidentia vel operationes diuersæ notabiliter, vel in diuersis suppositis arguunt, diuersas formas, sed non è contra. 5to corpus mortuum & viuum est idem secundùm materiam & secundum accidentia aliqua, non secundum formam, nec secundùm accidentia omnia.

(230) *§. VI. De Anima vt diuisa in Proprietates & partes.*

I. Aliquæ animæ diuersæ speciei, sunt inæqualis perfectionis vt anima hominis & bouis, aliquæ autem æqualis perfectionis seu tam bona vna quam altera non aliter quàm Aureus, ac duo Imperiales. DICES 1mo Priuatio & Habitus sunt inæqualis perfectionis: atqui priuatio & Habitus sunt differentiæ sub eodem genere: ergo &c. ℞ vel N. Ma. si ser-

mo ſit de priuatione impropriè, qualis eſt irrationale. *Vel concedo totum*, dictum enim in concluſione quòd aliquæ formæ ſunt inæqualis perfectionis. DICES 2*do* ſpecies ſunt ſicut numeri: ergo &c. ℞. id eſt in indiuiſibili conſiſtunt. DICES 3*tio* Animæ ſunt diuerſæ, ſunt diſſimiles: ergo &c. ℞. *D. A. & Conſeq.* Diuerſæ in ſimilitudine Con. An. & Conſeq. in perfectione id eſt non eſt tam bona vna ac altera nego An. & Conſeq. DICES 4*to* Petrus & Paulus ſunt eiuſdem ſpeciei quia ſunt æqualis perfectionis: ergo & illæ non eſſent ſpecies. ℞. *N. Ant.* ſed ideo ſunt eiuſdem ſpeciei quia in prædicatis eſſentialibus nulla videtur diſſimilitudo.

II. Duo Indiuidua *poſſunt* eſſe inæqualia in perfectione accidentali, eſt enim vnus ingenioſior altero: *non poſſunt* in ſubſtantiali; quia ſi eſſet vnum ſubſtantialiter perfectius, eſſet etiam eſſentialiter ac proinde ſpecificè *tum quia* vnum indiuiduum ab alio per hoc tantùm differt quòd hoc non ſit hoc: *tum quia* indiuidualibus differentia non eſſet vltima. DI-

CES

ces Ratio generica contrahitur in æquales differentias : Ergo & specifica. ℞. *Nego Conseq.* quia differentia indiuidualis est vltima.

(231) III. Animæ aliæ sunt materiales, aliæ immateriales. Materiale porro est quod habet molem sufficientem & aptam ad extreisationem, vel quia saltem pendet à tali. Iuxta alios materiale est aptum extendi, diuidi, organizari &c. horum autem omnium radix est moles.

(232) IV. Anima rationalis est indiuisibilis, Animæ autem viuentium imperfectorum & insectorum sunt diuisibiles, imò & animæ viuentium perfectorum. *Ratio 1mi* quia abscissâ manu, anima deberet corrumpi, nec enim aut reciperet se retro, siquidem esset superflua, & occuparet materiam iam informatam, & migraret de subiecto in subiectum, *nec* etiam maneret separata quia nec in cælo nec in inferno. Coëxtenditur ergo per totum corpus per suî replicationem sicut Angelus, essetque eadem in pluribus locis inadæquatis. *Ratio 2di* quia ramus abscissus ab arbore virescit sicut & arbor,

 & in-

& insecta diuisa contrahunt se si pungantur. Nec verò dici potest produci tunc nouas animas, quia non sunt pro illis nouæ dispositiones, non nego tamen motum & contractionem fieri per spiritus vitales. *Ratio 3tij tum quia* absciſſo equi pede anima non migrat de subiecto in subiectum: ergo perit: *tum quia* absciſſum anseris caput mouet se si pungatur: *tum quia* animæ materiales educuntur de subiecto diuisibiliter: alias penderet simul & à causa totali nempe à tota materia, & à causa partiali nempe à parte materiæ, & eius productio iteraretur in nutritione. *Aduerte* tamen non sequi quod omnes partes possint à se diuidi ad permanentiam. Item ex sympathia colligitur anima in pede & capite esse eadem quoad vnionem non indiuisibilitatem.

(233) V. Partes Integrantes animarum diuisibilium sunt heterogeneæ & quidem heterogeneitate perfecta. *Ratio 1mi tum quia* quæ substantialiter sunt sibi similia illa quantum est ex se possunt habere dispositiones similares, anima autem equi existens in capite, & in pede, petit

petit dispositiones notabiliter dissimilares, & quidem petit non tantùm vt vnita alijs, sed petit has pro se, & alias pro alijs non petit, quia fertur appetitu innato non elicito: & præterea; ad conseruationem generis, vna species petit conseruationem alterius speciei, nec tamen sunt homogeneæ; imò & pro vniuerso petunt: *tum quia* eadem est eius natura & exigentia dum alijs partibus vnitur ac dum non vnitur: *tum quia* alias omnibus partibus animæ conueniret definitio animæ, & pes bouis etiam abscissus esset bos sicut definitio aquæ conuenit vnicuiq; guttæ aquæ ex eo quia omnes guttæ aquæ sunt homogeneæ. *Nec dicas* disparitatem esse ex eo quòd anima materialis definiatur per ordinem ad subiectum. *Contra* enim est quia etiam anima rationalis & accidens definitur per ordinem ad subiectum. Nec *Item* paritatem sumas ab anima rationali quia anima rationalis est tota determinata ad totam materiam. *Ratio 2di tum quia* non datur indiuiduum substantialiter perfectius altero: *tum quia* viuens sensitiuum & vegetatiuum differunt essentialiter.

I. Dum Anima dicitur esse Actus corporis per ly *corporis* non intellige vel materiam dispositam vel solum compositũ. *Ratio* quia albedo potest comparari vel cum subiecto vel cum composito, quando enim dico: albedo est forma parietis tunc albedinem comparo cum subiecto, quando autem dico: albedo est forma albi tunc albedinem comparo cum composito: Ergo etiam possum dicere quod anima est actus corporis id est materiæ, quæ est subiectum, vel est actus corporis id est compositi. Solùm aduerte quòd anima dum cum materia comparatur, debet dici esse actus actuans & informans, quando autem comparatur cum composito, est actus constituens totum. *Vnde dicenti 1mo* Anima est quod quid esse rei seu compositi; *Responde* animam accipi pro actu componente. *Dicenti 2do* Corpus est animæ subiectum ac instrumentum. ℞. Animam sumi pro actu informante, non verò constituente totum. *Dicenti Item* sic (Dum dicitur

homo

homo constare ex anima & corpore) sensus est quod constent ex materia disposita & ex anima: ergo ly corporis significat materiam. *Responde* quod etiã in hoc sensu accipi possit.

II. Dum dicitur anima esse actus corporis physici, intellige quòd non sit corporis mathematici trinè dimensi, nec artificiati, seu compositi ex materia & forma.

III. Dum dicitur Anima esse actus corporis organici; intellige organizationem non secundùm formam corporeitatis, aut formas partiales, sed secundùm accidentia. *Ratio* quia positâ solâ diuersitate accidentium iam est instrumentũ seruiens diuersis operationibus, & anima sufficienter distinguitur ab alijs formis. Dices *1mo* Corpus organicum est pars essentiæ hominis: sed accidentia non sunt pars hominis: ergo &c. ℞. *D. Ma.* corpus organicum secundùm rectum seu secundùm materiam *C. Ma.* secundum obliquum seu secunndùm accidentia, *N. Ma.* Dices *2do* Spoliatâ materiâ accidentibus adhuc esset caput, &

& ratio ossis : ergo organizatio non habetur ab accidentibus. R. D *An.* haberetur caput secundùm substantiam, id est esset substantia informabilis forma ossis, C. A. secundùm accidentia N. A.

IV. Ab Anima informantur omnes partes solidæ seu continentes tam molliores quàm duriores, & tam externæ quàm internæ vt cutis, membranæ, fibræ, ossa, nerui, caro, cartilagines, capilli, dentes, vngulæ, rostra auium, squammmæ piscium, &c. *Item* omnes fluidæ dissimilares vt cerebrum, medulla, humor oculorum. At verò non informatur cutis spuria, partes excrementitiæ vt sudor, saliua &c. sicut nec sanguis. *Ratio tmi* quia illæ partes animantur sine quibus anima impediretur in vsu plurimarum operationum vitalium, & quæ crescunt per intussumptionem alimenti in omnem dimensionem, & quæ continuantur secum, nec contiguantur cum mortuis, & à quibus est vita in actu secundo, seu tendentia ab intrinseco: atqui ex solidis arteriæ, capilli, cartilagines, cornua, cutis dentes &c. ea. ex fluidis autem

tem dissimilaribus cerebrum, humor oculorum crystallinus, sunt membra talia, & in ossibus præterea sentitur calor, dentes autem habent similitudinem cum osse; capilli bifurcantur: Iam verò partes eiectitiæ & fluidæ similares non sunt tales; Ergo &c. & præterea sanguis est commune alimentum, & dimissus è vena continuatur cum eo qui est in vena.

(235) *§. VI. Anima est actus corporis potentiâ vitam habentis.*

I. *Nota* Ratio & Definitio vitæ ex communi sententia debet conuenire nutritioni, augmentationi, volitioni, intellectioni creatæ, & quidquid fit per intussumptionem, cognitionem, appetitionemq; obiecti. Non debet autem conuenire receptioni gratiæ in homine, aut intellectionis in boue, nec creationi aut productioni formæ, nec emanationi quantitatis & passionum & occultarum qualitatum & vltimæ dispositioni aut recuperationi debitæ qualitatis, nec motui grauium & leuium, nec Immensitati & æternitati Diuinæ.

II.

II. Ex præmisso notato reijciuntur aliquæ definitiones vitæ. Nam *1mo* esse immanentiam aut vnionem conuenit emanationi, eductioni. *2do* operari ex se immanenter conuenit leuitati & grauitati, & productionibus seu recuperantibus passionem. *3tio* operari tantùm immanenter conuenit grauibus & leuibus. *4to* operari citra emanationem conuenit etiam receptioni gratiæ in lapide. *5to* operari immanenter supponendo aliud principium, vt sensatio interna supponit externam, vt nutritio supponit alimenti materiam, conuenit augmentationi ignis, non conuenit cognitioni quam habet Angelus. *6to* esse motum quo res mouet se ipsam secundùm dispositionem suæ naturæ consistens, seu consistens in suo loco & statu naturali, non conuenit Intellectioni Diuinæ, supposito quòd ipsa sit ratio essentiæ Diuinæ: conueniret autem Immensitati & æternitati.

III. Vitæ physicæ & intentionalis dari potest conceptus communis sic: quod sit tendentia agentis essentialiter ab intrinseco, seu motus seu operatio, intellige

phy-

physica vel intentionalis seu actus petens essentialiter vnionem. Dicitur *tendentia* ac proinde à ratione vitæ excluditur quantitas, passio, æternitas, species impressæ, Habitus; pertinet verò ad rationem vitæ intellectio, volitio, augmentatio, diminutio, nutritio. Dicitur *tendentia agentis* ac proinde à ratione vitæ reijcitur emanatio passionum & quantitatis, & potentiarum distinctarum, & occultarum qualitatum, & vltimæ dispositionis, & directio à præmissis & primis principijs. Dicitur *Agentis ab intrinseco* seu immanenter in eo subiecto à quo producitur quod non conuenit creationi, eductioni formæ & vnionis &c. Dicitur *essentialiter ab intrinseco* seu petens vt naturali cursu ab hoc efficiatur & in hoc recipiatur. Vnde à ratione vitæ reijcitur augmentatio ignis, calor vitalis, productio specierum impressarum, & habituum per cognitionem productio, & motus grauium leuiumq; siquidem poterat esse ab extrinseco.

IV. Vitalitas seu immanentiæ petitio, seu ordo & habitudo ad principium actinum

num & passiuum est actibus vitalibus, prædicatum essentiale. *Tum quia* actus vitalis est essentialiter ordo ad aliud, quia actus vitalis non est vita sui ipsius; *tum quia* non differret à multis actionibus non vitalibus: *tum quia* vitalitas etiam potentiæ esset extrinseca. DICES *imò* Actus vitalis non est sui ipsiusvita: ergo rationem vitæ habet per denominationem extrinsecam. ℞. *N. C.* quia etiam vnio & actio & relatio non est sui ipsius vnio, actio, relatio, & tamen esse relationem, actionem vnionem non est denominatio extrinseca. DICES 2*do* Ratio liberi & veri est actibus ab extrinseco: ergo & ratio vitæ ℞. N. C. quia libertas consistit in dominio supra suos actus & obiecta quod dominium est in sola potentia volitiua, veritas autem est conformitas cum obiecto quæ sine obiecto haberi non potest.

(237) V. Actus vitalis potest diuinitus produci ab extrinseco & quoad entitatem & quoad vitalitatem ac poni in extraneo. *Ratio* 1*mi tum quia* potest Deus supplere genus causæ efficientis,

tum

tum quia entia possunt habere suam entitatem etiam sublatis connotatis. *Ratio 2di tum quia* vitalitas non distinguitur ab entitate: *tum quia* intellectio est essentialiter repræsentatio, est attentio, est exercitium in obiecta, est actiua & passiua tendentia saltem aptitudinaliter. *Ratio 3tij* quia nil repugnat. DICES 1*mo* Quæ in definitione ponuntur illis res indispensabiliter seu diuinitus carere non possunt: sed dependentia à potentia vitali ponitur indefinitione actûs vitalis: ergo. ℞. 1*mo D. Ma.* in definitione absolutorum C. Ma. connotatiuorum nego Ma. ℞. 2*do D. Min.* dependentia actualis nego Min. exigitiua Con. Min. DICES 2*do* Non potest dari volitio sine ratione voluntarij, & modus sine actuali dependentia à modificato: ergo nec operatio vitalis sine attentione actuali: ℞. *N. C.* quia ratio voluntarij est actibus extrinseca, modus autem definitur esse actualis determinatio. *Addo* quòd modus determinat sibi illud principium cuius est modus, non determinat autem illud cuius est terminus. Sic vnio determinat ma-

 teriam

teriam ad formam, non determinat autem sibi principium productiuum, sic & actus vitalis inquantum exercet rationem vitalis determinat sibi principium; inquantum non exercet, non determinat. DICES 3tio Voluntas non esset libera in productione Intellectionis; nec libere tenderet per volitionem aliunde productam, posset[q]; habere actum oppositum: ℟. T. A. N. C. ab opposito enim seu nolitione cessaret ob maius imperium.

VI. Actus vitalis non producitur per intermediam aliquam modalem actioné distinctam, nec connotat modalitatem. *Ratio 1mi* quia est via, tendentia, determinat potentiam ad tendendum, & essentialiter pendet à certo principio, nec potest non pendere: ad non pendendum autem non indiget determinari, quia eo ipso quòd non determinatur ad pendendum non dependet. Vnde quando diuinitus ab extrinseco seu transeunter pendet, connotat negationem causæ exigita

(238) VII. Anima in actus suos influit immediatè saltem partialiter. *Rati* *1ma* Tunc tantùm Parentibus imputantur

tur peccata Filiorum, quando Parentes tenentur & possunt ea peccata impedire: atqui anima non posset distinctam potentiam impedire ab odio: ergo si ipsa in odium non influeret, immediatè, sed tantùm ageret denominatiuè, sicut ignis tantùm denominatiuè calefacit, tunc non peccaret, ac proinde non puniretur, vel saltem denominatiuè sentiret pœnam sicut & corpus. *Ratio 2da* vt voluntas operetur, debet eam præcedere cognitio & excitatio non physica sed intentionalis, nec enim est per aliquas species transmissas sicut potentia loco-motiua & appetitus excitatur per sensationem pedis, ac proinde per species: sed nisi anima concurrat immediatè, voluntas æquè ab intellectu illuminari non poterit, ac Petrus cognitione Pauli: Ergo &c. *Ratio 3tia* Vna potentia intenta suo obiecto, impedit attentionem alterius potentiæ, non impediret autem si anima nihil ageret. DICES *1mo* Principium operationis cum operatione, ac potentia & actus debent esse in eodem genere: ergo si anima concurreret immediatè, deberet

producere actus spirituales & substantiales, sicut habitus supernaturalis actum supernaturalem. ℞. 1mo *N. A.* quia accidens producit substantiam, & anima potentias. ℞. 2do *N C.* quia actus supernaturalis excedit vires naturæ: *tum quia* perfectior est anima respectu accidentis; quàm potentia: ergo si potentia poterit producere actum, poterit & anima, eritque cum actu in eodem genere. DICES 2do Nulla substantia creata est sua operatio: Ergo nec sua potentia operatiua. ℞ N. C. quia identificari cum operatione sui ipsius potentialitaté, quod soli Deo conuenit; at verò identificari cum sua potentia, non excludit potentialitatem ad multa. DICES 3tio si anima secundùm suam essentiam esset potentia, semper exerceret operationes quas potest: sed hoc est falsum: Ergo. *Ma. pr.* Anima ex sua essentia semper esset actus materiæ: Ergo. ℞. D. A. actus informatiuus, imò & operatiuus aptitudinaliter, C. A. operatiuus actualiter, N. A. DICES 4to Anima non concurrit immediatè ad motum localem: Ergo.

Ergo. ℞. T. A. N. C. *tum quia* motus localis non est distinctus à mobili ; *tum quia* motus localis non est vitalis, non vitales autem actus possunt fieri non ab anima, vt calefactio fit non ab anima, sed ab igne aut calore.

(239) VIII. Immediatum subiectum omnium actuum vitalium est anima & quidem sola. *Ratio 1mi tum quia* anima debet excitari ad operandum per cognitionem: ergo illam debet in se recipere: *tum quia* actus vitalis in eo recipitur, à quo intrinsecè producitur: *tum quia* anima est sentiens, est viuens, non materia. *Ratio 2di* quia sicut in pluribus locis, ita & in diuersis subiectis esse non potest; & pars quoq; formæ in ea parte recipitur de qua educitur nec migrat de subiecto in subiectum. Pro obiectionibus soluendis. Nota *1mo* Spirituale non potest causari à materiali quia est perfectius. *2do* corporeum non potest poni naturaliter definitiuè quia est quantum. *3tio* quod recipitur in spirituali & non dicit ordinem ad materiale, seu ad formam extreisatiuam est spirituale. *4to* Materia

est subiectum sensationum denominationis. *5to* materia est natura respectu caloris, motus progressiui, ac proinde non esset otiosa. *6to* Nutritio & augmentatio quatenus est acquisitio & attractio ac deoccupatio nouæ partis, est actus vitalis, & sic recipitur in anima: quatenus verò est alimenti conuersio aut vnionis aut formæ productio, & quatenus est inutilium secretio, est tantùm extrinsecè vitalis, sicut & motus localis quatenus scilicet est ab eo quod viuit. *7mo* Actus vitalis non in omnibus debet recipi à quibus producitur, sed tantùm in ijs à quibus producitur intrinsecè tanquam ab intrinseco. Vnde non requiritur vt mea volitio recipiatur in Deo, habitu, speciebus, & adiuuantibus accidentibus.

(240) IX. Potentiæ & ab anima & inter se non distinguuntur realiter. *Ratio tum quia* potentia non est distincta à materia: ergo neque ab anima: *tum quia* nulla formalitas est in actu quæ ab anima non possit produci: *tum quia* faciliùs sic euincitur quomodo actus communicet effectum formalem animæ: tum ex

puncto

puncto 2do. Vnde potentiæ materiales condistinctæ tantùm secundùm obliquũ dicuntur; operantur etiam per distinctã virtutem in extraneo vt ignis per calorem aquæ.

ASSERTIO II.

DE ANIMA VEGETATIVA ET SENSITIVA GENERALITER.

Anima vegetatiua est principium vegetationum. Eius potentiæ sunt: Generatiua, Augmentatiua & nutritiua, de quibus iam actum in libris de ortu & interitu.

(241) *§. I. De Natura, Potentijs & Instrumentis Animæ sensitiuæ.*

I. ANima sensitiua est principium sensationum. Organũ seu sedes eius est quidem totum corpus, quandocunq; ab ea informatur, principalius tamen cor, principalissimum autem cerebrum, quia & nerui ab hoc oriuntur, & ex vehementi attentione caput potiùs quàm cætera membra dolent.

II. Animæ sensitiuæ potentiæ, aliæ sunt externæ aliæ internæ.

III.

III. Ad ſenſationes eliciendas animâ ſenſitiua requirit 1*mo* organum. 2*do* obiectum vel eius ſpeciem. 3*tio* Spiritus animales quibus ſpecies obiectorum deferantur. 4*to* Aliqui requirunt virtutem irradiatiuam, qui reſidet in cerebro. 5*to* Aliqui præter hanc irradiatiuam, qualitatem requirunt qualitatem intentionalem, quæ qualitas ſit inſtrumentaria, & quam virtus irradiatiua per ſpatium tanquam per medium vſque ad organum continuet.

(242) §. II. *De obiecto & Actibus Animæ ſenſitiuæ generaliter.*

I. Potentiæ ſenſitiuæ ſumptæ rigidè pro ſolis ſenſibus cognoſcitiuis obiectū eſt ſenſibile rigidè ſeu quod ſolùm ſit cognoſcibile ſenſibus, non autem appetibile. Quod ſi potentia ſenſitiua accipiatur pro ſecundo gradu viuentium (ita ſcilicet vt ſignificet viuens ſentiens) tum obiectū potentiæ ſenſitiuæ erit ſenſibile, ita vt etiam appetibile includatur. *Illuſtro*, Animæ rationalis ſumptâ rationalitate pro ſolo intellectu, obiectum eſt ſolum id

quod

quod est cognoscibile per apprehensionem, iudicium & discursum, sumptâ verò rationalitate pro tertio gradu viuentium, tum obiectum Animæ rationalis adæquatum erit & cognoscibile & appetibile.

II. Sensus non potest errare circa obiectũ suum adæquatè sumptũ, potest tamen errare circa inadæquatè sumptũ, nõ tamen errore formali sed tantùm materiali. *Ratio 1mi* quia oculus non potest percipere nisi coloratum & lucidum, auris non nisi sonum : ergo &c. *Ratio 2di* quia defectu potentiæ dispositæ nauigantibus sylua videtur moueri, & ob medium infectum manus alba repræsentatur rubra, & obiectũ distans repræsentatur paruum, etsi sit magnum. *Ratio 3tij* quia sensus non componit nec iudicat. *Ratio 4ti* quia cuius obiecti & quàm copiosas species habeo, illud & tam copiosè obiectum video, adeoq; si baculi & aquæ tremulæ species simul habeo, vtrumq; simul mihi repræsentatur, & si turris species remotiores debiliores venient, minus turrim video. *Ratio 5ti* quia intellectus

dein-

deinde apprehendit baculum fractum; turrim paruam.

III. Sensus extra suum obiectum ferri non potest. *Ratio tum quia* distinctiuum vnius non potest esse commune pluribus, obiecta autem sunt distinctiua potentiarum: *tum quia* pro quo aliquid non habet inchoatam virtutem, ad illud non potest eleuari.

(243) IV. Actus sensitiui nō sunt dijudicatiui, nec reflexiui, sunt vero plurium simul, perceptiui, & omnes sunt intuitiui. *Ratio 1mi* quia oculus non iudicat signatè coruum esse nigrum, si autem aliquando dicatur sensus iudicare, iudicat occasionaliter, dando intellectui occasionem iudicandi. *Ratio 2di* quia tactus non reflectit se supra suam tactionem, non negatur tamen sensibus reflexio materialis, & virtualis seu in actu exercito, imò & formalis imperfecta posset sensui interno concedi. *Ratio 3tij* quia in vno oculo tuo video simul plures colores, siue vnâ siue pluribus visionibus. *Ratio 4ti* quia cognitio intuitiua est quæ attingit obiectum in se cum existentia in loco & tempore

pore aliquo, id est non illatiuè, non tanquam in signo instrumentali, sed in se ipso vel in suî specie, & cum existentia in aliqua temporis differentia: atqui omnis actus sensitiuus taliter attingit obiectum: ergo &c. Vnde colliges *1mo* Durationem & præteritudinem intuitiua cognoscit materialiter & in actu exercito, non autem formaliter & signatè. *2do* Cognitio rei præsentis & absentis non differunt specie, si fiant non per diuersam speciem. *3tio* dum est cogntio, debet esse obiectum præsens, id est existens, non quidem hodie sed tamen pro aliqua temporis differentia.

ASSERTIO III.
DE ANIMA SENSITIVA EXTERNA. SEV SENSIBVS EXTERNIS GENERALITER.

(244) *§. I. De obiecto sensuum externorum generaliter.*

I. OBiecti sensibilis præsertim sensuũ externorum conditiones sunt hæ: *1ma* vt sit accidentale substantiam enim non posse percipi patet factâ inductione:

tum quia sensus nil percipit nisi quod sui speciem transmittat, non transmittit autem substantia: *tum quia* eadem substantia sicut diuersis accidentibus afficitur ita diuersa repræsentatur. vnde substantiæ tantùm denominatiuè & mediante accidente dicuntur percipi. *2da* vt sit materiale quod patet *tum* inductione *tum quia* spiritus non transmittit sui speciem: *tum quia* spirituale magis distat ab oculo quàm sonus: sed sonus ab oculo non potest percipi; ergo nec spirituale: *tum quia* lapis non est eleuabilis ad cognoscendum, quia nullam habet inchoatam virtutem cognitionis: atqui etiam sensus nullam habet inchoatam virtutem attingendi rem spiritualem, ergo quod si aliquando Deus aut Angelus visus legatur; visus est in aliena specie. & licet anima rationalis potest subijci accidenti non sequitur quod anima possit terminare oculi visionem: *tum quia* anima rationalis non dependet, à subiecto, sicut visio dependet à suo subiecto. *3tia* vt sit reale & positiuum quia sensibile per transmissas species percipitur. *4ta* Singulare ob eandē ratio-

rationem. *5ta* vt præsens existat, sufficit tamen vt exstat vel in sui specie vel in quocunq; sui, essetque hoc obiectum obedientiale non naturale.

Vnde *Aduerte 1mò* quod non sequitur obiectum cognitionis intuitiuæ non esse sensibile, aut esse negationem, esset enim sensibile in alio, & esset positiuum quia non esset negatio, esto non in se existeret. *2do* non sequitur quod Deus repræsentaretur, quia id repræsentatur cuius species producitur, vel quod sui non alienam speciem producit. *3tio* non sequitur Deum subire genus causæ formalis intrinsecæ, quia obiectum non verò Deus terminaret sensationem. *4to* non sequitur à Deo cognosci intuitiuè vt existens id, quod non existit, quia Dei cognitio est simul iudicatiua: non sequitur. *5to* quod mel aut pomum absens posset nutrire quia quod sentitur est accidens, quod nutrit est substantia. *6to* non sequitur Deum esse causam erroris, quia intellectus debet corrigere sensuum errorem, præterea autor erroris est ille qui intendit decipere, & non impedit cùm potest.

 7mo

7mo non ſequitur quòd hæ contradictoriæ Petrus currit & non currit verificarentur, prior enim eſſet falſa ſiquidem Petrus non curreret eſto per ſpeciem repræſentaretur currere. *6ta* conditio eſt vt obiectum ſit præſens loco, quia agentia naturalia habent limitatam vt virtutem ita & ſphæram actiuitatis. *7ma* non debet tamen eſſe præſens immediatè ſine vllo medio aut externo qualis eſt aër & aqua, aut interno ſeu parte vnita ſentienti. Et hinc eſt quod ſenſus externus non poſſit per directas ſpecies ſentire organũ proprium, imò nec ſenſationem, quia idem eſſet medium ſentiens, & ſenſibile. *8ua* conditio iuxta aliquos eſt vt obiectum ſit quantum, & hinc ſenſatio non poteſt à ſenſu percipi quia non eſt quanta vtpote ſubiectata in anima; ſed verò probabilius eſt qualitatem ſeparatam à quantitate exiſtentem extensè poſſe emittere ſpecies, adeoque videri: *tum quia* calor etiam ſeparatus à quantitate poteſt ſentiri; *tum quia* oculus non tenetur diſcernere partes: *tum quia* ad actionem nõ requiritur contactus: *tum quia* etiam in

non

non quantum datur actio, calor enim se intenderet in igne esto non esset quantitas. 9na iuxta aliquos est, vt obiectum sit diuisibile, sed probabilius est etiam corpora penetrata & ad punctum redacta, imò & ipsum punctum posse sentiri: *tum quia* datur minimum sensibile: ergo hoc erit punctum: *tum quia* modus existendi supernaturaliter non tollit rationẽ visiui in potentia vidente, Christus enim in Eucharistia existens videt sibi honores exhiberi; ergo nec tollit rationem visibilis in obiecto. Videretur autem tunc obiecti etiam modus existendi supernaturalis, siquidem modus non distinguitur à re, videretur quippe per speciem in diuisibilem.

II. Proprietas obiecti sensibilis est, quòd si vehemens sit lædet sensum, vt patet experientiâ, & quidem hæc læsio communiter dicitur esse non à specie intentionali sed à qualitete producta.

III. Obiectum sensibile diuiditur sic: 1*mò* aliud est *per se* quod sentitur formaliter, aliud *per accidens* seu denominatiuè. 2*do* sensibile per se aliud est *proprium* quo

tantùm vno sensu percipitur, quod & primarium dicitur, quia producit sui speciem, quales sunt solæ qualitates. Aliud *commune* seu secundarium, quod pluribus sensibus percipitur, nec habet proprias species, quales sunt species quantitatis, vt sunt motus, quies, figura, numerus, magnitudo: Hoc sensibile commune non continetur sub obiectis formalibus sensuum tanquam obiectum primarium, sed solùm tanquam secundarium.

IV. Sensibile commune dixi non proprias species attingi, sed per species sensibilis proprij. *Ratio est tum quia* specierum productio debet esse ab actiuo: sensibile autem commune non est actiuum, quia est quantitas: *tum quia* qualitates non habent ius existendi naturaliter sine modificatione extensionis, distantiæ, vel proprinquitatis, motûs vel quietis. ergo non habent ius se per species suas præsentandi, nisi cum hac modificatione & determinatione ad existendum in hac vel illa extensione, distantia: &c. & commune sensibile sicut modificat ad existendum ita & ad repræsentandum. Nota

ergo

ergo 1*mo* sensibile proprium & commune esse diuersa in genere entis non in genere obiecti. 2*do* vtrumq; hoc sensibile constituit vnum adæquatum obiectum, proprium nempe vt modificatum, commune vt modificans. 3*tio* solum obiectum propriũ emanat species, nõ solum tamen videtur, nec solum mouet potentiam, nec à solo patitur potentia. 4*to* absente sensibili communi, sensibile proprium tantùm suî emittit species. 5*to* absente sensibili proprio, sensibile commune non perciperetur, sicut defacto cælum iuxta communem, tactu non percipitur, quia in cælo non sunt qualitates 1mæ quæ sunt obiectum tactûs. 6*to* variato sensibile communi variatur & proprium. 7*mò* à longe facilius dignoscitur sensibile commune quàm proprium, quia illud est latius patens. 8*uo* ab intellectu potest percipi sensibile commune sine proprio, quia intellectus cognoscit abstractiuè.

(245) §. II. De speciebus impressis vicarijs obiecti.

I. Nomine speciei impressæ non intelliguntur corpuscula substantialia, sed intelligitur qualitas intentionalis fusa ab obiecto complens potentiam ad percipiendum obiectum. Dicitur *Impressa tum quia* imprimitur ab obiecto: *tum quia* nõ est expressa similitudo sicut cognitio, Dicitur *Intentionalis* quia concurrit ad elicitionẽ cognitionis quæ dicitur intentio.

II. Dantur species impressæ in sensibus externis, internis, & in intellectu, *Ratio tum* vt de singulis potentijs agetur suo loco: *tum quia* iuxta Aristotelem vnum quodq; sensorium est susceptiuum sensibilis sine materià, seu specierum: *tum quia* & potentia indifferens debet ad certum obiectum determinari, & obiectum debet esse aliquomodo præsens potentiæ, non potest autem esse præsens physicè sed potest intentionaliter; & pro varietate medij variè repræsentatur obiectum.

III. Species ab vnaquaq; parte obiecti funduntur circulariter ita sicut lumen, à toto verò obiecto funduntur & pyramidaliter, ita vt conus tangat oculum,

&

& decussatim ita vt dextra pars obiecti tendat ad sinistram & sinistra ad dextram vt patet in speculo: Item superior inferius & è contra. Possunt plures etiam solo numero distinctæ recipi in eodem oculo, quia diuersa munia agunt; penetrant se, alias magna turris non posset repræsentari in oculo.

IV. Qualem similitudinem obiecti generat species controuertunt Authores. *imo* Aliqui dicunt eas esse idolum quod videatur vt quod: *Contra* vt puncto sequenti. *2do* multi Thomistæ docent speciem impressam esse similem obiecto in natura, adeoque solo numero differre ab obiecto, adeoque speciem quâ cognosco bouem esse formalissimè bouem; hanc verò speciem docent cum potentia constituere magis quid vnum, quàm materia cum forma. *Contra tum quia* aër & & oculus esset albus: *tum quia* obiecta sæpe sunt in compatibilia in eodem subiecto, non incompatibiles species: *tum quia* accidens & substantia non possunt constituere vnum; *tum quia* obiectum est in cognoscente, intellectus fit omnia

non

non physicè sed intentionaliter. *3tio* Alij Thomistæ docent speciem impressam esse formalem obiecti similitudinem, quæ tamen ipsa non cognita ducat in cognitionem obiecti. *Contra tum quia* Intellectus continuò esset in actuali perceptione obiecti: *tum quia* cognitio est formalis similitudo obiecti. *4to* Plurimi alij docent esse virtualem obiecti similitudinem, seu species impressa tantùm virtualem, seu in repræsentatione, non autem formalem aut entitatiuam dicit similitudinem ad obiectum; entitatiuè enim differt obiectum & species consequenter speciei impressæ primario conuenit esse virtualem obiecti similitudinem, estque tantùm formale signum obiecti.

V. In speculo & in charta per fenestræ foramen immissæ species non videntur vt quod, sed videtur vel obiectum vel lumen in sincerum, vel vmbra corporum transeuntium. *Ratio tum quia* quod videtur debet esse aut obiectum, aut simile aliquid obiecto in figura externa, scilicet in lineamentis, quadratura, triangulo, &c. *tum quia* species non sunt lu-

aut

aut color, aut id quod est formaliter coloratur & lucidum: *tum quia* species illæ repræsentant aliquomodo distantiam.

Dices 1*mo* Illud videtur quod est in speculo: sed obiectum non est in speculo: ergo &c. *Maior probatur*: Alias deberem videre id versus quod reflectuntur species; seu id quod est retro me: ergo &c. ℞. obiectum in speculo est in suis speciebus videtur quasi in speculo, & tanquam existens in speculo per species, at tanquam existens in se extra speculum, quia speculum etiam distantiam vel propinquitatem obiecti repræsentat. Dices 2*do* In chartam per fenestræ foramen immissæ species, nec directè nec refractè repræsentare possunt obiectum: ergo repræsentant se ipsas. ℞. repræsentabunt 1*mo* directè; si stans post chartam, oculum vertam ad chartam. 2*do* videbo idem obiectum & per species refractas, si hæ species postquam transierint per chartam, incidant in aliquod medium tenuius quàm sit charta v. g. in aërem. 3*tio* videbo & per reflexas, quia si dicas sic: (videri obiectum per species refle-

xas est illud videri situ recto, ad angulos æqualis incidentiæ, non ex omni loco, in in eodem loco, & videri cum distantia repræsentata: atqui in charta videtur obiectum situ inuerso, in omni loco, item siue ex dextra siue ex sinistra aspicias obiectum non mutat locum deniq; non repræsentatur distantia: ergo &c. Rx. D. *Ma.* per reflexas perfectè & habentes debitam medij situationem requisitioné requisitam pro reflexione, & habentis locum non tenebricosum Con. Ma. Secus Nego Ma; Illud ergo obiectum non videtur *1mo* situ recto sed inuerso, nec *2do* ad solos angulos incidentiæ, sed versus omnem partem, quia species accommodant se situationi medij & corporis reflectentis talem figuram, species præterea pergunt decussatim. Item *3tio* mutato loco videntis, non mutatur locus obiecti ob angustias foraminis, aut ob imperfectam reflexionem, àut ob locum tenebricosum. *4to* distantia non videtur quia reflexio est imperfecta.

(246) VI. Probabile est *1mo* quod species impressæ ad actus vitalis concurrant

rant in genere causæ formalis extrinsecæ, seu determinatiuæ, illuminatiuæ aut dispositiuæ: *tum quia* si concurrerent effectiuè, deberet illas potentia recipere in se: nisi forte dicas concurrere eas in genere causæ effectiuæ extrinsecæ, sicut & Deus: *tum quia* præmissæ ad conclusionem & cognitione ad volitionem concurrunt tantùm illuminatiuè: ergo & species. Probabile 2*do* quòd effectiuè quia habent similitudinem cum cognitione; sed extrinsecam sicut ignis ad calorem in subiecto vicino, cognitio iuxta aliquos ad volitionem, præmissæ iuxta Scotistas ad conclusionem.

VII. Causa materialis & subiectiua specierum materialium potest dici esse ipsum organum, vel ipsa anima. Intellectualium tamen non est nisi ipsa anima: *tum quia* anima debet determinari & illuminari, non posset autem, sicut nec voluntas illuminaretur ab intellectu; si intellectus non esset illi intimè coniunctus: *tum quia* Aristoteles sæpe dicit potentiam pati ab obiecto; *tum quia* in spiritibus vitalibus & in organo recipiun-

tur tantùm tanquam in medio : *tum quia* in Eucharistia non multiplicantur miracula per productionem nouarum specierum, siquidem species non in materia sed in anima recipiuntur.

VIII. Non datur sensus Agens qui producat speciem : sed species in sensibus externis producuntur ab obiecto, aliquando autem ab alijs speciebus propropagantur, sed non præsente obiecto. *Ratio 1mi tum quia* species in medio non producuntur à potentia, sed priùs ab obiecto, postea verò vna species producit aliam : *tum quia* potentia debet fieri similis obiecto : *tum quia* ideo lucem colligimus fieri à sole, quia sublato sole tollitur lux : atqui etiam sublato obiecto tollitur species : ergo &c. *tum quia* quod clausis oculis, & in toto circulo agitatæ facis videatur esse lux, est error imaginatiuæ.

(247) IX. Species Impressæ sunt diuisibiles extensiuè seu in repræsentando, seu vnaquæq; pars obiecti suî tantùm & non totius obiecti proijcit speciem, adeoque falsum est quòd tota totius ob-

iecti

iecti species & quæuis eius pars tam quã libet partem obiecti, quàm totum obiectum repræsentat. *Ratio* est *tum quia* quæuis pars seorsim est cognoscibilis ergo quæuis pars suî solius proijcit speciē: *tum quia* partes obiecti retro stantes & colores non video per foramen: *tum quia* species albedinis essent species nigredinis, siquidem in eadem imagine est albedo & nigredo, *tum quia* obiectum secundum omnes suas partes immutat potentiam. DICES 1*mo* Species obiecti totius est ante oculum, & in oculo, & fluit pyramidaliter ad oculum: ergo est indiuisibilis in repræsentando. ℞. *N. Cons.* quia species se penetrant etsi sese inuicem sibi non vniunt. DICES 2*do* vna musca sola posita in pariete albo non videtur à longe quæ tamen videtur coniuncta cum alijs: ergo sola non producit speciem suî in illa distincta: ergo in productione suæ speciei dependet ab alijs muscis: ergo & in repræsentatione. ℞. 1*mo* Nego primam partem Antecedentis, videtur enim etsi confusè, neq; enim verum est dicere quòd oculus totum vi-

deat parietem album; quia talem parietem videt qualis est: atqui non totus est albus: ergo &c. ℞. 2do Concedo primam consequentiam, quia etsi species obiecti remissæ non possint solæ immutare potentiam: sicut solus aliquis non potest mouere lapidem; producuntur tamen à minima etiam parte. ℞. 3tio Concedo Antecedens & primam consequentiam quia datur minimum sensibile, *Distinguo* secundam Conseq: dependet tanquam à principijs constituentibus vnam totalem actionem *N. Conseq.* tanquàm à conditione *C. Conseq.* sic victoria exercitûs dependet interdum ab vna alicuius strenui militis actione, esto alij nihil agant sic calor à siccitate dependet ad immutandum sensum & tamen cum siccitate non constituunt vnam actioné.

X. Species Impressæ sunt diuisibiles extensiuè subiectiuè seu in essendo. *Ratio* quia educuntur de subiecto diuisibili & & sunt materiales.

XI. Species Impressæ sunt diuisibiles intensiuè. *Ratio tum quia* partes obiecti extensi repræsentantur per partes diuisibiles

biles speciei Impressæ: ergo & intensæ: *tum quia* actus etsi solus non possit intendere speciem, posset tamen adiutus ab alijs: *tum quia* faciliùs recito quod sæpius iteraui.

ASSERTIO IV.
DE SENSIBVS EXTERNIS IN PARTICVLARI EORVMQ; OBIECTIS ET SPECIEBVS.

(248) *§. I. De Visu.*

I. ORganum & subiectum visus constat tribus humoribus, pelliculis seu tunicis septem, & duobus neruis opticis; Visionis porro subiectum dici solet vel retina, vel nerui optici.

II. Visio non fit per extramissionem radiorum. *Ratio tum quia* lux non mittitur ab oculo ad obiectum, sequeretur enim obiecta à nobis de nocte illuminari & videri: *tum quia* species sufficienter explicant quomodo oculus habet determinatam actiuitatis sphæram extra se, sphæram autem actiuitatis intra se semper eandem oculus habet, quia visionem semper recipit in se, *tum quia* consum-

ptio spirituum potest esse à solo concursu ad visionem.

III. Lux & color sunt distincta duo inadæquata visûs obiecta constituentia vnum adæquatum. *Ratio 1mi tum quia* lux potest videri sine colore, *tum quia* incredibile est vt toties quoties lux aliqua comparet varietur color. Addo tamen quòd color apparens non distinguitur à luce. *Ratio 2di* quia color non potest videri sine luce tanquàm sine conditione.

IV. Lumen vt est illuminans obiecta est qualitas, vt verò est motiuum potentiæ ad videndum est species impressa. *Ratio 1mi* quia species albedinis non facit subiectum album: ergo nec species lucis facit subiectum lucidum. *Ratio 2di* vt sequenti puncto.

V. Visus indiget speciebus impressis. *Ratio* tum ex Aristotele: *tum quia* potentia vitalis non operatur nisi habeat vnitum obiectum, non sufficit autem vniri ipsum per se obiectum, quia oculus non videt colorem suum & lucem: *tum quia* oculus se ipsum videt in speculo:

tum

tum quia interpoſito opaco inter me & obiectum, obiectum non videtur. *tum quia* omne coloratum & in quouis impedimento reflectit speciem, vt multi docent.

§. II. De Auditu.

I. Organum & ſubiectum auditûs eſt auris exterior & interior, tympanum, malleolus, incus, ſtapes. Auditionis porro ſubiectum dici ſolent vel nerui quintæ coniugationis vel tympanum cum aëre, vel omnia ſimul.

II. Obiectum auditûs eſt ſonus qui eſt qualitas ſonatiua productiua ſonationis in circumſtantia corporis percutientis, percuſſi & eliſi, (ſiue interim hæc corpora ſint realiter ſiue virtualiter plura) mediante motu locali & ictu. Vel eſt qualitas producta ab illis præfatis tribus corporibus & in ijſdem recepta. *Ratio* quia percuſſa campana & vitrum & eliſus globus aut aër ſonat. Hæc qualitas ſoni, ſuppoſito quod ſit à tribus illis corporibus producta *1mo* eſt naturalis ipſis corporibus ſaltem ex ſuppoſitione motûs.

2*do* eſt alteratiua aëris informatiuè non corruptiuè. 3*tio* neq; eſt qualitas 1*ma* nec ſecunda ſicut impulſus & lux. 4*to* producta à corpore æneo vel argenteo eſſet diuerſæ ſpeciei accidentaliter.

III. Sonus non fit per intermediam actionem vnius corporis in aliud, ſed per attractionem aëris medij vel alterius alicuius corporis.

IV. Medium per quod defertur ſonus eſt aër, Item eſt aqua, imò & lignum. *Ratio* 1*mi* quia ſonum campanæ percipio medio aëre. *Ratio* 2*di* quia piſces in aqua fugiunt ſtrepitum, vnde piſcatores indicunt ſibi ſilentium: *tum quia* etiam congelato fluuio, ſi applices aurem, audies. *Ratio* 3*tij* ſi vnam extremitatem baculi applices ſonanti lyræ, alteram denti, audies lyram: *tum quia* ſi perticæ aut ſepibus ſiccis longis ad ſex orgias applices in vno extremo aurem, audies ictus leuiſſimè pulſantis alteram extremitatem.

V. Sonus ad auditum defertur non realiter, ſed per ſpecies. *Ratio tum quia* color defertur per ſpecies: *tum quia* qualitas non faceret diſcerni diſtantiam ſonantis:

nantis:

nantis: *tum quia* qualitas recepta in aure, moueret potentiam potiùs pro se percipienda vel pro percipienda qualitate vicinæ sphære, quod est falsum.

Dices 1*mo* Audiretur aliud quam sit, non præsens: ergo &c. ℞. *D. A.* quàm sit in se, non præsens in se, Con. A. in speciebus N. A. Dices 2*do* Calor & lux etiam realiter propagatur: ergo & sonus. ℞. *N. Conf.* quia lux & calor non tantùm debet percipi, sed reddit præterea subiectum lucidum & coloratum, sonus autem non reddit meam aurem sonatiuam. Dices 3*tio* Iniectus in aquam lapillus totam aquam commouet: ergo & sonus propagabit se physicè. ℞. *Nego Con.* quia in aqua circuli sunt propter impulsum.

VI. Sonus seu potius species per se producibilis est in instanti, per accidens tamen ratione motûs localis producitur successiuè. *Ratio tum quia* lucem sol producit instantaneè, non instantaneè tamē totam sphæram illuminat, ex eo quia successiuè mouetur sursum: *tum quia* productio specierum etsi non habet contrarium,

rium; habet tamen resistentiam aëris: *tum quia* aër successiuè dilatatur; *tum quia* prius videmus ictum securis quàm sonum: *tum quia* sonus non ab omnibus simul percipitur sed citiùs percipitur à vicinioribus, etsi citius tantum imperceptibiliter.

VII. Tanto tempore sonus permanet, quanto & species, adeoque conseruatiua causa speciei est sonus. *Ratio* quia absens obiectum à nullo sensu percipitur: *tum quia* si vitrum tinniens premas manu, non percipis sonum, quia tinnitus cessat: *tum quia* per illud auris determinatur quod percipit esto illud percipiat in speciebus.

§. III. De Olfactu.

I. Organum odoratus sunt potius caruncula seu processus mammillares, quàm extremitas nasi, aut nerui descendentes à cerebro, quia abscisso naso est adhuc potentia olfactiua, & nerui extenduntur ad exteriores partes nasi.

II. Odor est qualitas secunda orta ex temperie quatuor primarum qualitatum, præ-

prædominante potiſſimum calore, & præterea ſaltem in aliquibus prædo minante ſiccitate ſupra humiditatem vt patet in non liquidis, niſi forte dicas prædominium ſiccitatis non eſſe in eadem ſubiecti parte, in qua humiditatis, ac proinde odorem non eſſe in eadem parte in qua eſt ſapor.

III. Odor non ſe propagat ita ſicut calor, quia qualitates ſecundæ non ſunt actiuæ; promouere ſe tamen poteſt à roſa v. g. ad tuum cerebrum cum vapore, vel exhalatione ſubtili, aut cum aëre qui priùs à roſa fuit attractus, & in quo roſa odoriferam produxit qualitatem.

IV. Odor potentiam ad eliciendum ſenſationem mouet per ſpecies impreſſas. Quia vix credibile eſt quòd cibus per exhalationem odoratur in aqua & piſcibus.

§. VI. De Guſtu.

I. Guſtûs organum eſt lingua, palatum cum gutture, & alijs adiacentibus, potiſſimùm autem extremitas linguæ, ad quam medium eſt cutis.

II.

II. Sapor est qualitas secunda orta ex primis prædominante potissimum calore, & humido supra siccum, quamuis hoc prædominium aliqui non requirant, sicut prædominium sicci supra humidū non requirebatur ad odorem, adeoque concedent in eadem parte subiecti posse esse saporem & odorem.

III. Saporem coniungi cum patientia per species impressas, est probabile, quia obiectum debet esse intimè præsens organo; non esset autem quia ipsa qualitas saporis recipitur tantùm in extima cute, ibi autem sui similem non producit, quia qualitas secunda non est actiua.

IV. Infirmi non sentiunt saporem; quia deest in illis humidum salinæ, item amarum sentiunt esse dum sumunt dulce, quia salsus humor aliasq; vitiosæ qualitates præualent ad immutandum potentiā; vnde non est phrasis hæc vsurpanda (Infirmus dulcia sentit esse amara) sed infirmi potentia quamuis sentit id quod dulce est, tamen magis mouetur ab amaris qualitatibus occupantibus organum; quàm à dulcibus, ac proinde indicat dulce esse amarum.

§. V.

§. V. De Tactu.

I. Tactio est perceptio immutatæ complexionis, quæ complexio erat temperies quatuor primarum qualitatum, & dispositio seu situatio partium corporis.

II. Finis tactûs est vt animal ex tactu dignoscat quæ sibi nociua vel conuenientia sunt.

III. Organum tactus est cor, cutis, nerui, imò totum fere corpus, continuatur enim totum cum communi sensu saltem mediatè.

IV. Tactus à gustu distinguitur realiter secundum organum. V. Tactus est vnicus pro omnibus quatuor qualitatibus. *Ratio tum quia* nulla pars corporis est quæ vnam tantum contrarietatem qualitatum v. g. solum calorem & frigus percipiat, adeoq; vnius sensus potest vtramq; contrarietatem percipere, vt quando manus, frigida immittitur in aquam calidam, sentit & calorem & humiditatem: *tum quia* gustus & visus non multiplicatur pro multiplicitate saporum & colorum.

VI. Obiectum adæquatum tactûs sunt

& primæ & secundæ qualitates, vt aspe-
rum, molle, lene, tenue, durum, graue, leue.
Ratio quia etsi qualitates secundæ non dis-
soluunt temperiem primarum qualitatū,
dissoluunt tamen partium corporis situa-
tionem. Aduerte verò grauitatem & le-
uitatem iuxta multos non sentiri nisi in ef-
fectu suo nempe impulsu.

VII Qualitates primæ & secundæ ex-
tranei subiecti sentiuntur, sentiuntur &
propriæ ipsius sentientis, & quidem etiā
in propria parte organi inexistentes quam
mouere aduenjunt. *Ratio 1mi* quia calor
è foco sentitur minùs, si interponas char-
tam vel manum, sentio mollitiem lanæ,
duritiem muri. *Ratio 2di* Etiam recedens
à foco sentio in me calorem. *Ratio 3tij*
Sentio dolorem etiam in parte digiti qui
compressus est. *Ratio* verò totius asserti
est, quia & qualitas de se est tangibilis, &
est coniuncta organo & distemperat com-
plexionem.

VIII. Sentiuntur qualitates non tan-
tùm secundùm exuperantiam, sed & se-
cundùm æqualitatem, imò & remissionē.
Ratio tum quia meus mollis digitus sentit
lanam

lanam molliorem se: *tum quia* cor alteratur minimo accessu caloris: *tum quia* manus frigidissima in aqua tepida calefit, frigefit calidissima.

IX. Tactus aliquando habet medium, vt cùm remotus calor sentitur.

X. Dantur species impressæ tactilium: *Ratio tum quia* tactilia aliqua per se non sunt coniuncta vt calor foci: *tum quia* secundæ qualitates non producunt aliam qualitatem quæ in digito penetret ad sensorium. *tum quia* duæ manus æquè calidas se esse sentiunt, neutra tamen agit in alteram, quia simile non agit in simile: *tum quia* potentia vitalis est passiua, & patitur ab obiecto passione perfectiua, non corruptiuâ: atqui ab ipsa qualitate patitur passione corruptiua: Ergo. *tum quia* si calor in igne non emanaret species, homo ibi existens combureretur, nec sentiret.

ASSERTIO V.

De Anima Sensitiva Interna.

(249) §. I. *De natura & Diuisione sensûs interni.*

I. SEnsus internus est animæ sensitiuæ potentia materialis residens in partibus corporis interioribus. Dari sensum internum suadetur *tum quia* experimur nos cognoscere visiones, auditiones, quibus ea nobis repræsentantur quæ nunquam vidimus, audiuimus, quòd tamen non fit per sensus externos quia hi suam sensationem non percipiunt, nec per intellectum, siquidem & in brutis hoc ipsū reperitur, *tum quia* bruta ligatis sensibus externis operantur, equus enim in somno hinnit, canis latrat: *tum quia* brutum cognoscit suam domum, altorem, relq; præteritas bonas & malas.

II. Sensus internus triplex solet numerari, nempe cognoscitiuus, appetitiuus, locomotiuus. Et quia de locomotiuo actum in physica, ideo hîc agetur de solis

aliis

alijs duobus, qui etiam suis locis subdiuidentur.

(250) §. II. De sensu interno cognoscitiuo.

I. Sensus internus numeratur septuplex, quia & actus eius septuplex numeratur. 1mus Actus est quo discernuntur obiecta & actus sensuum externorum, cognoscendo scilicet quod obiectum visûs non sit obiectum auditûs, & quod sensatio visûs non sit sensatio auditûs. Hoc verò discrimen non fit ab intellectu quia datur etiam in brutis, est ergo à potentia quæ dicitur *sensus communis*. Dicitur autem *communis* non ideo quasi sola sensibilia percipiat, nec ideo quòd de singulis sensibus externis prædicetur, hoc enim vtrumque falsum est, sed ideo quia omnium sensuum particularium externorum percipit & obiecta & sensationes, & discernit, num hæc rectè vel defectuosè fiant. 2dus *Actus* sensûs interni est, quòd non solum percipimus sensibilia percepta à sensibus externis dum præsentia sunt, & ab ijs sentiuntur, sed ea co-

gnoſcimus etiam abſentia, ſeu poſtquam iam fuerunt, vt patet in ſomno, imò & vigilia dum conſideramus ſenſata, licet actu ab externis ſenſibus non percipiantur. Potentia quâ id facimus vocatur *phantaſia*. 3tius Actus eſt quo iam non ſimplicia vt per priorem actum ſed compoſita obiecta cognoſcimus v. g montes aureos, quæ compoſitio nunquam ab externo ſenſu percipitur, ſed eam fabricat *imaginatio*. 4tus Actus eſt quo ſenſibilia externa inſenſata percipiuntur ſub ratione conuenientis vel diſconuenientis, quæ non oritur ex diſplicentia aliqua aut voluptate cauſata in ſenſu externo, ſicut v. g. ouis apprehendit lupum, & canis baculum, ac propterea fugit ab eo: Potentia huius actûs elicitiua dicitur *æſtimatiua*. 5tus Actus eſt quo obiecta præterita iteratò percipiuntur à *Memoria*. 6tus *Actus eſt*, quo circa ſola ſenſibilia particularia præſentia verſamur eo modo & ordine quo intellectus circa illa verſatur, adeoque ſicut intellectum comitantur in diſcurſu, ita eundem videtur imitari in diſcurrendo; quare etiam obiectum huius

actûs

actûs est idem cum intellectûs obiecto, vel necessario connexum cum illo, huius autem actûs potentia proprio nomine vocatur *Cogitatiua*. *7mus Actus* est qui comitatur discursum intellectûs non solùm circa præsentia sed & circa præterita obiecta sensata, nec modo quodam simplici & vt de memoria diximus circa præterita versari, sed cum quadam quasi indagatione vnius ab altero; & quasi discurrendo imperfectè: Hic actus tribuitur *Reminiscentiæ*.

II. Realiter vnicus est sensus internus, imò, & formaliter non multiplicatur ratione organi; multiplicatur tamen ratione & denominatione tum pro varietate obiecti, tum pro varietate actuum. *Ratio 1mi tum quia* sensus externi & aliæ potentiæ non distinguuntur ab anima & inter se: ergo & sensus interni: *tum quia* Angelus per vnam potentiam intelligit obiecta sensuum externorum, eaq; inter se distinguit non solùm cùm sunt præsentia; sed etiam absentia, & præterea potest illa apprehendere prout proponuntur externa & alio etiam modo quo non pro-

ponuntur. *Ratio 2di tum quia* huius sensûs organum à quo dependenter exercentur operationes est cerebrum: *tum quia* Angelus sine organo cognoscit, ea quæ sensus internus cognoscit. *Ratio 3tij* Sensus externi & aliæ potentiæ distinguuntur formaliter penes obiecta: ergo similiter sensus interni. *Ratio 4ti* Anima distinguitur penes actus vegetandi & sentiendi, *tum quia* potentiæ specificantur mediatè ab obiecto, immediatè ab actibus.

III. Animalibus saltem imperfectis aliqui negant sensum internum, sed alij concedunt sicut imaginatiuam saltem imperfectam quæ consistit in gustu & tactu; ita etiam memoriam saltem imperfectam quæ non sit intellectiua.

IV. Obiectum sensûs interni, sunt *Primo* omnia obiecta sensata, seu quæ percipiuntur à sensu externo. *Ratio tum quia* intellectus non mouetur immediatè à sensu externo sed ab interno, seu ab obiecto vt cognito à sensu interno: *tum quia* percipitur id à sensu interno de quo dormiens cogitat, cogitat autem de colore, sono &c. *Secundo* ex insensatis, seu non per-

perceptibilibus à sensu externo percipit 1mo conuenientiam seu amicitiam & inimicitiam. *Ratio tum quia* quod appetitus sensitiuus appetit aut refugit, illud percipitur à sensu interno; appetitus enim sicut volitiuus ita & sensitiuus in obiectum debet ferri, præuiâ cognitione: atqui appetitus ouis refugit lupum vt pote habentem rationem disconuenientis & inimicum, & appetitus canis refugit fustem vt disconuenientem, quærit autem cibum vt conuenientem: ergo &c. *tum quia* sensus internus percipit concordiam vocum in qua consistit musica, & proportionem colorum in qua consistit pulchritudo: sed sensus externus ista non percipit: ergo sensus internus aliquid percipit quod non est sensatum à sensu externo. 2*do* Actus sensuum externorum. *Ratio tum quia* Aristoteles hic c. 1. docet expressè sensationem non cognosci à proprijs sensibus. Sed à sensu communi: *tum quia* experimur nobis non tantùm vigilibus; sed & dormientibus ac somniantibus redire in memoriam sensationes præteritas; ergo multò magis hæ percipiuntur

tur

tur præſentes & exiſtentes. *3tio* Actus proprij *Ratio* quia recordamur imaginationis præteritæ, imò ſomniamus nos ſomniare, & canis viſo Paulo cum baculo recordatur ſenſationis doloroſæ: ergo ſenſus internus percipit ſuas ſenſationes. *4to* præteritum & futurum quamuis non vt talia. *Ratio 1mi* quia ſomniamus iſta *Ratio 2di tum quia* vt talia vix intellectus cognoſcit: *tum quia* ſenſus internus non cognoſcit motum ſiquidem non cognoſcit prius & poſterius. *5to* iuxta Arriagam priuationes & negationes quamuis id alij negant vt mox dicetur.

Dices *Contra primam partem 1mo* Solus ſenſus internus poſſet attingere ſenſibilia externa: ergo ſenſus externi eſſent ſuperflui. *2do* Senſus interni munus eſt vt ſenſibilium percipiat differentiam, non quidem formaliter ſed ſolùm materialiter; quatenus percipit ea & rudi quodam modo iudicat vnum non eſſe aliud: atqui hoc poſſunt præſtare etiam ſenſus externi: ergo ſenſus internus eſt ſuperfluus. *3tio* Habitudo differentiæ eſt quædam relatio: ſed relatio non eſt per ſe ſenſibilis:

lis: Ergo nec differentia. 1mò D. A. posset attingere immediatè sicut sensus externi N. A. mediatè & diuersâ sensatione C. A. *Item* D. C. essent superflui si non sub ordinarentur sensui, interno C. C. si subordinarentur N. C. 2di N. C. quia cognoscens differentiam inter duo v. g. colorem & saporem, debet illa duo cognoscere, sensus autem externi non habent duo obiecta. 3tij D. *Min.* relatio non est per se sensibilis formaliter C. Min. materialiter seu fundamentum, N. Min.

Dices *Contra 1mum punctum 2dæ partis 1mo* Ouis visâ figurâ lupi, lupum fugit ob antipathiam: ergo ouis non cognoscit formaliter lupum sibi inimicum. 2do lupus per sola accidentia externa in oue, causat molestiam: Ergo &c. 3*tio* Ouis cognoscit inimicitiam & amicitiam actibus subsequentibus; non cognoscit verò primis: ergo &c. 4*to* Sequeretur bruta discurrere & agere propter finem, nec enim posset ouis percipere lupum sibi inimicum, nisi posset formare hunc conceptum: [lupus me deuorabit si poterit: ergo est fugiendus:] ergo &c. 5*to* non

datur

datur vllum determinatiuum oculi aut æstimatiuæ ouinæ ad percipiendam disconuenientiam: Ergo &c. *6to* Potentia interna æstimatiua in oue, si perciperet lupum per modum inimici, deberet percipere vel per modum inimici actualis, vel per modum inimici aptitudinalis: atqui non percipit per modum inimici actualis, quia non est actualis offensio, nec per modum inimici aptitudinalis aut potentis offendere, quia non possum apprehendere aliquid per modum calefactiui, nisi expertus sim quòd aliquando calefecerit me, aut aliquid simile. ℞. *1mi D. A.* ob antipathiam solam N. A coniunctam cum cognitione mali, seu disconuenientis seu inimici C. A. Et ratio est *tum quia* antipathia non potest peruertere ordinem naturæ in agendo qui est eiusmodi vt potentiam appetitiuam præcedat cognitio: *tum quia* modus operandi viuentium, seu cognoscitiuorum perfectior est quàm non cognoscitiuorum, si autem ouis ob solam antipathiam fugeret lupum [sicut & humor ligni ob antipathiam fugit ignem refundendo se in partem inaccessam) non

esset

esset diuersus modus operandi : Ergo. 2*di* N. A. *tum quia* hæc lupi externa accidentia non causant molestiam in alio lupo :ergo nec in oue : *tum quia* ouis educata simul cum lupo,lupum non fugeret, & tamen tunc ab accidentibus externis lupi deberet produci molestia. 3*tij* N. A. quia si potest percipere sequentibus actibus : Ergo potest & primis. 4*ti* N. A. 5*ti* N. A. est enim determinatio à sensu interno. 6*ti* Nego 2*dam* partem Minoris falsum enim est quòd aptitudinalis conuenientia aut disconuenientia sentiri non possit ; it enim canis ad aquam quam non est expertus esse refrigeratiuam, & auis suam prolem sentit primò ablatam, etsi priùs non fuit ablata.

DICES *Contra 3tium punctum 2dæ partis 1mo*. Cognitio *reflexiua* est valde perfecta quæ soli intellectui conceditur ob singularem eius perfectionem : Ergo &c. 2*do* nullus sensus cum sit quantus & extensus est super se *reflexiuus*, sicut quantitas cũ sit extensa, nõ potest supra se ipsam conuertere. 3*tio* Quando est obiectum præsens non sentitur reflexe à sensu: Ergo

Xx multò

multò minùs sentietur reflexè quàndo e
absens & non existens. *4to* Sensus exter
nus non percipit proprios actus: erg
nec internus ℞. *1mi*, *2di*, *3tij*, D. A. re
flexiua, reflexiuus, reflexè perfectè vt s
ab intellectu Con. A. aliqualiter N. A
4ti *Nego Conseq.* quia sensus internus e
perfectior.

Dices *ad vltimum punctum cum ne gantibus* *1mo* absentia rei percipi non po
test: sed negatio & priuatio est absenti
rei, esto enim appellentur entia negatiu
vel remotiua verè tamen non sunt entia
sed sunt mera absentia rei positiuæ. *2a*
cognoscere negationes est facere ens ra
tionis: sed bruta non faciunt ens ratio
nis: Ergo &c. *3tio* brutum cognoscen
do in foramine colorem, cognoscere de
beret omnes singulares colores: atqu
hoc esset facere vniuersale per actũ con
fusum; ergo &c. *4to* Ad apprehensio
nem negatiuam deberet brutum determi
nari à motiuo formali quod aliud non es
quàm absentia coloris: atqui apprehen
dere vnum directè aliud indirectè tam
parum videtur brutis conuenire, quàm
parum

parum discurrere: ergo. *5to* negatio coloris non nisi illatiuè habetur. *Responderi solet: 1mi, 2di, 3tij Nego Ma.* non esset enim necesse vt tum brutum cogitet de alijs coloribus: sed sine eiusmodi singularium colorum distinctione, brutum apprehendit vltra non extendi colorem, seu simpliciter nihil esse ibi. *4ti Negatur Maior.* quia bruta non agunt formaliter propter finem: ergo non debent habere formale motiuum vel N. Min. *5ti* N. A.

Dices ad idem cum affirmante Arriaga. Brutum habet apprehensionem negatiuam dicendo (hic non est color.) *2do* Canis visâ vmbrâ hominis cum baculo, terretur fugit & euadit per foramen: sed vmbra est negatio lucis: Ergo &c. *3tio* Videt vbi sint portæ, fenestræ, vacuitates, quia tentat per illas egredi. Item videt figuram vasis, statuæ, lapidis; atqui fenestra, porta & foramen est negatio impedimenti; Item figura dicit necessariò carentiam superfluarum partium; ergo videtur & percipitur negatio. *4to* Bruta sentiunt absentiam catulorum suorum ex nido sublatorum: ergo &c. *5to* Catellus

non audet inuadere canes maiores qui tamen inuadit canes minores: ergo aliquam cognoscit negationem; nempe virium. *6to* Vrsus proiecturus lapides in hominē seligit minores: sed hæc electio est cognitio paruitatis: ergo & carentiæ magnitudinis. Respondere solet *1mi N. Ant. 2di N. Min.* quia canis dum videt vmbram hominis accedentis cum baculo, videt lucem remissam formatam in similitudinem hominis & baculi, & per speciem insensatam sentit periculum ac fugit rem apprehensam vt sibi nociuam. *3tij N. Ma.* quia vel sentit aliquem subtilem ventum illac transeuntem, ac proinde illuc se proripit; vel recurrit illi species locorum per quæ transijt, vel fugit non quòd percipiat negationem impedimenti, sed quia nullum ibi percipit impedimentum. *4ti N. A.* quia bruta tantùm cognoscunt nidum ac recordantur catulorum qui hîc fuerunt ideo dolent. *5ti N. C.* quia tantùm apprehendit staturam minorum canum esse sibi proportionatam, non apprehendit illorum. *6ti* N. C. quia tantùm apprehendit & materialiter æstimat

hanc

hanc magnitudinem sibi esse proportionatam, non apprehendit illam.

(251 V. Dantur in sensu interno species sensatæ seu obiectorum sensu externo perceptibilium distinctæ à speciebus sensuum externorum; Dantur & insensatæ. *Ratio 1mi tum quia* obiecta sensibus coniungi debent per species impressas: *tum quia* dantur species impressæ in sensibus externis: ergo & in internis. *Ratio 2di tum quia* sensus internus percipit res insensatas à sensu externo vt cum canis apprehendit cibum sibi esse delectabilem. *tum quia* bruta feruntur in obiecta sibi bona quæ nunquam antea sensu externo perceperunt, vt cùm in primis morbis quærunt herbas medicinales, & catuli cæci mammas. *Ratio 3tij* quia species sensuum externorum repræsentant tantùm obiecta sensationum externarum; sensus autem internus cognoscit etiam ipsas sensationes externas.

VI. Causa productiua specierum sensatarum in sensu interno est sensatio externa; Insensatarũ autem vel ipse communis sensus, vel Dèus eas infundens. *Ratio*

1mi quia poteſt percipi ipſa ſenſatio externa, diſcernit enim ſenſus internus inter diſgregationem viſûs quæ fit per albedinem, & congregationem quæ fit per nigredinem. *Ratio 2di* quia aliqui *1mo* dicunt eas formari à ſenſu communi bruti qui ſufficienter determinatur per aliqua ſenſata vt procedat ad alia inſenſata v. g. ex actu caloris quem ſentit determinatur ad capiendam vmbram *2do* alij docent eas à Deo infundi aut ſucceſſiuè aut ſimul omnes ideoque vocari congenitas.

Dices *contra primum punctum 1mo* ſæpe habetur ſenſatio externa quæ non producit ſpeciem internam : ergo &c. *2do* ſenſatio externa v. g. viſio producens ſpeciem ſuî in organo, deberet illam educere de potentia medij : ſed nullum tale poteſt oſtendi ; ergo &c. *3tio* ſpecies interna non pendet in conſeruari à ſenſatione externa : ergo nec in fieri. *4to* Species repræſentat id à quo producitur : ſed repræſentat obiectum : ergo ab eo producitur. ℞. *1mi* C. A. N. C. quia intercedit impedimentum *2di* N. *Min.* mediũ enim ſunt ſpiritus animales in ner-

uis

uis sensorijs existentes & per hos neruos continuantur vsq; ad organum sensûs interni. *3tij.* N. C. quia multæ qualitates non pendent ab ijsdem causis in conseruari, à quibus pendebant in fieri. Sic species intelligibiles in fieri dependent à phantasmatibus, non dependent in conseruari. *4ti D. Ma.* si species sit in eadē potentia C. Ma. si in subordinata N. Ma.

Dices *contra 2dum punctum 1mo* Nil est quod exigat & à Deo petat productionem talis speciei: ergo &c. *2do* Si agnellus à primo suo ortu haberet infusas sibi species inimicitiæ lupinæ, semper perhorresceret & fugeret lupum quoties eum videret: ergo &c. ℞ *1mi & 2di Nego Ant. tum quia* species illa infusa non operatur, nisi tunc cùm excitatur vel ab humore interno, vel ab aliquo sensu externo, vt cùm lupum ouis videt, vel audit, vel olfacit. *tum quia* indita est singulis indiuiduis natura ad conseruationē speciei.

§. III. De Appetitu.

Appetitus est inclinatio in bonum appetenti. Alius est irascibilis, alius concupiscibilis, de quo alibi. *AS-*

ASSERTIO VI.
DE ANIMA RATIONALI.

 §. I. De Anima Rationali generaliter.

I. OMnes animæ rationales ſunt æqualis perfectionis. *Ratio tum quia*, perfectio illa quæ animam indiuiduat inæqualiter, vel identificatur cum anima vel diſtinguitur ab illa; *ſi identificatur* ergo anima non per modũ aliquem ſubſtantialem, ſed per ſeipſam eſt formaliter perfectior, quam altera, adeòq; dabitur indiuiduum creatum, eſſentialiter ſingulare; *ſi diſtinguitur*. Ergo per iſtum modũ anima vna non diſtinguitur eſſentialiter ab alia, *tum quia* ſi ex diuerſis organiſationibus & operationibus rectè colligeretur hæc animarum diuerſitas ſubſtantialis, ſequeretur Ariſtotelem ſobrium & ebrium, vigilem & ſemiſopitum, ſanum & ægrum differre à ſe ſubſtantialiter. *tum quia* Ex inæqualitate Organiſationum, non rectè colligitur inæqualis perfectio animarum equinarum: quia equus genitus ſæpe habet meliorem Organiſationem, quàm generans

herans, & tamen animam non habet perfectiorem; siquidem effectus non est perfectior suâ causâ

DICES 1mo Intellectus vnius animæ est perfectior intellectu alterius animæ ergo & ipsa anima est perfectior substantialiter quàm altera. *Con prob:* vel intellectus identificatur animæ, vel distinguitur ab illa; si identificatur, implicat intellectũ esse perfectiorem, & non perfectiorem animam, si non identificatur; perfectior potentia debetur perfectiori animæ ergo. 2*do* Exigere Corpus meliùs Organisatum & productiuum perfectiorum operationum, est aliquid perfectiùs vt pote intrinsecũ, quàm non exigere: Atqui aliqua anima rationalis exigit perfectiores dispositiones, perfectiusq; operatur. *Min: prob:* Ex actu bene colligitur potentia: Atqui multæ animæ de facto, perfectiores habent Organisationes, & perfectiùs operantur, Ergo apparet quod sint perfectiores & ipsæ. ℞. 1*min.* 1*mum* A. quia sicut intellectus non agit nisi per speciem impressam, ita eò perfectiùs operatur, quo magis illa mouet, quæ species pendet à materiali.

2*di*

2*dÃ* D. *vltimam Ma*: rectè colligitur, si nihil obsit C. Ma: si obsit n Ma: possunt eni n ad perfectam Organisationem accidere impedimenta, vel in formatione foëtûs vel ab extrinseco.

II. Anima rationalis est immortalis, id est non interitura, quæ autem in contrarium adduci possunt ex S. textu, illa sunt aut ab insipientibus dicta, aut animã pro vita in actu secundo accipiendo, aut significando quod anima non sit ita essentialiter immortalis, vt à Deo de potentia absoluta non possit destrui.

III. Dubitari solet, an immortalitas connaturaliter debita sit animæ rationali, vel certè sit donum gratuitum; seu an anima rationalis habet prædicatum intrinsecum exigitiuum immortalitalitatis. *Negantium ratio est 1ma.* Creatio est gratuita vt pote sine præuisis meritis; Angeli dicuntur esse immortales, non naturâ suâ sed gratiâ Ergo. 2*da* Rebus possibilibus, non produci non est violentum, nulla res exigit durationem æternam à parte ante: Ergo etiam non conseruari non est violentia nec exigitur duratio æterna à par-

te

e post. *3tia* Possibilitas rerum est denominatio extrinseca ab Omnipotentia Dei Ergo & incorruptibilitas. *4ta* vt aliquid dicatur naturâ suâ immortale, requiritur non modò vt possit, sed etiam vt debeat non mori: Sed hoc debitum non conuenit animæ: *Min. prob.* tale debitum est vis quædam ad arcendam mortem. Atqui talem vim non habet anima quia seipsam non conseruat, sed conseruatur ab Angelo. *5ta* Anima habet naturalem non repugnantiam & capacitatem passiuam ad corrumpi, sed hæc ratio non conuincit, aliàs enim ex eo, quia lapis habet naturalem capacitatem ad patiendum motum sursum, motus illi esset naturalis. ℟. *1mæ* N. C. quia productio & Creatio dicitur gratuita ex eo, quia poterat non fieri, ac proinde facta est ex speciali Dei electione; iam verò conseruatio debet esse necessario: sicut nemo dicit ignem calefacere per gratiam, licet eius productio fuerit gratuita. *2da* N. C. *tum quia* non est possibilis ab æterno creatura etiam permanens. *tum quia* possibilitas non habet prædicatum exigitiuum suæ productionis,

exigit

exigit autem anima conseruari. 3*tiæ N. A.* 4*tæ D.* 2*dam Mi.* vis coëffectiua conseruationis N. Min. exigitiua C. Min, 5*tæ N. C. Affirmantiũ ratio est* 1*ma.* Igni naturale est calefacere, Ergo & animæ existere, æquè enim vtraq; inclinat. 2*da* Anima ex natura rei habet potestatem peccandi lethaliter, peccato autem lethali debetur æternitas pænarum. 3*tia* Anima non habet contrarium, quo destruatur, nec habet prædicatum exigitiuum destructionis. Ergo habet prædicatum conseruationis exigitiuum. 4*to* Appetitus perpetuitatis omnibus insitus est à natura. 5*ta* Concilium Lateranense sub Leone X. Sessione 8. "Cùm diebus nostris nonnulli ausi sint dicere de natura animæ rationalis, quòd mortalis sit, & aliqui temerè philosophantes secundùm saltem Philosophiam veram esse asseruerint: Sacro approbante Concilio damnamus ac reprobamus omnes, asserentes animam intellectiuam mortalem esse, & hoc in dubium vertentes; cum illa, *non solùm verè & per se & essentialiter humani Corporis forma existat, verùm & immortalis,* quod ex

Euan-

Euangelio manifesto constat." Ergo animam rationalem naturâ suâ esse immortalem, est de fide. R. tur 1mæ N. C. quia sequeretur quod igni naturale sit existere in æternum. 2dæ N. C. quia hæc conseruatio animæ esset in pænam. 3tiæ N. C. quia hinc sequeretur etiam formas materiales esse immortales. 4tæ N. A. nam de appetitu non constat innato, nisi quatenus constat, immortalitatem esse nobis connaturalem, & non violentam; elicitus autem appetitus est ad ea quæ nobis non sunt connaturalia. 5tæ N. C. quia in verbis Concilij ly *per se & essentialiter*, nō coniungitur cum immortalitate animæ, sed cum eo, quod sit forma.

IV. Aduerte quo sensu citra temeritatis periculum licitum sit, *vel* non sit controuertere, an ratione naturali sit demonstrabilis animæ immortalitas. Nam 1mo falsa est hæc propositio [potest naturali ratione demonstrari, quòd anima rationalis non sit immortalis.] Ratio falsitatis est, quia falsum non potest ratione naturali demonstrari: Atqui animam rationalem esse mortalem est falsum, nam fides

trarium docet. Item falsa hæc : propositio est : [Quamuis ex Diuina reuelatione certum sit, animam esse immortalem, tamen ratione naturali potest probari oppositum.] *Ratio* falsitatis est, *tum quia*, ex ex eo quod ego argumentum positum contra verum, non soluam, non sequitur probari aliquid contra verum sicut non sequitur qualitates occultas non dari aut probari eas non dari ex eo, quòd ego non assequar earum causam, *tum quia* præfata propositio est similis isti [etsi sentiam calorem ignis, & eum sciam esse proprietatem ignis, nihilominus potest probari calorem non conuenire igni] *tum quia* sequeretur dura Consequentia hæc [Quod ex naturali ratione potest demonstrari esse incertum, illud non est infallibiliter certum, sed quod ex reuelatione Diuina est infallibiliter certum, illud iuxta te potest ex ratione naturali demonstrari esse incertum, Ergo quod ex reuelatione Dei est certum, illud non est infallibiliter certum. 2do Contrauersia est hæc [An ratione naturali potest demonstrari immortalitas animæ?] ℞. 1mo *Scotus negatiuè*, siquidem

omnes

omnes rationes in contrarium adductæ solui possunt. ℞. 2do *Conimbricenses*, Arriaga, affirmatiuè adducendo argumenta paulò post ponenda. ℞. 3tio *Gonzales*, Rationibus naturalibus, euidenter euinci, perdurationem animarum post mortem: immortalitatem verò non claré, sed probabiliter. ℞. 4to *Semerij* notando duo. 1mo Quod aliud est demonstrare animæ immortalitatem; aliud est hanc demonstrationem esse ad captum omnium etiam rudiorum, nam rotunditatem molis terraqueæ Mathematicus demonstrat, rusticus non capit. 2do Quòd aliud est, quòd aliquâ ratione possit animæ immortalitas demonstrari, aliud quòd hæc vel illa ratio quæ affertur sit demonstratiua. Hinc plerique, qui conueniunt in hoc quod demonstrari possit, dissentiunt in hoc, quod hæc aut illa ratio demonstret, & de facto multi se putant demonstrare qui neque probabiliter philosophantur. Aliud ergo est conuenire in demonstrabilitate, aliud in ratione qua demonstratur. Alij rationem validissimam physicam putant. Alij rationi physicæ diffidentes, aiunt per ratio-

tiones morales rem demonstrari, & inter rationes morales non inuenies vnam, in qua vel omnes vel pleriq; consentiant.

Porro pro immortalitate animæ argumenta *1mo Physica* sunt. *1mum* Omnis forma per se subsistens est incorruptibilis, forma enim corrumpitur per hoc quod expellatur ex subiecto, seu quod desinat esse in subiecto, vt patet inductione in omnibus formis materialibus: Atqui anima est per se subsistens Ergo. *Min. prob.* forma independens à subiecto, est forma per se subsistens, sed anima rationalis est forma independens à subiecto. *Min. prob.* anima rationalis operatur independenter à subiecto Ergo & in esse est independens à subiecto, siquidem modus operandi sequitur modum essendi. *A. prob.* anima rationalis operatur immaterialiter, imò materialia ipsa in anima immaterialisantur, iuxta illud; "quidquid recipitur permodum recipientis recipitur," item operari quod est supra materiam, est independens à materia, sed operationes animæ sunt supra materiam. *Min. prob.* Operatio intelligendi

gendi abſtrahit omninò à materia, non ſolùm in quantum attingit res immateriales, cuius modi ſunt Deus, & intelligentiæ, ſed etiam materialia attingit immaterialiter, præſcindendo ſcilicet, à ratione indiuidualitatis, imò & immaterialia materialiſat, vt cùm Angelum concipit per modum iuuenis. *2dum* Ex modo intelligendi per reflexionem in infinitum. Reflexio ſupra actum prouenit ex eleuatione ſupra materiam, Ergo quò magis eſt potentia reflexiua, eò eſt à materia eleuatior. Ergo potentia in infinitum reflexiua, erit totaliter eleuata à materia, & conſequenter immortalis. *A. prob.* ex Ariſtotele qui 2. de anima t. 124. docet, plantas non eſſe cognoſcitiuas propter ſuam materialitatē, cognoſcitiuum autem eſt principium & radix reflexionis; quia vt S. Thom. ait: Omnis coarctatio eſt in materia, reflexio autem eſt quædam ſolutio à coarctatione, cùm non limitet ad vnum, ſed amplietur ad plura. *3tium* Ex modo volendi & appetendi per indifferentiam: Animus noſter eſt indeterminatus ad hoc *vel* illùd volendum, ſed hæc

indeterminatio, non potest oriri sine aliquo appetitu inorganico & immateriali; appetitus enim organicus determinat ad certum genus appetibilium sibi conueniens. *4tum* Quod caret contrario est incorruptibile vt materia *1ma*: sed anima rationalis caret contrario: *Min. prob.* Ideò materia *1ma* caret contrario, quia ipsa est subiectum contrariorum nempe formæ & priuationis, albedinis & nigredinis; atqui etiam anima rationalis est subiectum contrariorum quia ratio boni & mali, & non entis est simul in anima, siquidem contrariorum est eadem disciplina: Ergo. *2do Moralia. 1mum* Homines probi debent accipere alicubi præmium virtutis & impij pænam sceleris: sed non accipiunt in hac vita. Ergo datur altera vita. *Ma. prob.* de ratione iusti ac prouidentissimi gubernatoris est, bonos præmiare, & malos punire; Sed Deus est iustus ac prouidentissimus. Ergo. *Ma. prob.* Contra rationem iusti prouisoris est, bene habere malos, & male bonos, atqui boni in hac vita vexantur paupertate, contumelijs, mali autem prospe-

ran-

rantur: Ergo. *2dum* De quo est iudicium rectum naturaliter, de illo est demonstratio ex ratione naturali; sed de immortalitate animæ rationalis est naturaliter iudicium rectum, Ergo *Min prob.* ex quo infertur honestè vitam esse ducendam, illud est iudicium rectum, sed iudicium de immortalitate animæ suadet honestè vitam esse ducendam, iudicium autem oppositum suadet, tantùm bibendum, comedendum quia cras moriemur. *3tium* Ex horrore mortis, appetitu præmij æterni, ac ex animæ capacitate tanta, vt nullis caducis bonis repleri possit, adeò vt meritò Dauid Physicus cecinerit; *satiabor cùm apparuerit gloria tua.*

(253) V. Anima separata stando in terminis puræ naturæ *1mo* retinet scientias, & species, & virtutes morales acquisitas in corpore, quia hæc omnia sunt in anima, adeoq; manente causâ conseruatiuâ earum, manent & ipsæ. *Dixi* stando in terminis puræ naturæ, quia habitus vitiosus & potentiæ cùm repugnant beatitudini, pereunt per subtractionem concursûs. *2do* Acquirit sibi species nouas,

quia percipit nouã obiecta vt substantias materiales, & spirituales, & seipsam. Porro hæ species *vel* producuntur à Deo supplente defectum Causarum secundarum; qui enim dat esse, dat & consequentia ad esse, *vel* producuntur ab obiecto, vel relinquuntur à Cognitione obiecti, *vel* per species præsentes intellectus agens cudit nouas.

(254) VI. Anima separata 1*mo* considerata in statu puræ naturæ, non habet vllum appetitum elicitum ad Corpus, ac proinde non est in statu violento seu contra naturali, quia licet videret se priuari aliquo bono conueniente, simul tamen videret hanc iacturam pensari maioribus bonis; nam anima separata intelligit independenter à phantasmate obnoxio erroribus; de loco in locum citissimè mouetur; non patitur sitim. 2*do* Considerata in statu gratiæ & gloriæ habet appetitum elicitũ ad vnionem cum corpore, ac proinde sic est in statu violento, seu contrà-naturali, quia nouit sibi nihil mali, imò multum boni ab hac vnione eventurum. 3*tio* Considerata & in statu puræ naturæ, & in

statu

ſtatu gratiæ & gloriæ, ſeu phyſicè conſiderata, habet appetitum innatum ad vnionem cum Corpore, *tum quia* iuxta Concilium Lateranenſe, anima rationalis eſt forma Corporis ac proinde ordinata ad illud informandum, *tum quia* materiæ exiſtentia ſine forma eſt violenta: Ergo & animæ ſine materia, præſertim quia inclinatio formæ ad informandum eſt ex abundantia & in ratione boni; inclinatio autem materiæ, eſt ex penuria: iam verò inclinatio quæ fundatur in abundantia maior eſt, quàm quæ fundatur in penuria: vt inclinatio hominis benefici, quàm noſtra indigentia; *tum quia* ſtatus naturalis & ſtatus violentus ſunt oppoſiti; atqui anima in Corpore eſt in ſtatu naturali, Ergo extra Corpus eſt in ſtatu violento.

(255) §. II. De Intellectu.

I. Intellectus eſt potentia ſpiritualis cognitiua intelligibilium ac proinde potentia inorganica. *Ratio* nam independenter ab organo poteſt operari.

II. Obiectum intellectus creati eſt 1*mo*

attin-

attingentiæ naturalis quod proprijs viribus attingitur, vel inclinationis naturalis quod attingere quidem intellectus potest, sed non nisi eleuatus. *2do Motiuum & terminatiuum* per se & per accidens *Motiuum & terminatiuum per se*, est quod ad cognitionem suî, intellectum mouet per proprias species, vt omnes res materiales. Motiuum *tantùm*, est quod per sui species mouet intellectum ad cognitionem alterius obiecti vt senex ad cognitionem Dei *Terminatiuum tantùm*, ac proinde per accidens & indirectum est, quod terminat quidem actum intellectûs, sed non per proprias species, vt Deus, Angelus, quidditas. *3tio Quod* & sub *Quo*. *Quod* est id quod cognoscitur, sub *Quo* est intelligibilitas.

III. Dantur species intelligibiles. *Ratio tum quia* Intellectus debet obiecto vniri intentionaliter. *tum quia* voluntas in sententia communi non potest ad amandum obiectum determinari ex cognitione materiali, sed omnino requiritur cognitio immaterialis, *tum quia* anima tam pro hoc, quàm pro separationis statu recondatur

datur actuum fidei & cogitationum variarum tam bonarum quàm malarum, *tum quia* Intellectus per cognitionem abstractiuam, attingit res materiales & communes earumque recordatur, sed natura talis non potest apparere in phantasmate. Ergo. *tum quia* sensus internus non cognoscit obiectum per species sensûs externi: Ergo nec intellectus per speciem phantasiæ.

Dices 1*mo* Deberet esse intellectus semper in actuali cognitione siquidem semper haberet species: Ergo. 2*do* voluntas & appetitus non eget speciebus ad suos actus, sed positâ obiecti repræsentatione fertur in illud: Ergo & intellectus. 3*tio* Intellectus ad productionem specierum immaterialium completur per actus phantasiæ materiales: Ergo potest compleri & ad productionem intellectionis. 4*to* Causa specierum intelligibilium est *vel* ad eliciendam intellectionem, *vel* ad repræsentandum obiectũ intellectui *vel* ad assimilandum intentionaliter obiecto intellectũ: *vel* ad determinandam potentiam indifferentem, sed hoc totum præstari potest per

phan-

phantasiam, quia materiale potest partialiter influere in immateriale, & inferior potentia potest obiectū repræsentare superiori: Ergo. ℞. 1*mæ* N. C. quia vt intellectus agat, debet moueri à phantasia. 2*dæ* N. C. nam potentiæ appetitiuæ trahuntur ab obiecto, cognoscitiua autem trahit ad se obiectum. 3*tiæ* N. Con. siquidem ad productionem speciei non potest illud habere à quo determinetur, potest autem habere à quo ad cognitionem rei spiritualis determinetur. 4*tæ* N. C. necessitas enim speciei est etiam pro cognitione abstractiua & pro rebus spiritualibus.

IV. Causa effectiua specierum impressarum intelligibilium *non est obiectum*, quia est distans non *species phantastica* quia non est actiua, aut saltem nō proporionata vtpote materialis, sed *intellectus* agens cum phantasmate.

V. Obiecta quorum dantur species impressæ intelligibiles sunt hæc 1*mo* Res singularis: quia Cognoscuntur ab intellectu ea, quæ à sensu percipiuntur. 2*do* Rationes communes seu abstractæ, quia intelle-

ctus

ctus cognitâ re singulari, cognoscit omnia eius prædicata, adeòq; per singularium species determinatur vt per alium actum cognoscat naturam communem, præcisis singularibus ex qua cognitione relinquitur species vniuersalium, *3tio* substantiæ materiales iam semel cognitæ. *4to* etiam res spirituales. *5to* ispa anima eiusq; actus.

VI. Intellectus solet diuidi in practicũ & speculatiuum in memoratiuum & tendentem, in agentem & possibilem.

VII. Intellectus memoratiuus datur in nobis, quia experimur nos recordari actuũ nostrorum præteritorum spiritualiũ, v. g. Cognitionum de Deo. Angelis, vniuersalibus. Deus verò non habet memoriam propriè quia nunquã cessat à cognitione, quã semel habuit, propterea nec eã repetit.

VIII. Intellectus agens est qui obiectũ trasnfert de ordine in ordinẽ, seu depurat à materialitate, seu qui spirituales cudit species. An verò vt singulariũ ita & vniuersalium, *vel* certè tantùm singularium rerum cudat species, & quidem controuertunt Autores, *Scotistæ docent* quòd intellectus Agens producit speciem rei sin-

gularis deinde ex hac vniuersalem: *Affi-*
mant Themistæ quòd intellectus agens pro-
ducit speciem singularem, possibilis spe-
ciem rerum vniuersaliū. *vnde munera in-*
tellectûs agentis numerari solent hæc. 1*m*
est ex potentia phantasmatū educere spe-
cies intelligibiles quod propriè loquendo
est falsum, quia species intelligibiles sunt
immateriales: Ergo non potest educi de
potentia phantasmatis quod est materiale.
Dicitur ergo intellectus agens educere spe-
cies de potentia phantasmatis id est pro-
ducere ad præsentiam phantasmatis. 2*d.*
Abstrahere phantasmata à conditionibus
materialibus & sensibilibus, fors nō actio-
ne priuatiua secernendo quidditatem &
vniuocam rationem communem à condi-
tionibus materialibus indiuidualibus, se
producendo species immateriales ad simi-
litudinem phantasmatum. 3*tium* Illustrare
phantasmata quod scilicet ipse intellectus
sit lumen quoddam, quod faciat omnia
obiecta videri ab intellectu possibili pro-
ducendo species intelligibiles. 4*tū* Redde-
re & obiecta intelligibilia actu, & intelle-
ctum possibilem reducere ad actum 1*mu*

seu

ſeu proximum. *Ratio 1mi* quia idem manens idem ſemper facit idem: Ergo ſi nulla eſt immutatio in phantaſmate non concurret ad intellectionem *2di* Nam hæc qualitas nec eſſet *ſpiritualis*, ſiquidem nō poteſt recipi in ſubiecto corporeo, nec eſſet *corporea*, alias enim intellectus non transferret obiectum de ordine in ordinem. *3tij* quia phantaſma materiale non poteſt concurrere ad intellectionem ſpiritualem. Iam verò intellectûs poſſibilis munus, & actio eſt recipere, tum ſpeciem intelligibilem, tum cognitionem, ac hanc etiam producere.

Dices Non datur duplex ſenſus nempe agens & poſſibilis, nec duplex voluntas; Ergo nec datur intellectus agens alius à poſſibili. ℞. N. C. quia ſenſui ſufficienter poſſunt ipſa obiecta imprimere ſpeciem materialem; intellectui verò obiecta ſenſibilia ſpeciem ſpiritualem, ſola per ſe non poſſunt imprimere, quia ſunt improportionata ad talem effectum; voluntas verò inuenit obiectum in quod feratur, quia quando obiectum eſt actu in

intellectu, est actu volibile, nec indiget transferri de ordine in ordinem.

IX. Intellectus possibilis seu passibilis est qui recipit speciem intelligibilem & cognitionem productam.

X. Intellectus tendens seu operatiuus, est qui elicit cognitionem: multi verò docent intellectum operantem esse formaliter ipsum intellectum possibilem.

(257) XI. Cum operatur intellectus, operatur etiam phantasia. *Ratio tum quia* Arist. l. 3. de anima t. 30. ait nunquam sine phantasmate intelligit anima: *tum quia* modus operandi sequitur modum essendi, sed modus essendi animæ pro hoc statu dependet à corpore tanquam à comparte, quam informat: Ergo apparet quòd phantasia sit comprincipium, neque enim eam debet otiosam relinquere anima. *tum quia* læso phantasiæ organo, intellectus etsi habeat species à primis actibus relictas, tamen impeditur à suis operationibus: Ergo apparet quod phantasma sit comprincipium, *tum quia*, homo nunquam fatigaretur speculando *tum quia* species intelligibiles eius sunt naturæ

non

non sint natæ producere, cognitionem nisi talem, quæ ex natura sua intrinseca petat obiectum proponi per phantasiam, sicut voluntas nata est producere volitionem, sed tamen petit obiectum proponi per intellectum.

XII. Cùm operatur phantasia, operatur etiam intellectus; non tamen in pueris, amentibus, ebrijs, dormientibus. *Ratio* quia in primo puncto habentur omnia requisita, scilicet potentiam expeditam & obiecti species, in alijs autem vel sunt indispositiones Organi, vel copia specierum deest vt in pueris.

(258) XIII. In quonam formaliter consistat intellectio variæ sunt sententiæ. 1*ma* Dicit intellectionem consistere in receptione speciei impressæ intelligibilis, non quidem in receptione materiali, qualis est etiam in dormiente vel distracto, sed in receptione viuida & cum attentione & conatu. *Contra verò est* quia S. August. l. 9. de Trin. c. vlt. ait, quod ex obiecto & potentia paritur notitia, receptio autem specierum non est notitia. 2*da* Dicit intellectionem formaliter esse veram

actionem de prædicamento Actionis per quam tamen nullus terminus producatur, saltem dum est intuitiua. *Contra verò est*, quia prædicamentum Actionis per hoc distinguitur ab alijs prædicamentis, quòd sit actualis determinatio causæ ad terminum qui producitur non verò ad terminum aut loci, aut relationis. *3tia* Dicit per actionem intellectiuam produci terminum, ipsam tamen intellectionem formaliter consistere in sola actione. *Contra est*, nam intellectio est vltima perfectio intelligentis quâ intellectiuus est; atqui actio quæ est de prædicamento actionis, non est vltima perfectio, quia est via ad terminum præterea intellectio increata non est actio: Ergo & creata. *4ta* Intellectionem docet consistere formaliter in Actione de prædicamento Actionis & in Passione de prædicamento Passionis, & in qualitate per eas producta; ita vt illa tria sint de essentia & ratione formali intellectionis. *Contra est tum quia* cognoscere esset agere *tum quia* In eo consistit formaliter intellectio quod denominat intelligentem, sicut in eo ratio caloris,

quod

quod denominat calidum. *5ta* Intellectionem consistere formaliter in qualitate quæ producta sit seipsâ absq; vlla actione distincta, quæ qualitas sit distincta à verbo mentis. *6ta* Communiter docetur quòd intellectio formaliter est qualitas spiritualis cognitiua obiecti. *Ratio tum quia* Intellectio est similitudo obiecti, sed sola qualitas potest esse similitudo obiecti: Ergo. *tum quia* per quod formaliter intellectus intelligit obiectum, illud est formaliter intellectio: sed per qualitatem intelligit: Ergo *tum quia* Intellectio est obiecti repræsentatio viuo modo *item* dicit imaginem quæ imbibit [vt ait Ouiedo] attentionem animæ, imaginatio enim dicit attentionem animæ, atqui intellectio est talis repræsentatio: Ergo.

Dices *1mo* Intellectio est assimilatio, obiecti: Ergo intellectio est species impressa. *2do* Intelligere est viuere vitâ intentionali, est potentiam vitalem in se exprimere imaginem obiecti: Ergo intellectio dicit actionem. ℞. *1mi D. A.* est assimilatio per speciem expressam C. A. impressam N. A. *2di D. C.* dicit identicè &

cè & materialiter, seu actionem grammaticalem, quod scilicet significet agere aut actionem qualitatis, C. Con. formaliter & in se, N. Con.

(259) XIV. Verbum mentis est locutio interna: in quonam autem formaliter consistat, lis est. *1mo* Aliqui apud Gonzal. n. 677 notant in intelligente 5. aut 6 reperiri, nempe intellectum, speciem intelligibilem, intellectionem, eiusque effectionem seu dictionem, quam vocant actionem modalem, verbum factum per illam intellectionem ac demum rem intellectam, in qua iterato continetur verbum ipsum, tanquam primarium obiectum cognitum propter quod & in quo, veluti in imagine reflexè cognita videt intellectus cætera, quæ verbum repræsentat, ita quod quasi in intelligente detur cognitio cognitionis, & verbum verbi. *2do* Alij notant tres actus esse in mente nempe actionem intelligendi, notitiam genitam, & verbum mentis, ita vt per intellectionem producatur notitia, per notitiam verbum. *3tio* Litigant inter se Thomistæ, an verbum mentis sit formaliter

ter actio productiua qualitatis intentionalis? an vtrumq; simul, an verò detur aliquid præter illa quod sit verbum. Item alij ab omni cognitione putant produci verbum, in quo ipsa cognitio cognoscat obiectum. Alij à sola abstractiua, quia cognitio fertur in verbum iam præsens: Ergo ab hac verbum non fit, siquidem cessante fine, cess t causa ordinata ad illum, cessat autem finis, quia obiectum seipso est intelligibile. vnde deducunt à Beatis videri Deum sine hoc verbo formato: similiter & sensus internos externosq; non præformare hoc verbum, quod aliqui præformari concedunt. Communiter docetur, quòd verbum mentis producitur à nobis, quod tamen non est aliud quam ipsa cognitio seu intellectio. *Ratio ı mi ata* sententiæ, quia S. August. l. 14. de Trin. c. 17. ait. "Cum videbimus Deum sicuti est, tunc verbum nostrum non erit perfectum" Ergo tunc habebimus verbũ, & quidem non tantùm verbum, quo Creaturæ videantur in Deo, sed & quo videatur Deus, siquidem & hoc est connaturale intellectui instructo lumine gloriæ.

Ratio

Ratio 2di tum quia quo mens sibi obiectum manifestat, illud est verbum, sed per cognitionem manifestat: Ergo. *tum quia* S. August l. 1 de Trin. c. 10. ait. "formata cogitatio de re quam scimus verbum est" *tum quia* locutio externa est verbum vocale: Ergo locutio interna est verbum mentale: *tum quia* visio non producit idolum, Ergo nec intellectio. *tum quia* voluntas non habet vllum terminũ, in quem immediatè feratur, sed fertur in ipsum obiectum immediatè. Ergo & intellectus: *tum quia* si visus intueretur primò & per se aliquam imaginem obiecti & in illa ipsum obiectum, possemus videre eam imaginem: atqui non videmus: Ergo *Ma. prob.* Quando Beati vno eodemque actu vident creaturas in Deo, vident & ipsum Deum; similiter quando alium video in pictura, in speculo, video simul picturam, speculum. *tum quia* quando enuncio Petrum currere, nõ reflecto me supra me, & supra enunciationem, sed enunciatio terminatur ad Petrum: Ergo.

Dices 1mo Verbum est intellectionis mo-

notiuum & terminatiuum. *2do* Sensitiua cognitio non est verbum æque ac appetitio. *3tio* Verbum est idea & imago; sed idea & imago est distincta ab actione: *1mi & 2di N. A. 3tij D. Min.* ab actione prædicamentali T. Min. qualitatis N. Min. *Addo* autem vt intellectio sit verbum mentis, ab omnibus requiritur vt hæc intellectio sit genita, ac proinde distincta à principio, & hinc est quod in Diuinis intellectio notionalis seu Originis sit verbum, quia producitur ab intellectione notionali, intellectio autem essentialis non producitur, vnde nec distinguitur; vnde dici solet quod cognitio infusa intellectui non cognoscitiuo non sit verbum.

(260) XV. Potest intellectus plura disparata etiam formalia obiecta, simul cognoscere, si non sit contrarietas in modo respiciendi obiecta. *Ratio tum quia* possunt simul plura obiecta amari propter Deum, *tum quia*, intellectus cognoscit simul duo correlatiua vt Patrem & filium, *tum quia* tota repugnantia, quæ potest esse in obiectis formalibus, reperi-

tur

tur etiam in materialibus, nam & hæc respectu aliorum actuum sunt dispersa, *tum quia* possum vno actu dicere; tres currunt, cuius actûs obiecta formalia *Quæ* sunt tria. *tum quia* vnicus actus fidei attingit & reuelationem & veracitatem Diuinam, quæ sunt obiecta formalia diuersa, *tum quia* possum vnicam deambulationē attingere propter diuersa motiua.

Pro Obiectionibus soluendis *Nota* 1*mo* vna species impressa potest esse repræsentatiua plurium obiectorum, vel si non potest, hoc ideo fit quia species est vicaria obiecti: Ergo species obiecti A non est repræsentatiua obiecti B. 2*do* Habitus æquiualens pluribus potest esse elicitiuus actuum circa alienum obiectum. 3*tio* Duæ causæ diuersæ speciei possunt aliquando producere vnum effectum, quando ad eius productionem non requirunt diuersas dispositiones, ideoque & diuersa obiecta possunt ad vnam intellectionem concurrere.

(261) XVI. Cognitio *quidditatiua* est quæ attingit quidditatem seu naturam obiecti siue intuitiuè, siue abstractiuè, mo-

do

dò tamen obiectum attingatur vel immediatè in se, vel si mediatè attingatur, attingatur in tali, quod formaliter vel virtualiter contineat perfectionem obiecti. Hinc cognitio Dei ex Creaturis non est quidditatiua, quia creatura nec formaliter, nec virtualiter continet perfectionem Dei. *Comprehensiua* est, cognitio rei quantum est cognoscibilis, *seu* quæ omnes formalitates obiecti, & omnia quæ in obiecto continentur, vel formaliter vel virtualiter, vel eminenter repræsentat. Addunt alij quod etiam procedat à principio æqualis perfectionis, cum obiecto cognito. *Abstractiua* est, quæ obiectum repræsentat, non vt est in se, seu non vt per proprias species, aut non pro certa temporis differentia. vnde abstractiua cognitio, alia est formalis, seu *præcisiua* per quam cognoscitur alicuius rei ratio, non consideratis alijs cum ea coniunctis, vt quando substantia concipitur sine accidentibus, animal sine rationali: Alia *vniuersalis*, quæ & purè abstractiua dicitur, quando gradus superior sine inferiori, cognoscitur. Alia *in alio* etiam rei exi-

stentis v. g. in alienis speciebus. Alia *ex alio*, aut tanquam ex signo instrumentali sicut Deus cognoscitur ex creaturis. *Cognitio Intuitiua* est quæ terminatur ad obiectum repræsentatum. 1*mo* in se seu per proprias species siue sensatas, siue insensatas, siue ab ipso obiecto, siue aliunde productas 2*do* cum existentia in certa temporis differentia.

(162) Quæri hic solet an cognitio Intuitiua potest esse præcisiua. 1*mo* *Affirmantium Ratio est* 1*ma* Ideo intellectus præscindit quia cognoscit vnam rem sine alia, sed etiam cognitio intuitiua, cognito vno non cognoscit aliud. Ergo *Min. pr.* ex qua cognitione non potest reddi ratio de omnibus obiecti prædicatis, illa cognitio est præcisiua; sed quando eminus video coloratum, possum vi istius visionis habere notitiam coloris in genere, nō autem coloris determinati: Ergo. 2*da* Beatus videndo essentiam Diuinam, non videt Dei decreta libera item videndo potentiam productiuam hominis non videt potentiam productiuam leonis. 3*tia* Actio terminatur ad rem præsentem &

exi-

existentem, & tamen potest terminare vnam formalitatem, non attingendo aliam. Ergo. *A. prob.* Deus concurrit ad vnam formalitatem actûs mali non concurrendo ad aliam. ℞. 1*mæ* *N.* 2*dam* *Min.* quia etsi oculus non discernat perfectè hunc determinatum colorem attingit tamen hunc numero colorem, quia huiusmodi coloris numero habet speciem; quod autem intellectus non possit reddere rationem, de omnibus prædicatis obiecti, hóc fit ex eo, quia oculus imperfectè cognoscit colorem. 2*dæ* *N. C.* nam præcisio est inter illa, quæ sunt apta simul terminare cognitionem, attamen ita subduntur cognitioni vt eorum vnum cognoscere sine alio sit in potestate agentis; at verò quòd Beatus videndo essentiam non videat Dei decreta, hoc non oritur ex potestate cognoscentis, sed ex eo quod ipsi non reueletur. 3*tiæ* *D.* 2*dum* *A.* concurrit ad vnam formalitatem physicam, non concurrendo ad aliam etiam physicam N. A. ad aliam moralem C. A. Deus enim non est autor peccati. *Negantium ratio est* 1*ma*. Cognitio intuitiua debet repræ-

ſentare & terminari ad obiectum exiſtens vt exiſtens, & præſens ſicut eſt ſingulare & indiuiduum : Ergo. *2da* Implicat aliquid produci, & non produci, exiſtere ſecundùm integram entitatem, & non exiſtere ſecundùm totam entitatem. Ergo ℞. *1mæ N. C.* quia poteſt cognitio intuitiua eſſe expreſſio obiecti in ſe, etſi nõ attingat omnes formalitates. *2dæ* N. C, quia ab actione phyſica non valet conſequentia ad intentionalem.

(263) §. III. De Voluntate.

I. Voluntas eſt appetitus cum ratione liber, ſeu voluntas eſt potentia appetitiua obiecti amabilis vel delectabilis cum præuia cognitione.

II. Voluntatem eſſe Nobiliorem intellectu, *negat S. Thomas, affirmat Scotus.* Alij autem dicunt, voluntatem in genere moris, eſſe nobiliorem intellectu, in genere autem entis eſſe intellectum nobiliorem voluntate. *Ratio 1mi* quæ potentia, habitum, actum, & obiectum & conditionem habet nobiliorem, illa potentia eſt nobilior, quia ab his eſt ſpecificatio po-

ten-

tentiarum: sed intellectuales habitus, actus, & obiecta, & conditio, sunt nobiliora quàm voluntatis *Mi.pr.* In naturalibus sapientia & prudentia sunt excellentiores habitus & actus eorumq; obiecta quam iustitia & amicitia, alijq; voluntatis habitus, præsertim cùm Arist. 6. Eth. c. 8. dixerit "Sapientia est omnium nobilissimus habitus; & in supernaturalibus quoq; lumen gloriæ est habitus excellentior charitate:" ergo. *Ratio 2di* Voluntas habitum, actum, obiectum, & conditionem habet nobiliorem: ergo *A. prob. tum quia* habitus charitatis est perfectior habitu sapientiæ; nam ex S. Aug. l. 1. de Trin. c. 9. "in donis Dei nullum est maius charitate, nec æquale:" *tum quia* amor vnit Deo amantem: *tum quia* ratio boni est perfectior ratione veri: *tum quia* voluntas est Regina omnium potentiarum & sola libera: ergo. *Respondetur à Thomistis* 1. Charitas est maior omni dono dato pro statu viæ, non autem pro statu patriæ. 2. Etiam quiuis actus virtutis vnit nos Deo: *tum quia* facit actus voluntatis hominem perfectiorem in genere moris.

3. *Ratio* excellentioris obiecti ex abstractione desumitur. 4. Solus intellectus est primum mouens.

(264) III. Voluntas est libera. *Ratio tum quia* Deut. 30 ℣. 9. dicit Moyses "testes inuoco hodie cælum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem; eligite ergo vitam". & Iosue 24. dicitur "optio vobis datur, eligite quod placet" & Eccl. 24 "apposui tibi ignem & aquã, ad quod volueris extende manum" & Oseæ 13. ℣. 9. perditio tua Israël, tantummodò in me auxilium tuum: *tum quia* multa non coacti facimus: *tum quia* aliàs inutilia essent præcepta.

Dicit 1mo Lutherus. Isaiæ 41, dicitur, "Bene & malè si potestis facite": Ergo. *2do* S. Aug. in enchyridio c. 30. ait "libero arbitrio malè vtens homo, & se & ipsum liberum arbitrium perdidit". ergo. *3tio* Voluntas est tantùm libera 1. prout libertas significat non coactum 2. prout agit complacenter: non verò prout libertas significat indeterminatum: ergo. ℞. *1mi N. C.* ibi enim est sermo de idolis;

lis; 2*di* *N. C.* quia nec seipsum nec arbitrium totaliter perdidit, sed imminuit facilitatem operandi. 3*tij* *N. A.* nam duæ primæ libertates conueniunt etiam brutis.

IV. Voluntas est libera, quatenus est actiua. *Ratio tum quia* Trid. Sess. 5. c. 8. ait non merè passiuè, sed actiuè nos habere ad assensus Diuinæ vocationis, *tum quia* vt potentia sit libera, debet in eius potestate esse ponere vel non ponere actū: sed voluntas est talis, ergo: *tum quia* actus voluntatis sunt vitales: ergo debent effectiuè procedere à voluntate: *tum quia* naturale & liberum diuidunt causam efficientem, non autem materialem: ergo.

Dices 1*mo* Indeterminatum ad opposita, non agit, nisi priùs ad vnum potiùs quàm ad aliud determinetur: sed voluntas est indeterminata; ergo. 2*do* Potest voluntas obstare receptioni actûs producti ab extrinseco: ergo. ℞. 1*mi* *D. Ma.* indeterminatum passiuum C. Ma. actiuū N. Ma. sic D. Min. 2*di* *D. A.* obstare merè passiuè N. A. actiuè, producendo actum oppositum incompossibilem C. A.

[165] V. Voluntas formaliter distin-

guitur à libero arbitrio, seu potiùs, ipsa libertas formaliter distinguitur à libero arbitrio. *Ratio* quia voluntas quatenus est principium agendi spontaneè circa obiectum sibi gratum, suppositâ eius cognitione, abstrahendo à modo agendi cum indifferentia, dicitur habere rationem formalem voluntatis & libertatis, quatenus verò eadem voluntas est principium agendi cum indifferentia, dicitur habere rationem liberi arbitrij, quod aliqui vocant libertatem formaliter.

[266] VI. Libertas variè accipitur, vt dictum in obiectione Puncti 3tij. Diuiditur ita, vt alia sit à *coactione*, quando nó cogeris quidem, necessario tamen agis. Sic Deus Pater non cogitur quidem, necessariò tamen generat Filium: Sic & Beati non coacti quidem, necessariò tamen amant DEVM; alia *à necessitate*, seu libertas indifferentiæ, quando non tantùm non cogeris ad agendum hoc, sed potes etiam non agere hoc, vel agere oppositũ. Et de hac libertate hic agitur, non item de priore. Hæc iterum indifferentiæ libertas alia est *contrarietatis* seu quoad

speciem,

ſpeciem, quando ſcilicet potes vel amare, vel oppoſitum amori odium elicere: alia *contradictionis* ſeu quoad exercitium & indiuiduationem, quando ſcilicet potes vel amare vel non amare ſeu omittere amorem.

VII. Libertas voluntatis *aliquibus* eſt in mera propoſitione obiecti; *aliquibus* in propoſitione obiecti non tantùm boni, ſed etiam mali *aliquibus* eſt in iudicio ſeu imperio, obiecti iudicatiue propoſiti. *Reſpondetur* 1*mis* Propoſitio obiecti per ſenſum externum non eſt radix libertatis: ergo nec per intellectum. 2*dis* Etiam ſub ratione ſolius boni obiecto propoſito v. g. Deo amando, adhuc voluntas eſt libera. 3*tijs* Illud imperium tollit libertatem: *tum quia* ſaluaretur libertas in brutis; *tum quia* indifferentia voluntatis eſt excellentior indifferentia iudicij *tum quia* experimur in nobis libertatem circa obobiecta propoſita per ſimplicem apprehenſionem. *Communiter* libertas radicaliter accepta eſt ipſa voluntas connotans præuias cognitiones. *Ratio* ex refutatis oppoſitis.

DICES

DICES *pro prima sententia* 1*mo* Arist. 2. ethic. c. 2. & alibi docet quòd desiderium & electio oritur ex consilio, & iudicio rationis: ergo. 2*do* ideo causæ liberæ dicuntur arbitria libera, quia respiciunt intellectum proponentem media. 3*tio* in beatis voluntas non est libera: ergo. 4*to* motus primò primi non sunt mali; quia non proueniunt ex iudicio indifferente: ergo. 5*to* sicut se habet simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis: atqui maior vel minor aduertentia intellectûs ad bonitatem vel malitiam obiecti, auget vel minuit in voluntate libertatem: ergo aduertentia rationis est totalis causa libertatis in voluntate. ℞. 1*mi* *D. A.* electio in actione efficaci & prudenti C. A. secus N. A. 2*di* *D. A.* intellectum tanquam radicem libertatis N. A. tanquam conditionē C. A. 3*tij* D. A. Nō est libera à necessitate, & quidem ob negatum ad alia concursum C. A. à coactione, & ob defectum radicalis libertatis N. A. 4*ti* *D. A.* & quia sunt ab appetitu sensitiuo non autem à voluntate C. A. secus N. A. 5*ti* *D. C.* libertatis moralis, seu ad actio-

nem

nem rectè peragendam C. C. libertatis physicæ, ad quam sufficit cognitio commodi naturalis, atque ideo datur in pueris ante vsum rationis N. C.

[267] VIII. Bonum aliud est *absolutũ*, quod est in se tale, nec per ordinem ad aliud dicitur bonum, vt Deus, spina, lupus &c. secundùm se considerata: aliud *respectiuum*, quod alicui alteri est conueniens, aut seruit ad aliquid v. g. comparandum.

IX. Obiectum voluntatis est solum bonũ nam quidquid vult, vult *vel* vt finem, *vel* vt media. *Nota* quòd possit voluntas tendere in obiectum non tantùm vt respectiuum, sed etiam in absolutum.

Dices *imo* Potest quis odisse Deum non committendo hæresim: atqui si tantùm bonum vellet, & malum fugeret, non posset odisse Deum sine hæresi: deberet enim in Deo considerare aliquam rationem mali: ergo *2do* Voluntas est libera ad actus oppositos: ergo. *3tio* Damnatis non repræsentatur Deus, vtpote summum bonum, sub ratione mali: Ergo. ℞. *1mi D. Ma.* hæresim formalem, quæ

est

eſt cum aduertentia ad errorem C. Ma materialem N. Ma. & D. *Min. probationem* : rationem mali, id eſt inutilis, indelectabilis, impedientis bonum deſideratum C. mali formaliter N. *2di D. A.* eſt libera libertate exercitij C. A. ſpecificationis N. A. voluntas enim debet ferri in hoc, quod eſt propoſitum, nunquam autem fertur, niſi in propoſitum ſub ratione boni. *3tij D. A.* vt malus in ſe C. A reſpectu ipſorum, in quos ſuam exercet iuſtitiam N. A.

[268] X. Voluntas aliquando eligit minus bonum. *Ratio tum quia* defacto in obſeruatione præceptorum eligit *bonum* potiùs vtile ſeu præmij, quàm honeſtum; & aliquando non peccat ob reſpectum potiùs hominum quàm Dei : *tum quia* Deus non neceſſario eligit perfectiora: *tum quia* voluntas debet eſſe indifferens.

DICES *1mo* Malum vt malum non poteſt amari : ſed minùs bonum vt minùs bonum eſt formaliter malum, quia eſt priuatio maioris boni : ergo. *2do* A quo voluntas attrahitur, in illud fertur : atqui dum æqualia duo bona propoſita habet,

non

non attrahitur ab vno potiùs : ergo. ℞. 1mi *D. Ma.* malum vt malum formaliter C. Ma. ſpecificatiuè N. Ma. ſic D. Min. 2di *N. Min.* quia attractio potior tantùm in cauſis neceſſarijs locum habet.

[269] XI. Voluntas dependet à cognitione : poteſt tamen diuinitus velle nō cognitum. *Ratio* 1mi quia nihil volitum niſi cognitum, etiam dum voluntas imperat ceſſationem intellectui ab obiecti cognitione : ergo. *Ratio 2di tum quia* cæcus non indiget lumine & viſione ſi rectè alieno ductu eat : atqui etiam voluntas poteſt alieno ductu ire, quando à Deo determinatur ad ponendam volitionem : ergo haberet infuſum amorem, quo tenderet in obiectum : infundi autem hic amor poteſt, ſiquidem etiam in lapide poni nō repugnat : *tum quia* conditiones ſine quibus non, poſſunt diuinitus ſuppleri, vt applicatio ignis ad vrendum & aliæ.

(270) XII. Voluntatis actus ſunt vel eliciti, vel imperati. *Eliciti* ſunt, quos ipſa voluntas elicit vt amor, odium, ac omne velle & nolle. *Imperati* ſunt, quos non ipſa voluntas efficit, ſed aliqua alia poten-

tia, attamen cum imperio voluntatis & deliberatione, vt est deliberatus assensus, deliberata locutio, motio, tactio &c. Velle quoq; est duplex: *aliud est simplex complacentia*, & vocatur velleitas, quæ non determinat ad applicationem mediorum, & stare potest cum opposito: sic placet superbo humilitas, qui tamen superba petit: *alicui est intentio* seu desiderium efficax consequendi bonum propositum & possibile: Post inuestigationem mediorum & latum iudicium de eorum bonitate, sequitur *electio mediorum*, quæ electio erit formaliter libera, si plura media proponantur; si autem vnum tantùm medium proponatur, erit electio in se necessaria, necessitate tamen morali solùm, non physica.

(271) XIII. Amorem & odium non posse esse simul suadetur. *Imo tum quia* vnus actus destrueret rationem formalem alterius: *tum quia* amare est desiderare aduentum boni; odisse autem est velle, vt non adueniat bonum alicui: ergo & vellet existentiam boni, & non vellet existentiam boni: *tum quia* non potest voluntas

tas efficaciter velle obiectum, quòd indicatur esse impossibile: atqui posset velle id, quod iudicatur, & per odium appetitur esse impossibile: *tum quia* amor & odium non potest naturaliter esse in gradibus remissis, simul: ergo nec supernaturaliter in intensis. *2do* Posse autem esse suadetur quia impossibilitas & repugnantia actuum *volo* & *nolo* efficacium de eadem re non est intrinseca & essentialis, sed ab extrinseco: nam hæc impossibilitas oritur ex eo, quòd intellectus obiectũ impossibile proponeret, iam vt possibile, iam vt impossibile; ac proinde voluntas non posset se determinare ad duos contrarios actus positiuos: atqui tunc posset Deus determinare ad vtrumque: ergo. *tum quia* amor & odium possunt esse simul in deliro: ergo.

(272) §. VI. *De Habitibus.*

I. Habitus est qualitas intentionalis permanens, facilitans seu perficiens & inclinans potentiam vitalem ad bene aut expeditius aut promptiùs, aut propensiùs, aut intensiùs, aut iucundiùs agendum.

Dicitur 1. *qualitas*, quia habitus non est mera impedimenti remotio, nec sola dispositionum vel humorum temperies *Dicitur* 2. *intentionalis*, vt distinguatur à frigore & calore, alijsq; qualitatibus, quæ quidem sunt prædicatiuæ similium qualitatum, non sunt tamen intentionales, quia non concurrunt ad intentionem seu cognitionem. *Dicitur* 3. *permanens*, vel vt alij loquuntur *difficile mobilis*, quia est qualitas primæ speciei de prædicamento Qualitatis. *Dicitur* 4. *facilitans seu perficiens*, quamuis alij dicunt *ad facilius agendum*, quia definio simul habitum supernaturalem, qui perficit ad simpliciter posse, & non solum acquisitum, qui dat tantùm secundùm quid posse. *Dicitur* 5. *ad bene agendum*, nam ad agendum simpliciter, habet principium potentia in se. *Dicitur* 6. *potentiam vitalem*: nam in alijs potentijs non est indifferentia, ac proinde semper est æqualis inclinatio. *Dicitur* 7. *& inclinans*, quia inclinatio potest esse à coagentibus, à maiori virtute agentis, à remotione impedimenti. *Dicitur* 8 *aut promptius aut iucundiùs*, quia aliquando

est

est inclinatio, vt aptè syllogises, aliquando vt etiam iucunderis syllogisando.

(273) II. Habitus variè diuiditur. 1. est *naturalis* seu viribus naturæ acquisitus per actus frequentatos (esto etiam à Deo aliquando infundatur) estq; qualitas difficilè mobilis, genita ex actibus ad similes inclinans. 2. est *supernaturalis*, qui dicitur qualitas à Deo infusa eleuans potentiam ad actus supernaturales, dans potentiæ simpliciter posse. 3. Vterque hic habitus subdiuiditur in intellectualē & voluntatis. 4 Habitus naturalis alius est *virtus*, alius *non virtus*: item alius *speculatiuus*, alius *practicus*: item alius *totalis*, alius *partialis* seu diuisibilis extensiuè & obiectiuè 5. Habitus supernaturalis alius est *Theologicus*, vt fidei, spei, charitatis; alius *moralis*, qui non circa Deum immediatè, sed circa alia obiecta versatur.

[274] III. Vt aduertas subiectum habituum *Nota 1mo* Potentia necessitata quoad exercitium, non indiget habitu inclinante siue distincto siue indistincto à speciebus impressis. Dixi *non indiget*; nam esto sit inclinata ex natura ad vnum, potest

tamen Deus ex certo motiuo addere illi prædeterminationem, adeoque moiorem inclinationem, ſicut lapidi tendenti deorſum poteſt addi impulſus, promouens motum. *Ratio* porrò huius fundamenti eſt *tum* ſenſus communis authorum, *tum quia* forma naturaliter non vnitur ſubiecto, cui primarium effectum formalem conferre non poteſt: *tum quia* aliàs lapis cadens deorſum, acquireret habitum. Ex hoc fundamento ſubſumitur in potentia loco motiua non dari habitum: nam ſi v. g. in manu ad ſcribendum daretur habitus, deberet in alijs membris eſſe aliquis actus, quo mediante produceretur ille habitus: ſed ibi non eſt vllus actus, niſi motus localis, qui tamen non eſt principium ſufficiens producendi qualitatem hanc: *tum quia* in ore non requiritur habitus ad proferenda promptiſſimè millena verba diſparata: *tum quia* habitus eſt potentiæ vitalis: *tum quia* facilitas ſcribendi habetur per ſpecies memoratiuas relictas ex actibus intellectus practicis, ſeu actu dirigentibus potentiam motiuam, & per diſpoſitionem corporalem, ſcilicet neruorum

rum

rum laxationem, humoris impedientis discussionem: *tum quia* illa potentia est habituabilis, quæ agit immanenter, & est indifferens: atqui potentia loco motiua non est talis: ergo. *Nota 2do* Illæ potentiæ indigent habitibus siue distinctis siue indistinctis à speciebus impressis, quæ positis omnibus ad agendum requisitis possunt iam expeditiùs, iam minùs expeditè, iam intensiùs & propensiùs iam minùs propensè & iucundè agere. Ex hoc fundamento subsumitur in sensu interno & intellectu habitum esse necessarium. *Nota 3tio* Illa potentia non indiget distincto à speciebus habitu, quæ solis positis perfectioribus speciebus & perfectiore cognitione experimentali, potest perfectiùs & faciliùs operari quàm olim. Ex hoc fundamento subsumitur potentijs internis & intellectui non esse necessarios habitus distinctos à speciebus impressis, nam quò viuaciùs obiectum proponitur, eò magis allicit & determinat ac facilitat potentiã: atqui species intensæ relictæ ab actibus viuaciùs proponunt obiectum quàm primæ: ergo. *Ma. prob.* Esset otiosa in intelle-

tellectu illa propositio obiecti: *tum quia* ideo sensus externus non eget habitu, quia illi proponitur obiectum sufficienter: ergo si etiam voluntati obiectum proponitur sufficienter per species relictas ab actibus, voluntas non indiget habitu distincto à speciebus: similiter non indiget intellectus & sensus internus.

(275) IV. In sensu interno & intellectu habitus est indistinctus à speciebus impressis; seu in omnibus potentijs internis habitus, est specierum post actus frequentatos multiplicatarum certa coordinatio. *Ratio* ex præcedenti puncto.

DICES 1*mo* In homine truncato pedes & manus & merè speculatiuo non est facilitas ad saltandum & cytharisandum: atqui sunt species in illo: ergo. 2*do* aliquæ species non se tenent ex parte potentiæ, sed ex parte obiecti, non facilitant potentiam, dant simpliciter posse: atqui facilitas seu habitus tenet se ex parte potentiæ, facilitat potentiam, non dat simpliciter posse: ergo. 3*tio* Habitus facilitat ad rectum vsum specierum: ergo. 4*to* In sensu externo non sunt habitus: sed in

sensu

sensu externo sunt species: ergo. ℞. 1mò *D. Ma.* non est facilitas in potentia executiua C. Ma. in imaginatiua N. Ma. sic Aristoteles etiam in sensu composito somni, est optimus philosophus. 2dò *D. Ma.* species simpliciter vt procedentes ab obiecto C. Ma. vt per vsum actuum frequentatorum certo modo coordinatæ, purificatæ & intensæ, suppositâ etiam organi purificatione N. Ma. 3tij *N. A.* vsus enim specierum rectus est ipsa obiecti recta cognitio. 4tò *D. Min.* species permanentes N. Min. transeuntes, scilicet, quæ pereunte obiecto pereunt C. Mi.

V. Habitus in intellectu non est distinctus à speciebus impressis. *Ratio tum* ex puncto 4to: *tum quia* facilitas ista in tribus consistit, nempe, *vel* quia experimur nos habere clariores cognitiones post frequentatos actus; *vel* quòd expeditiùs & citiùs species excitentur; *vel* quòd intellectus in operationibus non ita fatigetur vt antè adeoq; etiam circa plura potest versari, vt organœdus simul & ludit & loquitur: atqui hæc omnia sufficienter explicantur per claritatem, vel rectam coordinatio-

natione speciẽrũ: ergo: *tum quia* nulla operatio intellectûs eget distincto à speciebus habitu: nam ad apprehensiones necessitatur per species impressas, ad iudicium necessitatur vel per apprehensiones, si hæ sint euidentes, vel imperio voluntatis, si apprehensiones sint tantùm probabiles: ad assentiendùm autem conclusioni determinatur vel ex præmissis, si hæ sint euidentes vel ex imperio voluntatis, si hæ tantùm sint probabiles: iam verò ad assentiendũ primis principijs intellectus est sũmè determinatus, nec faciliùs eis assentitur post actus 1000 quàm vnum.

Dices 1*mo*. In intellectu sunt aliqui habitus practici aliqui speculatiui, alij prudentiæ, alij scientiæ: sed hi habitus in solis speciebus saluari non possunt: ergo. 2do Intellectus nondum habituatus fatigatur, quia totas vires exhibuit: ergo deinceps non fatigabitur, quia habebit coadiuuantem habitum. 3*tio* Cùm actum iudicij mutamus circa aliquod obiectum, experimur nos meminisse præteriti iudicij, & tamen non formamus simile iudicium: ergo manentibus speciebus memo-

ratiuis

nis non manet habitus 4to. Maiori conatu priùs Syllogisauimus quàm modo: ergo. 5to. species memoratiuæ dant simpliciter posse elicere actum abstractiuum specie differente ab intuitiuo: atqui nullus habitus acquisitus dat simpliciter posse: ergo. 6to. species tenent se ex parte obiecti; concurrunt enim loco obiecti ad actũ: sed habitus tenet se non ex parte obiecti, sed potentiæ: ergo. ℞. 1mi N. Min habitus enim practicus est ipsa species ad praxim dirigens: habitus autem speculatiuus est species ad cognitionem speculatiuã ordinata. 2di vel T. Ma. posset enim dici, quòd sola materialis potentia fatigatur: vel N. Min. quia etiam potentia visiua exhibet totas vires visioni, neq; tamen ideo fatigatur, sed fatigatio est vel ex determinatione formali, quæ sequeretur, si tantùm passiuè se haberet potentia, vel ex defectu amplitudinis specierum. vel D. C. habitum indistinctum à speciebus C. C. distinctum N. C. 3tij N. C. nam habitus potest stare atiam cum actu contrario. 4ti N. C. 5ti D. Min. habitus vt se tenet ex parte potentiæ C. Min. vt ex parte obie-

cti

cti N; Min. si autem potentia posset abstractiuum actū elicere absq; obiecti propositione, tunc non requireretur simpliciter species. 6ti D. Ma. ex parte obiecti, id est, sunt repræsentatiuæ obiecti C. Ma. id est non iuuant etiam potentiam N. Ma.

(277) VI. Datur Voluntatis habitus; nam etiā hæc facilitatur. Hîc tamen. Voluntatis habitus non est in voluntate sed in intellectu, quia habitus voluntatis nihil aliud est, quàm facilitas radicalis, seu obiecti & actuū impressæ species in intellectu relictæ ab actibus frequentatis, connotantes 1. negationem oppositæ facilitatis. 2. facilitatem formalem seu cognitionem repræsentatiuam præfatarum specierum. 3. Negationem facilitatis formalis, seu cognitionis repræsentantis oppositas species. *Ita Lugo* & multi Recentiores, contra Thomistas, & Scotistas & Communem. Porro circa hanc materiā *Nota* 1*mo* Quando voluntas debet elicere actum aliquem, tunc 1. contingit proponi etiā molestiam in elicitione. eiusmodi actûs. 2. *Ratio* dictat honestum præferendum iucundo. 3. Voluntas superatâ molestiâ exit in actum

quem

quem experitur nõ esse tam molestũ quàm apprehendebatur, imò voluptatem quandam superioris ordinis & iucunditatem sentit Et talis actus vocatur experimentalis. *Nota 2do* Quando voluntas debet repetere similes actus, tunc 1. Cognitio intellectualis proponit in talis actûs exercitio, rationem non solùm honesti sed & iucundi experimentaliter Cogniti, idq; aut minùs aut magis intensè. 2. Voluntas allecta repetit similes actus, ita vt etiam pulchrã censeat per vulnera mortem. *Nota 3tio* Species ex his frequentatis actibus relictæ in intellectu, sunt facilitas radicalis, seu ipse habitus voluntatis, facilitans, & inclinans Voluntatem ad bene aut expeditiùs, aut propensiùs, aut intensiùs aut iucundiùs agendum. *Iam verò Ratio conclusionis est tũ quia* in appetitu brutorum non est distinctus habitus à speciebus: ergo. *tum quia* quod repræsentat rationem boni in obiecto, per illud voluntas allicitur: sed species relictæ ab actibus repræsentant in obiecto rationem boni: ergo *tum quia* sensus externus potest clariùs & clariùs percipere obiectum, solùm multiplicatâ

 spe-

ſpecierum intenſione in vitro vel tubo: ergo: *tum quia* ſi habitus voluntatis eſſet qualitas diſtincta à ſpeciebus & cognitione, deberet voluntatem ſemper reddere faciliorem ad amorem obiecti: atqui non: ſæpe enim primo actu faciliùs amat quàm 2*do*, 3*tio*, &c. ergo.

DICES 1*mo*. hæc ſententia eſt contra torrentem authorum: atqui Seneca opuſculo 117 ait "*veritatis argumenta eſſe aliquid omnibus videri*" : ergo. 2*do*. ſequeretur oppoſitos habitus poſſe eſſe ſimul: ergo. 3*tio* Repugnat idem principium ſine incremento fortiùs agere quàm antè: ergo. 4*to* in Chriſto D. & beatis ſunt ſpecies peccati cogniti, & nõ eſt facilitas ad illud: ergo. 5*to* habitus ſupernaturales nõ ſunt ſpecies: ergo & naturales. ℞. 1*mi vel N. Min.* nam S. Tho. 1. p. q. 46 à 1. c. ait" non eſt demonſtratoris, ſed probabiliter perſuadentis allegare authoritates antiquorum. *vel N. Ma.* inſignis enim author eſt Lugo. 2*di D. A.* habitus æquè vividos & inclinantes N. A. non æquè vividos C. A. ſi verò nullus prævalet, tunc neq; erit v. g. habitus temperantiæ: neq;

in-

intemperantiæ; neq; enim ille dicitur intemperans qui caret habitu temperantiæ, sed qui habet vitium intemperantiæ: sic eo ipso quod quis nō comedit ieiunare dicitur tantùm materialiter; formaliter ieiunabit, si id faciet ex ratione honesti. 3tij *D. A.* principium necessarium C. A. liberum N. A. 4ti *D. A.* species proponentes in peccato delectabilitatem N. A. inconuenientiā C. A. 5ti *N. C. tum quia* pro supernaturalibus habitibus stant Patres & Concilia: *tum quia* habitus supernaturales præcedunt omnem actum, complent enim potentiā, dantque simpliciter posse; quod habitui acquisito nō conuenit.

VII. De habituum effectione, intensione & extensione *Aduerte hæc*: 1. caussa effectiua habituum potiùs assignatur potentia, actùs verò habent se per modum conditionis mediantis 2. Habitus intendi potest, est enim qualitas; & quidem intensior ab inferiore actu, nec requiritur inter habitū intendendum & actum proportio Arithmetica, sed sufficit Geometrica, qualis est causæ cū effectu. 3. vnus habitus totalis constat partialibus realiter

distinctis habitibus: siquidem species Sunt diuisibiles extensiuè obiectiuè. 4. actus voluntatis absolutè necessarius, aut ex suppositione antecedente necessarius, vt in deliris, coactis, aut simplicis complacentiæ, non producit habitum voluntatis voluntariè agendi, at ex suppositione cõsequente necessarius tollit difficultatẽ in agendo *Ratio* 1*mi.* *tum quia* constat experientiâ deliros sibi redditos non inclinari ad actus delirij; *tum quia* tales actus non habent finem sibi debitum in ordine ad habitus, scilicet nõ tollunt difficultatem in operando.

VIII. De concursu habituum Aduerte hæc 1*mo* Habitus interdum producit actum remissiorem se; non semper enim species adæquatè suscitantur. 2*do* Potest dici quòd habitus cum potentia ad eliciendos actus concurrat effectiuè saltem instrumentaliter. *Ratio* vt supra de concursu specierum. DICES Actus vitalis ab eo producitur in quo recipitur: sed non recipitur in habitu: Ergo. ℞. D. *Ma.* ab eo producitur tanquam ab intrinseco sui principio C. Ma. tanquam ab eo solo seu tanquam à concurrente extrinseco,

N. Ma.

N. Ma. Sic nec in Deo recipitur actus vitalis etsi simul mecum producat illum, quia DEVS concurrit extrinsecè. Cur autem anima non sit principium extrinsecũ respectu actûs vitalis patet ex dictis sub num. 238. 239. 3tio Potest etiam dici, quod habitus concurrat tantùm, dispositiuè. Ratio vt supra de concursu specierum.

IN XIV. LIBROS METAPHYSICORVM.

ASSERTIO VNICA.

(279) §. I. De Prolegomenis Metaphysicæ.

I. OBiectum Metaphysicæ est ens vt ens, seu ens vt ratione naturali demonstrabile, seu ens sub abstractione à singulari, materiali & intelligibili, seu sola illa prædicata, quæ sunt communia omnibus entibus. Atque sub hac ratione formali potest Metaphysica attingere etiam singularia aliqua entia potissimum Deum & Angelos.

II. Metaphysica est scientia purè speculatiua; nulli subalterna; eius principia vniuersalia sunt hæc. *1mum* Quodlibet est aut non est. *2dum* Impossibile est idẽ simul esse & non esse. *3tium* Quæ sunt eadem vni tertio, sunt eadem inter se. *4tum* Dici de omni dici de nullo. *5tum* non sunt multiplicanda entia sine necessitate. *6tum* Omne ens est ens. Ex his principijs principium illud[Impossibile est idem

idem esse & non esse] in demonstratione deducente ad impossibile, est altius illo principio [quodlibet est aut non est] in Demonstratione autem ostensiua neutrũ altero est altius. *Ratio 1mi* quia quod hominem necesse sit aut esse viuentem, aut non esse viuentem, probari potest per illud principium: Impossibile est idem esse &c. seu inferendo quod sequeretur idem viuere & non viuere ac proinde idem esse & non esse. *Ratio 2di tum quia* primum principium non potest probari, alioquin haberet aliud prius se præfata autem principia præsertim illud: Impossibile est idem esse &c. potest à priori probari per illud: Impossibile est duo contradictoria esse vera ac etiam inductione: *tum quia* prima principia habent virtualiter omnium particularium conclusionum veritatem; omnisq; propositio vera est in ea resolubilis; præfata autem principia non continent omnium particularium propositionum veritatem, quia alioquin qui cognosceret ipsum primum ex præfatis principium, posset naturaliter acquirere notitiam cuiuslibet veri-

ritatis etiam supernaturalis. Iam verò simpliciter loquendo hoc principio [Impossibile est idem &c.] altius & notius est hoc: [Omne ens est ens] *Ratio tum quia* notior omnium propositio & verior est, in qua idem prædicatur de seipso vt ait Boëtius lib. de Hebdomade. *tum quia* semper partes sunt priores toto. *tum quia* à propositione identica iam non est processus vlterius in demonstratione, ac proinde demonstratio non procedet in infinitum: *tum quia* sicut ens est primum omnium in prima operatione; ita hæc propositio in secunda operatione. *tum quia* ex primo principio debent subsumi aliæ particulares propositiones, subsumuntur autem ex hoc [omne ens est ens] non ex alio: *tum quia* primum principium ostensiuum debet in se continere causam quare prædicatum conueniat subiecto *tum quia* suprema cogitabilis veritas non potest probari per notius, ergo probabitur per seipsam.

DICES I*mo* cum Mastrio: Hoc principium (omne ens est ens) tantùm in genere propositionis prius est illo principio

[im-

[impoſſibile eſt &c.] quia non eſt ita certum, vt circa illud non contingat errare non eſt notiſſimum abſolutè, non eſt tale vt ſit impoſſibile oppoſitum in mentem venire. Ergo ℞. *N. A.* neque enim contingit errare circa hanc propoſitionem [omne ens eſt ens] DICES 2*do* Implicante omni ente falſa eſſet propoſitio hæc [omne ens eſt ens] vera eſſet hæc Impoſſibile eſt &c:] Ergo prioris principij veritas eſt fallibilis; Ergo non eſt primũ. ℞. *D.* 1*mũ Conſequens.* Eſt fallibilis in ſuppoſito vero N. C. in ſuppoſito falſo C. C. ſic Deus eſt primum ens & infallibilis & tamen ſuppoſito quod Deus eſſet ens ab alio, & nõ cognoſcitiuus intimè omnium, falſa eſſet propoſitio hæc (Deus eſt ens primum, eſt infallibiliter verax) Item ſi implicaret contradictio & veritas propoſitionũ falſa eſſet etiam propoſitio hæc (impoſibile eſt idem eſſe & non eſſe) ℞. 2*do* *N. A.* quia hæc propoſitio (omne ens eſt ens) vel ſupponit poſſibilitatem entis, vel præſcindit, ſicut in hac propoſitione Porcoleo eſt grunibilis, rugibilis. ℞. 3*tio* n. 2dam partem Antecedentis, inuoluit enim

con-

contradictionē propositio illa, dicit enim *Idem, esse*, cum tamen supponat implicare *idem*, *esse*, entis. Addo si posset idem esse & non esse, falsa esset propositio illa: Impossibile est idem esse &c. DICES 3*tio* Ex illa propositione omne ens &c. tanquam identica non habente variatam terminorum dispositionem, nihil potest inferri. Ergo &c. ℞. *n. supp. Ant*, quia illa propositio non est simpliciter identica, sicut nec hæc (omne animal est animal) vbi in subiecto collectio animalium & entium, in prædicato autem ratio abstracta exprimitur. DICES 4*to* Ista duo principia non distinguuntur. Ergo ℞. *N. A.* quia illius principij: (Quodlibet est) ens est pars, partes autem sunt priores toto DICES 5*to*. Principium debet esse notius principiato, quia præmissæ sunt notiores conclusione, sed hæc propositio (Omne ens.) non est notior, *tum quia* est obiectum attributionis; *tum quia* habet rationem communem inferiorum. Ergo. ℞. *D.* 1*mum Ant*. est obiectum attributionis incomplexum N. A. complexum C. A.

I. Ens Aliquibus 1mo est omne id, quod Chimæra non est *Contra*. positiuum non rectè definitur per negationem sûi, quia negatio est posterior positiuo. 2do Aliquibus est id, quod primo in se formaliter nō est nihil *Contra* quia quamuis per remotionē oppositi præsertim simplicissima benè explicari possint, id tamen tunc solùm verificatur, quando oppositum habet aliquam specialitatem, perquam notificet sese, vt non adferat solam negationem; sic calor posset definiri esse negatio frigoris, quia frigus habet aliquam specialitatem per quam se notificare potest. At verò Petrum malè definires esse non Ioannem, quia Ioannem non nosco. Sic etiam negatio entis nihil habet specialitatis, per quam se scientificè notificet.

[281] II. De ente vt abstrahibili ab inferioribus statuendum est, quòd conceptus entis & formalis & obiectiuus sit vnus, & quidem perfectè vnus, & respectu omnium inferiorum, ita sicut animalis. *Ratio* quia quando ego dico [Deus est

est ens] non est sensus quasi dicerem; Deus est ens illud, quòd ens est finitum & infinitum, creatum & increatum, *item* si conceptus entis importaret differentias impossibile esset aliquid esse ens. sicut si animal quantum est de se importaret rationale impossibile esset leonē esse animal; impossibile enim est leonem esse rationalem. *Item* Definitio entis non est definitio rationalis. Ergo ens ex parte obiecti præscindit à rationali. Item ens abstractum ab omnibus inferioribus, est vnâ definitione definibile. Vide item Logicam num. 42.

DICES 1mo si ens respectu Dei & creaturæ esset perfectè vniuocum, sequeretur 1mo. quod ens esset *superius* Deo, esset *prius* & independentius à Deo; Deus non esset simplicissimus sed compositus; Deus à creaturâ non distaret infinite, 2do sequeretur dari medium inter duo contradictoria, nempe inter creatum & increatum; 3tio quod differentia infiniti quæ est in Deo non esset differentia infiniti & infinita, quia non contraheret totam rationem entis; ergo. 4to sequeretur rationē crea-

turæ

turæ non contineri in Deo eminenter; quia differentia creaturæ non contineretur in differentia increata, siquidẽ differentia increata non contraheret totam rationem entis. Ergo. ℞. *1mi D. A.* esset *superius prius independentius*; non esset simplicissimus non distaret physice, N. A. metaphysicè secundùm præcisionem C. A. *2di* D. A. increatum sumptum negatiuè quando iam non supponeret pro Deo N. A. increatum sumptum positiuè seu pro Deo, C. A. *3tij D. A.* non contraheret totum quoad rem significatum N. A. quoad modum seu totaliter C. A. vel *3tij & 4ti N. A.* nam esto dentur multa entia & causæ creatæ finitæ, non sequitur tamen Deum non esse infinitum, & causam, infinitudo enim illa & eminentia Dei in hoc consistit, quod nihil sit dabile distributim seu collectim sumptũ, quod eam adæquet. Dices *2do.* si ens perfectè vniuocè præscinderet à substantia & accidente & ab omnibus differentijs, sequeretur *1mo* æqualiter illud participari ab omnibus inferioribus *2do* materiam esse ens completum, imò omnia entia esse æquè completa: Ergo.

℞. 1mi D. A. æqualiter id eſt æquè rationem communem, ſicut irrationale æquè communem rationem animalis contrahit ac rationale C. A. æqualiter id eſt differentiæ contrahentes ens, eſſent æqualis perfectionis N. A. 2di eſſent completa phyſicè N. A. metaphyſicè C. A.

(282) III. De ente vt reperibili in inferioribus poſt abſtractionem duæ ſunt ſententiæ. 1ma Dicit differentias non tantùm realiter ſed & formaliter eſſe ens, accipiendo ens cõtractè, determinate &c. accipiendo verò ens pro ratione communi entis, differentias non eſſe ens formaliter. *Ratio 1mi* eſt *1ma* Si ens non tranſcenderet differentias, tunc *ſpecies* entis per huiuſmodi differentias conſtitutæ eſſent partim entia, partim non entia; entia quidem ſecundùm rationem generis, non entia autem ſecundùm differentiam. *2da* Differentia conſtitutiua eſſentialiter non entis non eſt formaliter ens: ergo differentia eſſentialiter conſtitutiua entis non eſt formaliter non ens. *3tia* Differentia eſt formaliter id quod eſt, quia quodlibet eſt id quod eſt: Ergo habet eſſe formaliter

liter quod est: Ergo habet formaliter entitatem eam quæ est ipsa; esse enim & entitas nullo modo distinguuntur. *4ta* Differentia prout condistincta à genere & quouis alio, *vel* est ens, *vel* non est ens, si est ens, *vel* est ens materialiter, *vel* formaliter, si hoc secundum, habetur intentum; si autem est ens materialiter, *vel* est ens materialiter, ob identitatem cum eo quod est ens formaliter, & hoc non, quia supponitur præcisa identitas cum omni alio; si autem ex se est ens materialiter, iam ex se simul est ens formaliter, *5ta* Differentia prout præcisa ab omnibus, quibus identificatur sumpta in reliquis prout est à parte rei, non est formaliter ens rationis, sed potiùs est formaliter nõ ens rationis. Ergo differentia formaliter habet esse, & non tantùm obiectiuè. Ergo debet esse formaliter ens. *6to* essentia formaliter est ens essentiale & formaliter quia ens diuiditur in essentiam & existentiã: sed differentia habet suam essentiã formaliter: Ergo. *7ma* Differentia vltima prout præcisa ab alijs, apportat esse differentiale; Ergo apportat esse, ac pro-

inde ens : 8*ua* Ens est terminus transcendens : sed nullibi est transcendens nisi in differentijs ; Ergo ab illis præscindi non potest. 9*na* Dantur substantiæ incompletæ, quæ non participant rationem communem completæ substantiæ : Ergo dantur etiam entia incompleta, quæ non participant rationem communem entis completi. 10*ma* Daretur medium inter duo contradictoria, vt supra. *Respondeo* 1*mæ* *D. A.* species sumptæ adæquatè N. A. inadæquatè C. A. sic homo secundùm animalitatem non est rationalis, & secundùm rationalitatem non est animal post opus intellectûs, 2*dæ* D. C. Entis quâ entis, seu in ratione entis C. C. Entis in ratione alicuius alterius prædicati N. C. Sic hominis quâ entis prædicatum constitutiuum est ens ; at quâ hominis prædicatum constitutiuum est animal rationale. 3*tiæ* *D. C.* habet formaliter entitatem, id est prædicatum proprium, C. C. id est prædicatum entis, seu apti ad existendum. N. C. 4*tæ* *D. A.* non est ens id est non terminat meam cognitionem secundum rationem entis C. A. id est non est ens in

se

se realiter, materialiter & identicè N. A. 5tæ D. C. Differentia sumpta prout est à parte rei sicut etiam supponebat antecedens C. C. sumpta præcisè ab existentia N. C. 6tæ N. C, est enim similis argumentationi huic ; [cornua formaliter, sunt insensitiua formaliter : sed bos habet cornua formaliter. Ergo bos est insensitiuus formaliter] vel si corrigis Minorem; Dicendo quod differentia sit essentia formaliter tunc dicam argumentationem similem huic : [animal formaliter, est viuens formaliter ; sed homo est animal formaliter ; ergo homo est viuens formaliter ;] & sicut tu in hac argumentatione negabis propositiones fere omnes, præsertim verò minorem & Consequentiam, ita ego in tua. *7mæ D. A.* apportat esse, id est proprium prædicatum C. A. id est aptitudinem ad existendum N. A. *8uæ D. Ma.* transcendens, id est reperibile realiter non in vno tantùm prædicamento vel prædicato sed in omnibus C. Ma. id est non abstrahibilis N. Ma. *9næ D. C.* dantur entia incompleta id est non constantia genere & differentia, aut

non habentia se per modum totius, sed per modum partis C. C. habentia aliam ad existendum aptitudinem quàm sit in quouis alio ente N. C. 10*mæ N. A.* quia non sunt contradictoriæ propositiones hæ [Differentia est formaliter ens: Differentia est formaliter non ens] ac proinde vtraque est falsa; contradictoria autem vera erit hæc: Differentia non est formaliter, sed tantum materialiter & identicè Ens vide Log. num. 42.

Deinde quando dico differentiam neq; esse ens, neque esse non ens; non concipio aliquid superius contradictorijs, sed tantum in differentia concipio aliquod prædicatum distinctum ab ente & hoc conceptu non attingo ens. *Ratio 2di tum quia* Definitio & conceptus differentiæ non est conceptus entis in communi *tum quia* ratio conueniendi, non est ratio differendi, *tum quia* pro statu intentionali illa tantum indissolubiliter sunt vnum, quæ se habent vt definitio & definitum. *2da Sententia* docet cum Scoto. Differentias formaliter non esse ens. *Ratio 1ma* Differentiæ vltimæ non sunt vlte-

rius

rius determinabiles; sed si formaliter includerent rationem entis essent adhuc determinabiles Ergo non essent vltimæ. *2da* Quæ differentia distinguit vnum ab alio, illa contrahit rationem communem entis sed si differentia vltima formaliter non includeret rationem entis tunc nõ hæc contraheret quæ distingueret, nam perseitas & inalietas facit non distingui, non verò ens: Ergo. *3tia* Differentia vltima est illa, quæ ita facit differre vt ipsa non differat per aliquid aliud, sed si includeret ens non esset talis Ergo. *4ta* Idem non potest esse contrahens & contractum, atqui esset. Ergo. *5ta* Differentia vltima non est ratio conueniendi: sed si includeret ens, esset ratio conueniendi: Ergo. *6ta* Differentia vltima est per quam res vltimò differt, sed si includeret ens non esset ipsa id per quod res vltimò differt, quia vltimò differret per ens. *7ma* Differentia contrahens ens, præter rationem entis debet includere aliquid aliud; atqui restaret quærere an hoc aliquid aliud sit ens, & iterum an præter istud ens daretur aliquid aliud, & sic in infinitum. Ergo *8ua* Formalitas ratione

cuius conuenit omnib9 rebus existere, est eiusdem rationis in omnibus rebus, sed differentiæ rerum non sunt eiusdem rationis: Ergo nulla differentia est illud ratione cuius formaliter conuenit alicui existere: Ergo nulla differentia est formaliter ens. 9*na* sequeretur perseitatem esse ens, per se, adeoq; substantiam Ergo. 10*ma*. In composito physico deuenire est ad talem resolutionem partium, quarum neutra neutram includat. Ergo & in metaphysico. 11*ma* Genera non includuntur in differentijs: Ergo neq; ens. 12*ma* Ens non includitur in proprietatibus: Ergo. nec in differentijs: 13*tia* Corpus non includit in se substantiã incompletam; Ergo nec differentia. 14*ta* Natura in statu solitudinis neq; est diuisa formaliter neq; indiuisa formaliter, *item* substantia secundùm se, neq; est diuisibilis, neq; indiuisibilis, *item* Relationes Diuinæ neq; sunt à se formaliter, neq; ab alio; Ergo etiam differentia præcisa neq; erit ens formaliter, neq; non ens formaliter. 15*ta* Differentia vltima est vniuoca vniuocata: Ergo vnam tantùm significat formalitatem v. g. rationali-

nalitatis. *16ta* si differentia includit formaliter rationem entis *vel* includit hanc quā contrahit, *vel* aliam, sed non hanc quam contrahit, quia idem esset & contrahens & contractum, non etiam aliam, quia superfluè ponerentur plures entitates. *Respondetur.* ad rationes. *1marū sex D. Mi.* si includeret rationem entis communem C. Min. particularem huius indiuidui N. Min. *7mæ N. Mai.* quia differentia vltima præter rationem contractam entis, nihil plus includit. *8uæ* D. Ma. Formalitas accepta secundùm rationem communem C. Ma. secundum rationem particularem N. Ma. *9næ D. A.* Ens per se concretum aut substantiam N. A. Ens per se abstractum, aut per modum termini & complementi, adeoq; non per modum substantiæ C. A. *10mæ* N. C. quia pars physica sola manens non fit nihil. *11mæ N. C.* quia ex non inclusione generis, non sequitur vltimam differentiam esse nihil. *12mæ C. A.* In proprietatibus sumptis in recto N. A. in obliquo C. A. Sic enim tantùm dicunt ordinem ad ens. *13tiæ N. C.* tum vt *11mæ tum quia* includit

cludit completum, vtpote genus imme-diatum. 14tæ N. C. *tum quia* ens debe-ret intelligi sine sua essentia reali: *tum quia* sequeretur vltimam differentiam esse ni-hil. 15tæ C. *totum* quia hoc rationale est vnica formalitas sicut hic homo. 16tæ D. *Min.* esset idem quoad rem significatam C. *Min.* quoad modum concipiendi N. Min. Sicut animal est idem & in homi-ne & quod contrahitur. *item* D. *proba-tionem minoris.* Nihil est contractiuum il-lius quod in se formaliter continet; con-tractiuum contractione propriâ & tran-sitiuâ C. A. Contractiuum contractione impropriâ ex modo concipiendi & in-transitiuâ N. Ant.

(283) IV. Qui negant ens esse vniuo-cum, dicunt contractionem entis esse non per modum compositionis, sed tantum per modum maioris expressionis. Qui vero docent ens esse vniuocum, dicunt communiter, illud contrahi per differen-tias, sicut animal. Scotistæ tamen dicunt illud contrahi per modos intrinsecos, quos modos intrinsecos vt explicent, do-cent 1mo quod omnis modus non perti-

neat

neat ad essentiam rei, sed potius ad eius complementum, aduenitq; rei iam indiuiduatæ, existenti ac subsistenti, seu qui non intrat quidditatem rei, sed tantùm eam, circumstat; & modus quidem extrinsecus est, qui non est intimè coniunctus cum re, qualis est vnio, Actio, vbicatio; Intrinsecus autem qui est intimè coniunctus cum re, vt finitas & infinitas, vt album esse perfectius nigro 2*do* quod modus non dicit propriam formalitatem, atque ideo non nisi formaliter negatiuè à quidditate distinguitur non autem formaliter positiuè. *Ratio* quia formalitas apud Scotistas sonat rationem obiectiuam ex se adæquatè conceptibilem; iam verò modus non potest adæquatè concipi sine re cuius est modus; vnde modus in recto non appellatur res & ens, siquidem seipso existere non potest in rerum natura. 3*tio* Quod modùs, non variat rationem formalem eius cuius est modus, id est, non variat aut modificatum, seu contractum, aut constitutum ex modo & modificato, aut vtrumque, (disputant enim de hac re) seu non contrahit ad inferiorem quiddi-

tatem

tatem ſicut differentia, quia hic modus non eſt gradus quidditatiuus, ſed tantùm intimus. 4to Modus intrinſecus eſt id, quod non eſt differentia, nec proprietas, & non variat rem cui aduenit, quia etſi hic modus abeſſet, hæc res nihilominus eſſet hæc res.

(284) §. III. De Attributis Entis generaliter.

I. Tria entis attributa numerantur, vnum, verum, Bonum. Cætera voce illa Revbav, ſeu Reysabahvr expreſſa, huc reuocari poſſunt.

II. Maſtrius Diſp, 4. Nu. 21. & 29. attributa entis diuidit in *Incomplexa* quæ ſunt Vnum, Verum, Bonum, & *Complexa*, qualia ſunt eſſe in actu & potentia, eſſe neceſſarium & contingens, idem & diuerſum. Vtraq; in hoc dicit conuenire, quòd omni enti conueniant, & quidem non diſiunctè, differre autem in hoc, quod *incomplexa* ſint *nominata*, vnoque nomine appellata; *complexa* autem ſint *innominata* nec vno nomine poſſint appellari, ſed ea circumloquimur per aliqua duo nomina

mina disiuncta eo modo quo loquitur Arist. 10. Met. de medio contrariorum innominato, quod circumloquimur per abnegationem vtriusque, vt quod nec malum nec bonum est.

Contra hanc diuisionem Suarius docens, complexa hæc attributa nō esse verè & propriè entis vt sic passiones, sed potiùs eius diuisiones, *Obijcit 1mo* Passiones quæ conueniunt enti vt contracto ad inferius, non sunt passiones entis vt sic: Atqui esse necessarium & contingens &c. conueniunt enti nō vt sic, sed vt cōtracto; quia necessarium conuenit vni, contingens alteri inferiori: Ergo. *2do* Illæ passiones essentialiter contrahunt ens: Ergo sunt potius differentiæ quàm passiones propriè. *3tio* Finitum & infinitum sunt modi intrinseci diuidentes ens: Ergo etiā necessarium & contingens diuidunt ens. *4to* Passiones superioris debent conuenire omnibus inferioribus: sed necessarium & contingens &c non conueniunt: Ergo. *5to* Hæc attributa complexa reducuntur ad incomplexa, vt idem & diuersum ad Vnum. ℞. *Mastrius 1mi Distinguo probationem,*

tionem, necessarium & contingens seorsim sumpta, C. simul N. Sic par binarij & par ternarij, rectum & curuum seorsim sumptum conuenit tantùm inferiori alicui numero & figuræ; at verò totum hoc disiunctum simul sumptum conuenit numero vt sic & lineæ vt sic. Idem hic dicendum. *2di N. A.* quia contrahunt vt modi intrinseci. *3tij D. A.* finitum & infinitum sumptum materialiter & pro substrato, N. A. sic enim ens in ista diuiditur quidditatiuè tanquã in partes suas subiectiuas: formaliter C. A. sed sic sumpta possunt significare vnicam passionem entis. *4ti D. Ma.* debent conuenire secundùm vnam partem disiuncti, C. Ma. secundùm totum disiunctum, N. Ma. *5ti N. A.* Vide an responsiones Mastrij sint sufficientes, præsertim cùm ipse de potentia tractans, agat de ea vt passiua, actiua, obiectiua.

(285) §. IV. De Vno.

I. Vnum est indiuisum in se, & diuisum ab omni alio. Iuxta alios autem, vnum est indiuisum à se: sed siue *in se* siue

à se

à se dicatur, idem debebit significare, vt patebit infra.

II. Indiuisio seu diuisionis negatio, quæ ab vnitate importatur est multiplex. *1mo* est negatio multitudinis extrinsecæ, seu quod vnum non sit multa, sic Petrus non est multa, sic vnus exercitus non sunt multi exercitus, sic vna chimæra non sunt multæ chimæræ. *Ratio tum quia* Arist. 4. Met. tex. 4. dicit vnum opponi multo, velut indiuisum diuiso *tum quia* vnitas nō est multitudo & multitudo non est vnitas, *tum quia* pluralitas & multitudo realis non est carentia entitatum; vnitas autem est carentia earum entitatum; vnde ad constituendam multitudinem non auferri, sed potiùs apponi debent, entitates, ad constituendam autem vnitatem debent entitates auferri. Nec committitur Circulus vitiosus in explicatione *Vnius* dum vnitas explicatur per negationem pluralitatis, & pluralitas per negationem vnitatis, quia non explicatur ignotum per ignotum, sed per notum: nam cui esset ignotum quid sit multa, non deberet illi dici quod nō sit vnū, sed quod hoc & hoc, illud

& illud sunt plura. Vnde pluralitas non explicatur per vnitatem, aut negationem illius, sed per positionem huius & illius entitatis: vnum autem quia est quid negatiuum, explicatur per negationem: sicut lucem, quia est quid positiuum, explicamus per seipsam, tenebras autem, quia sunt quid negatiuum, explicamus per negationem lucis.

Dices exercitus non negat pluralitatem: sed exercitus dicit entis vnitatem: Ergo. ℞. *D. Ms.* Dicit vnitatem indiuisibilitatis sicut Deus & Angelus, aut vnitatem vnionis N. Min. vnitatem collectionis, imò & vnitatem quæ negat multitudinem exercituum C. Min. 2*da Negatio* est indiuisio in alia à se, seu negatio multitudinis intrinsecæ seu indiuisio in aliud & aliud seipsum, seu quod ens non sit diuisibile in alia plura talia quoad omnem perfectionem, quale est ipsum: sic Petrus est vnus quia non est diuisus in alios Petros tales quoad omnem perfectionem, si enim sic esset diuisibilis, tunc iterum ac iterum posset subdiuidi in infinitum. 3*tia Negatio* est identitatis cum

alio

alio. sic Petrus non est idem cum Paulo, seu est alius à Paulo & quocunq; possibili: *Ratio tum quia* vnum definitur esse indiuisum in se & diuisum ab omni alio. *tum quia* diuisio entis ab alio est, secundùm quã ens diuiditur ab omni eo, quod non est ipsum, seu secundùm quam, ens aliquod non est idem cum alio, vt leo non est idem cum boue & Petrus cum Ioanne: Atqui huius diuisionis negationem non importat vnitas entis, imo importat talem diuisionem: Ergo. DICES Deus ab æterno non dicebat diuisionem ab alio: Ergo vnitas non dicit diuisionem ab alio ℞. *D. A.* ab alio actu existente C. A. possibili N. A. *4ta Negatio* est indiuisio in se, seu quod indiuiduũ non habet partes suî constitutiuas in quas diuidi debeat ita, vt esto in eas diuidatur, ipsum tamen maneat idem indiuiduũ.

III. Ex his indiuisionibus seu negationibus formaliter & primario importatur ab vnitate non negatio multitudinis extrinsecæ, nec æquè primariò indiuisio in se & à se, sed negatio multitudinis intrinsecæ, seu in aliud & aliud seipsum. *Ratio*

2^m^e tū quia esto vnitas multiplicitati opponatur contradictoriè, vtpote negatio, & tollat multiplicitatem, non sequitur tamen negationem multiplicitatis priorem esse vnitate; nam etiam Petrus & non Petrus opponuntur sibi contradictoriè; non sequitur tamen negationem Petri, priorem debere esse Petro: Ergo neq; negatio multitudinis est prior multitudine. *tum quia* Forma negata deberet esse prior negatione, multitudo autem est posterior vnitate, quia ex vnitatibus constat, seu forma vnitatis non debet esse posterior vnitate; atqui esset posterior, quia sicut multitudo est posterior vnitate, ita & negatio multitudinis est posterior. Ergo. *tum quia* cui diuisioni vnitas immediatiùs opponitur, illius diuisionis negationem dicit primariò: atqui vnitas seu indiuisio immediatiùs opponitur diuisioni suî in alia seu saltem aptitudini ad hanc diuisionem, quàm multitudini. Ergo. *tum quia* pluralitas & multitudo definitur per vnitatem. *tum quia* iuxta S. Thomam q. 9. de potentia Art 7. ad. 15. & opusc. 42, c. 2. vnum reuera non opponitur multitudini

dini materialiter ſumpto, vt nempe eſt aggregatum ex pluribus vnitatibus, ſed quatenus diuiſioni atq; ideo appellatur multitudo ratione diuiſionis *tum quia* eſto eſſet multiplicabilis in plura ita ſicut natura abſtracta, non deſineret eſſe vnum. *Ratio* 2*di tum quia* abſolutum eſt prius reſpectiuo, ſed indiuiſio à ſe, eſt quid abſolutum, diuiſio autem ab alio, eſt quid reſpectiuum: Ergo *tum quia* etiamſi implicarent omnes creaturæ, adhuc Deus eſſet vnus: atqui tunc non diceretur diuiſio ab alio, Ergo diuiſio ab alio non eſt primò conſtitutiua vnius; quia illa ratio eſt prior, quâ manente & ſublatis alijs manet idem. *tum quia* In Petro prior eſt negatio non non Petri, quàm negatio Ioannis: Ergo etiam in vnitate prior eſt negatio diuiſionis à ſe, quàm negatio indiuiſionis ab alio. *Ratio* 3*tij* ex præcedentibus.

Dices 1*mo* Vnitas multiplicitati opponitur contradictoriè, ſiquidem vnitas negat & tollit id, quod multiplicitas ponit; multiplicitas enim ponit multitudinem vnitatum, negatio multitudinis tollit

 hanc

hanc vnitatem : Ergo. 2*do* Ideo ens est vnum, quia non est diuisum in plura, quæ sint adæquatè idem cum ipso: Ergo indiuisio formaliter consistit in eo quod ens non sit multiplex. ℞. 1*mi* *T. A. N. C.* & quia Petrus nō est Petrus opponuntur sibi contradictoriè, non sequitur tamen negationem Petri priorem debere esse Petro. Ergo neque negatio multitudinis est prior multitudine. 2*di* *N. A.*

DICES 2*do* Quod est diuisum, non est: quia post diuisionem materiæ & formæ non est homo; & post diuisionem continui, non manet idem continuum; Ergo esse vnius-cuiusq; rei dicit indiuisionem: Ergo indiuisio in se, transcendit esse diuisum ab alio. 2*do* Vnio est constitutiua cuiuscunque compositi, & identitas est constitutiua simplicitatis: atqui non diuisio entis compositi est vnio, & non diuisio entis simplicis est identitas. Ergo non diuisio est de essentia cuiuluis entis. 3*tio* Petrum non esse non Petrum formaliter, idem est cum Petro negatiuè significato; Petrum autem esse Petrum, est ratio formalis constitu-

tiua

tiua & tranſcendens Petrum : Ergo non eſſe non ens, eſt conſtitutiuum entis negatiuè accepti. ℟. C. *Totum* neque enim ex eo quòd diuiſio ab alio, tranſcendat, aut ſit vnitatis conſtitutiua, ſequitur eſſe primò conſtitutiuam, quia etiam riſibile eſt conſtitutiuum hominis & tranſcendit rationalitatem ſeu identificatur cum rationalitate, nec tamen eſt primò conſtitutiuum hominis.

(286) IV An ſolam indiuiſionem enti ſuperaddat vnitas, vel potiùs quid poſitiuum aliquo pacto ab ente diſtinctum, Variant Autores.

Primo Auicenna docet quòd vnitas entis ſuperaddat aliquod accidens poſitiuũ realiter diſtinctum ab ipſo ente. *Contra.* quia daretur proceſſus in infinitum, quæreretur enim de hoc ſuperaddito an ſit ens; quòd ſi ens, per quid eſt vnum, & ſi per ſuperadditam entitatem eſſet vnum, de hac iterum quæreretur. *Reſpondet* Antonius Andreas : hoc argumentum peccare per fallaciam figuræ dictionis mutando *Quo* in *Quod*; non aliter ac ſi dicenti hominem eſſe album, proponeres vel eſt albus

bus per se, *vel* per accidens superadditū; si per accidens superadditum; de hoc rediret quæstio vtrum hoc accidens sit albū per se, *Contra hanc responsionem est tum quia* illud reale enti superadditum est vera res; Ergo est formaliter ens, Ergo formaliter vnum, siquidem de quo prædicatur essentia prædicatur & preprietas; *tum quia* ex hac suppositione sequitur vnitatem esse vnam non tantùm *vt quo* sed & *vt quod*, quia esset ens formaliter, & res rigorose distincta ab ente.

Secundò Docet Scotus, vnitatem esse aliquid positiuum superadditum enti, sed solùm ex natura rei distinctum ab ente. *Contra verò est, tum quia* implicat aliquam formalitatem esse positiuam, quæ non sit ens essentialiter & formaliter; ens enim est fundamentum & inchoatio realitatis: *tum quia* si est aliquid positiuum, habet aptitudinem ad esse: *tùm quia* si addit aliquid, iam hoc additum erit ens, quia ens & aliquid conuertuntur. *Respondent Primò.* Illud additum esse ens, esse aptum, esse positiuum, esse aliquid realiter & identicè, non verò in suo conceptu quidditatiuo;

tatiuo; participant enim entis realitatem vel ea, quæ includunt essentialiter conceptum entis, vel ea, quæ sunt idem cum ipso. *Respondent Secundò.* *Aliquid* latius interdum patere ipso ente, quia dicitur & de eo, quod est vt sic, & de eo quod est identificatum cum ente vt sic. vnde negant hanc additionem esse propriam, qualis esse solet rei ad rem, sed tantùm formalitatis ad rem, in qua est immersa & imbibita per identitatem realem. *Contra primam responsionem est*, quia possio entis est extra nihil; ergo est formaliter ens, quia hic est conceptus entis quidditatiuus. *Nec valet*, quod Mastrius neget hanc consequentiam, dicendo quod vt aliquid sit formaliter ens, debet esse formaliter & per se extra nihil, non autem solum identicè: non valet inquam, quia quæ ex natura rei distinguuntur, non habent identitatem, siquidem subsunt prædicatis contradictorijs. *Contra secundam responsionem est*, quia illud aliquid debet esse formalissimè ens: *nec valet retorsio* Mastrij contra eos, qui sola ratione distinguunt vnum à vero, quia per rationem potest præscindi

vnum

vnum prædicatum ab alio, adeoq; concipi esse vnum, nō concipiendo esse aliquid. vel non esse aliquid. Similiter potest concipi absolutum sine connotatione.

Tertiò S. Bonauentura, Alensis, Baconius, Soto, Vasquez, Hurtadus docent vnitatem aliquid esse positiuum enti superadditum, sed solùm ratione ab ente distinctum, *seu* vnitatem esse aliquid de adæquato entis conceptu, & solùm secundùm esse explicitum distingui ab ente inadæquatè concepto, adeoque esse aliquid additum additione impropria. Et Ouiedo addit vnitatem ab ente differre tantùm ex parte modi concipiendi, non autem ex parte obiectiuorum conceptuum. *Contra* hanc sententiam præsertim Ouiedi, opponunt Scotistæ; *tum quia* idem de seipso prædicaretur; *tum quia* ex parte obiecti non idem significat Deum esse ens, & Deum esse vnum; *tum quia* contradictorium entis est nihil, contradictorium autem vnius est diuiso aut multitudo.

Quartò Complures docent vnitatem entis esse in recto ipsam rationem propriamque entis positiuam, pro connotato

dicere

dicere negationem multitudinis intrinsecæ. *Ratio Primi tum quia* Arist. 4. Met. c. 2. t. 3. ait. *ens & unum, idem ac una natura sunt; propterea quod se inuicem sequuntur; non quòd una ratione significantur; tum quia* illud primariò & formaliter significare solet terminus, quod variatur, si aliquid additum fuerit ad eundem terminum sumptum formaliter. Sic v.g. *doctus*, formaliter & primariò doctrinam hominis significat, & non paruitatem vel magnitudinem hominis, quia quantumcunque variata paruitate vel magnitudine hominis; non dicitur magis vel minus doctus; atqui quando ad *unum* additur *aliquid*, quo determinetur vnitas ipsius; intelligitur variari entitas & non diuisio, ergo entitas est quæ primariò significatur. *Minor probatur*. Quando ad vnum vt sic additur, quod sit vnum à parte rei, sine dubio variatur ratio vnius, quia tale vnúm significat ens, non solùm quomodocunque est vnum, sed etiam vnum numerice, seu indiuidualiter; hoc autem non contingit ex eo, quasi varietur indiuisio. *Ratio 2di tum quia* vbicatio, præ-

 sen-

sentia, duratio, supra ipsa entia locata, præsentia, duramia, quæ cōnotāt negationes, & *tum quia* vnum & ens non sunt Synonyma, habent enim diuersas rationes, seu definitiones: ergo vnum addit aliquid supra ens, atqui non aliquid positiuum, ergo &c. *tum quia* res vltimatè distinguuntur per negationem, vt dixi in Logica.

Objicies 1mo. Carētia diuisionis dicit habitū positiuū sed vnū est carētia diuisionis: Ergo: *2do.* Forma cōtradictoriè opposita diuisio est quid positiuū, sed forma cōtradictoriè opposita diuisio est vnitas: Ergo. *Ma. prob. unitū* est quid positiuū, sed forma cōtradictoriè opposita diuiso est vnitū: Ergo. *3tio.* Angelus & punctū est *seipso indiuisibile*: Ergo habet vnitatem sine negatione. *4to.* Tale debet esse cōstitutiuum vnitatis *quod cōp tit enti* vt enti, sed negatio non competit enti vt enti, quia quod cō etit non enti non competit enti: Ergo. *5to.* Quod secūdùm suā rationem formalē importat principium simpliciter, illud de ratione sua formali dicit aliquid positiuū, sed vnitas est id, quod secūdùm suā rationē formalē importat principium

sim-

simpliciter: Ergo. *Maior prob.* Omnis per-
fectio vt sic, in aliquo positiuo fundatur:
Ergo, &c. *5to.* Quod suscipit magis & minus,
illud de formali dicit aliquid positiuū, sed
vnitas suscipit magis & minus, magis
enim est Vnus Deus, quàm creatura, &
indiuisibile est magis vnū, quàm id quod
habet partes multas: Ergo, *7mo.* Relatio
non debet habere maius esse quàm ipsius
fundamentū seu ratio fundādi, sed *vnitas est*
fundamentū relationis realis positiuè: Ergo
& ipsa est realis positiua. *8uo.* Quod po-
test aggregari est *positiuum*, sed vnitas aggregari po-
test: Ergo. *9no.* Perfectio simpliciter sim-
plex non est *negatio*, sed vnitas in Deo im-
portat perfectionē simpliciter simplicem:
10mo. Ens *de nihilo* prædicari non potest;
atqui ens prædicatur de vnitate nō tantùm
concretè v.g. Vnū est ens, sed & de vnitate
abstractè accepta, v.g. Vnitas est ens: Er-
go, &c. *11mo. Nulla negatio* est idem realiter
cum positiuo. Ergo propositio hæc [Vni-
tas est ens] nec idoneè quidē esset vera,
simpliciter pro formali diceret negationem;
negatio enim ex vi suæ formalitatis est a-
liquid contra distinctum ab ente, quia enti

2do Ftt oppo-

opponitur cōtradictoriè. 12mo. Arist. 10 Met. textu 9. dicit *unum* & multa cōtrariè opponi: Ergo. 13*tio*. Omnis negatio debet habere causam sui aliquā positiuam nulla enim negatio inest primò & per se alicui, sed ratione alicuius positiui præsertim si talis negatio subiecto cōuenit necessariò, sed indiuisionis huius non est causa ipsum ens: Ergo indiuisionis huius causa erit aliquid positiuum superadditum enti. *Min: probatur.* Indiuisionis causa emanatiua metaphysicè, exigitiuaque vnitatis est tale positiuum, quod sit formaliter exclusiuum diuisionis, sed ens non est tale positiuum: Ergo. *Min: probatur*, Præcisa ratio tantùm essendi absolutè, & præcisa ratio dicens ordinem ad existentiam non est formaliter exclusiua diuisionis: sed *ens est præcisa ratio* entis tantùm essendi absolutè & dicēs ordinē ad existētiā, non autē essē di vnū vel plura: Ergo. 14*to*. Ad illā rationē positiuā proximè & immediatè sequitur negatio diuisionis, quæ immediatè opponitur multitudini, sed præcisa ratio entis non est talis. *Min: prob*. *Ens non habet*

imme-

mmediatã oppositionẽ cum multitudine, vel diuisione, sed cũ nõ ente: Ergo. 15to Quælibet *natura* vt natura, nec est vna, nec plura, & *equinitas* in suo conceptu non dicit vnitatẽ, vel pluralitatem, sed tantùm equinitatem. Ergo etiã *ratio entis* præcisè nec est vna nec plura. 16to Diuisũ & vnitũ est vtrũq; *affirmatiuũ*: Ergo vnitũ non est negatiuũ. 17mo. Ens & multitudo esset concretum ex se & *negatione*: Ergo.

Respondeo Dist. primas octo propositiones. Carentia diuisionis vnitũ, seipso indiuisibile, quod competit enti, perfectio, vnitas entis suscipit magis & minus, vnitas est fundamẽtũ relationis, est positiuũ sumpta secũdùm rectũ C. secũdùm obliquũ N. *9næ 10mæ, 11mæ D. propositiones*, negatio, de nihilo, nulla negatio simpliciter C. fundata in positiuo N. *12mæ Explico A.* vnũ secũdùm rectũ C. A. secũdùm obliquũ N. A. *13tiæ, 14tæ, 15tæ Distinguo propositiones.* *Ens* est præcisa ratio entis, *Ens* non habet immediatã oppositionẽ, *natura*, *equinitas*, *ratio entis*, prout est radix & exigitiuũ suarũ passionum N. sine hac radice præcisè spectatũ C. *16tæ D. A.* diuisũ & vnitum

 est

est vtrūq; affirmatiuū ex modo significādi C. A. in re N. A. sic tenebræ, cæcitas, mors ex modo significādi sunt quid positiuū, attamē in re sunt pars negatiua; similiter & in præsenti non vnitum ex modo proferēdi est quid negatiuū, in re tamē est quid positiuū. *17ma D. A.* & negatione sui N A. & negatione alterius entis C. A.

(287) V. Indiuisio & vnitas, an rationem priuationis vel simplicis negationis habeat, lis est. *Primò* Hurtadus dicit negationem hanc in rebus compositis esse priuationem, quia sunt capaces diuisionis; in rebus autem simplicibus habere rationem puræ negationis. *Secundò*, Fonseca, Mastrius, & multi Thomistæ docent habere rationem priuationis etiam in rebus simplicibus; quia etsi hoc ens quà tale diuidi non potest, tamen quatenus est ens simpliciter, est capax diuisionis; sicut talpæ solet tribui cæcitas, quia licet quatenus talpa non sit capax visûs, est tamen capax quatenus animal, & secundùm rationem genericam. *Tertiò* Pasquilignus dicit in omni ente etiam cōposito præfatam diuisionem esse negationem;

nem : quia priuatio dicit negationem formæ in subiecto apto, ad recipiendam eam formam, ens autem non est capax ad recipiendam formam diuisionis, quia iam destrueretur eius essentia. *Quartò* Auersa docet præfatam indiuisionē non esse priuationem, quando priuatio accipitur pro negatione formæ in subiecto apto, esse verò priuationem, quando priuatio accipitur pro negatione denominante aliquod subiectum, siue capax siue incapax sit formæ negatæ. vnde etiam in rebus vniuersalibus concedit talem priuationem, siquidem res vniuersalis est apta diuidi in plura. *Quintò* Mastrius disp: 51. n. 116. citans pro se Soariū disp. 4. sect. 1. n. 19. & alios dicit negationem importatam per vnitatem posse dici priuationē : quia Aristoteles 4. met: tex: 4. ait *ibi siquidem vni differentia est præter illud, quod in negatione, negatio autem absentia illius est, in priuatione autem è subiecto quædam natura fit, de qua priuatio dicitur* : id est, inter multas differentias, quæ inter purā negationem & priuationem intercedunt, hæc quoq; præcipuè interuenit, quod pu-

ra negatio non determinat sibi subiectum quod afficiat, aut denominet, determinat verò priuatio; seu quod per negationem puram negetur aliquid absolutum, per priuationem autem negatur aliquid in subiecto, adeoq; pura negatio potest verificari de ente & non ente, vt non lapis, non videns. non bos, potest verificari & de planta & de chimæra; vnde pura negatio dicitur negatio extra genus, quia scilicet nullum genus entis sibi determinat, quod afficiat at verò priuatio dicitur esse negatio ingenere, quia per eam non negatur aliquid absolutè, sed tantùm intra metas alicuius generis.

(288) *Sextò* Cum vnum & multa diuidant ens ex 10, Moral: c. 1. saluari tamen potest quod vnum sit passio entis. vnum quod est passio entis, est id, quod est indiuisum in se, & diuisũ ab omni alio: iam verò vnum, quod potest esse entis species, nec proinde conuertitur cum ente, est vel prædicamentale, quod est proprium numeri, *vel* vnum, secundum quod conuenit entibus secnudum se terminatis, *vel* vnum id est vnitũ, vnum autem quod est passio entis est indiuisum. *Septi-*

Septimò. vnum multitudini variè opponi poteſt. nam multitudini intrinſecæ, *ſeu* diuiſibilitati in ſeipſum multiplicabilem, opponitur contradictoriè; multitudini autem extrinſecæ, ſeu rebus alijs diſtinctis numero aut ſpecie dicitur, quod opponatur contradictoriè & immediatè; poſſet etiã aliquis cõtendere, quod nõ contradictoriè nec immediatè, quia eſt priuatio.

Octauò Diuiſio & indiuiſio differunt ſic, quia diuiſio formaliter nihil eſt aliud quàm ipſæ entitates actu diuiſæ ab inuicem: indiuiſio autem quam dicit vnum, negat diuiſionem ſecundũ rationem poſitiuam, quæ in rebus diuiſis reperitur, vel deberet reperiri; non verò ſecundum rationem negationis, quam includit diuiſio vnius ab alio. *Nonò*. vnitati ſicut diuiſio ita & diſtinctio opponitur, de quo actum in Logica à num: 23.

(289) *§. V. De vero & falſo.*

Primò. Aduerte *verum* eſſe ens conforme, vel conformabile alicui. Triplex porrò eſt verum, Primò *in ſignificando* quod conſiſtit in conformitate ſermonis cum cognitione; cui opponitur mendacium.

Secundò in cognoscendo seu repræsentando, quod consistit in conformitate cognitionis cum re quæ cognoscitur, & dicitur veritas formalis. *Tertiò Transcendentale* quod est veritas obiectiua & in essendo, & de hoc hic agitur, sed non æquè ab omnibus deciditur.

Secundó veritas entis obiectiui spectata in ordine ad intellectum non est denominatio extrinseca; *seu* veritas est in rebus, non tantùm fundamentaliter & causaliter, quatenus seipsis possunt causare veritatem in intellectu, sed etiam subiectiuè & formaliter. *Ratio prima*, Deum colimus verum, vt à falsis Dijs separemus, *item* hominem verum dicimus, vt distinguamus à picto, ergo DEVS & homo est in se formaliter & subiectiuè verus. *Ratio secunda* entia rationis ideo censentur formaliter & intrinsecè falsa, quia ex seipsis implicant, ergo & è contra entia realia. *Ratio tertia* Omnis potentia sensitiua & aliæ nõ faciunt obiectum, sed in præinuentum feruntur, & actus suos ab obiecto specificant, atqui intellectus fertur in verum, ergo &c. *Ratio quarta*. Implicante omni

intel-

intellectu adhuc aurum esset aurum; & lapis esset verus lapis, ergo &c. *Ratio quinta.* Cognitio dicitur formaliter vera, quæ est commensurata obiecto, sed commensuratio ex sua intrinseca ratione est mutua, vt constat ex quantitatibus: ergo sicut cõmensuratio tenens se ex parte cognitionis, denominat eam formaliter veram in repræsentando, ita è contra commensuratio tenens se ex parte obiecti denominat illud formaliter verum in essendo.

DICES 1*mo* Sanitas formaliter & intrinsecè conuenit animali, medicinæ autẽ conuenit per denominationem extrinsecã, ergo similiter &c. 2*do* ex Arist. 6. met. in fine. Bonum à vero differt, quod bonum sit in re, verum autem in intellectu, ergo &c. 3*tio* Vbi est adæquatio rei & intellectûs: ibi est veritas, veritas enim est adæquatio rei & intellectûs; atqui adæquatio rei & intellectûs, est subiectiuè in intellectu, ergo &c. *Minor. probatur.* vbi est commensuratio seu mensuratum, ibi est subiectiuè adæquatio, quia mensuratum est passiuum: sed mensuratum est in intellectu, siquidem obiectum est mensu-

ra intellectus : ergo &c. *4to* Esse cognitum est denominatio extrinseca, ergo & esse cognoscibile est denominaiio extrinseca. *Conseq. pr.* Sicut esse actu cognoscens, est denominatio intrinseca, ita & esse cognoscitiuum est intrinsecum, ergo sicut esse cognitum est denominatio extrinseca, ita & esse cognoscibile est denominatio extrinseca. *5to* ex eo praecisè, quia cognitio est apta terminari ad obiectum, obiectum est aptum, vt terminet cognitionem, ergo &c. *6to* Cognoscibilitas entis, *seu* veritas transcendentalis, nō potest cognosci nisi per ordinem ad cognitionem : ergo cognoscibilitas constituitur ex ente & cognitione. *7mo* Obiectum secundum suam entitatem, non dicit relationem ad potentiam, quamuis potentia eam dicat ad obiectum ergo &c. *8uo* Obiecto coloris nihil interest esse visibile & non audibile, si enim circa colorem versaretur auditus, non mutaretur essentia coloris, ergo nec enti interest esse cognoscibile. *9no* Falsitas non est intrinseca rebus, quia iam aliàs veritas non esset passio conuertibilis cum ente ; ergo

nec

nec veritas. *Decimo* Sequeretur etiam negationes & entia rationis debere dici vera siquidem habent suum esse: atqui negationes & chimæræ non dicuntur esse veræ; ergo &c.

Respondeo 1mi *N. C.* Argumentum enim formandum erat sic: Medicina sicut sana ita & cognita est per denominationem extrinsecam. 2di & 3tij *distinguo primam propositionem*, verum & veritas complexa seu compositionis, quæ est in actu intellectûs, C. incomplexa seu negatiua N. 4ti *Nego Consequentiam.* Quia etiam omni causæ causare actu est extrinsecum. *vel* D. C. cognoscibilitas respectiua à potentia intellectûs C. C. absoluta, *N. Conf.* 5ti *N. A.* 6ti *N. C.* quia etiam virtus causæ effectiuæ, & inalietas accidentis, non potest explicari sine ordine ad extrinsecum. 7mi *D. A.* non dicit relationem prædicamentalem, C. A. transcendentalē saltem secundū dici N. A; quia relatiua tertij generis tunc tantū nō habent mutuam inter se connexionem, quando non vniformiter assignantur, vt vnum in actu, alterum in potentia; quod

enim

enim assignatur in actu, verè & realiter refertur ad id, quod assignatur in potentia, vt scientia ad scibile, non è contra; quia scientia dependet à scibili, scibile autem non dependet à scientia in actu, siquidem potest esse scibile sine scientia in actu: at si vniformiter assignantur, nempe vel ambo in actu, vel ambo in potentia, mutuò ad se referuntur. 8*ui N. Ant.* præsertim iuxta proxime dicta. 9*ni N.C.* quia oppositum debuit inferri. Nam sicut ex affirmata falsitate rectè negatur veritas, ita ex negata falsitate, rectè affirmatur potiùs veritas, imò argumentatio hæc videtur esse similis huic, (non datur vacuum & infinitum, ergo nec datur locus aut finitum. *Decimi Dist. Ant.* veras ea veritate, quâ habent esse, C. A. alia veritate N. A.

Tertio veritas rerum in se spectatarum est conformitas ad principia entis constitutiua, (*seu* ipsius entis esse, sicut esse debet; veritas autem accepta respectiuè est conformitas ad intellectum cognoscentem obiectum sicut est; veritas autem sumpta cum disiunctiuo, vltimatè & for-

mali-

[...]aliter dicit negationem falſi & extranei. [R]atio 1mi tũ quia ſi nõ haberetſe res ita, [ſi]cut debet, diceretur falſa : *tum quia* po[ſi]ta impoſſibilitate intellectûs, adhuc bru[tu]m erit verè brutum, *tum quia* extrinſe[ca] ſunt poſteriora intrinſecis. *Ratio 2dì* [tu]m *quia* veritas formalis propoſitionum [re]ctè explicatur per conformitatem ad [o]biectum, ergo viciſſim &c. *tum quia* [ve]ritas eſt etiam cognoſcibilitas, cogno[ſci]bilitas autem non poteſt explicari ſine [or]dine ad potentiam : *tum quia* poſſe ter[m]inare actum ſub conditione ſi daretur, [eſ]t quidem intrinſecum ſubiecto, at verò [p]oſſe terminare actum ; qui dabilis eſt, [eſ]t denominatio extrinſeca ab actu. *Ratio* [3t]ij quia res vltimatè per negationem di[ſt]inguuntur.

Quartò. Falſitas eſt defectus coformi[ta]tis, vel ad ſua principia vel ad intellectũ.

(290) §. VI. De Bono & Malo.

I. *Aduerte* Bonum multipliciter ac[ci]pi. *Primò* aliud eſt bonum *naturale*, [q]uod tranſcendentaliter cuilibet rei con[u]enit in genere naturæ. aliud *morale* quod

con-

conuenit actibus humanis in genere moris. *Secundò* aliud est *bonum in se seu* perfectū, cui nihil deest ad suum esse vel essentiale, vel accidentale, vel integrale aliud est *bonum alteri* seu conueniens alteri, & quidem si sit conueniens ad appetitum rationalem, erit bonum *honestum*; si ad sensibilem appetitum conueniat, erit bonum *iucundum*; si autem habeat conuenientiam cum fine intento, erit bonum *vtile*.

II. Bonitas quæ est passio entis, est ipsa entis perfectio essentialis, seu ipsum ens, prout est radix, ex qua fluit appetibilitas conuenientiaq; *Ratio* quia hic conceptus procedit per prima, conuenitquè omni, soli, & semper: huic porrò radici non est proprium nomen. *Præterea* quia sic ratio bonitatis formaliter distinguitur à vero & ab ente. *A vero* quidem, *quia verum est*, quod habet talia prædicata qualia exiguntur; *bonū autem* est quod habet horum prædicatorum congeriem & conuenientiam cum essentia. *Ab ente* autem, quia ens formaliter est ipsum esse. *Præterea* bonum sic explicatum est consecutiuum ad rationem entis & veri.

III.

III. Malum explicari solet proportionaliter ad rationem & diuisionem Boni.

(291) §. VII. *De speciebus Entis extrapraedicamentalibus.*

I. Ens aliud est *potentiâ*, aliud *actu esse potentiâ* significat *vel* potentiam actiuam & passiuam, *vel* potentiam & *subiectiuam seu* susceptiuam formarum, & *Logicam seu* rerum possibilium, & *obiectiuam* seu rerum possibilium vt producibilium. *Ens autem in actu* accipitur opposite ad ens in potentia; adeoque actus, est aut forma, aut id, quod existit, aut actio & passio, actus primus & secundus &c.

II. Ens aliud est necessarium, aliud contingens; *necessarium est*, cuius principium non est in nobis, *contingens* autem est, cuius principium est in nobis. *Item* necessarium & contingens, aliud est *complexum* quod pertinet ad propositiones necessarias & contingentes; aliud *incomplexum* quod est necessitas alicuius simplicis entitatis seu naturae. *Necessitas incomplexa* alia est *simpliciter* vt in Deo, alia *secundum quid* vt in materia prima, quae

etsi ab intrinseco & extrinseco naturali non sit corruptibilis & defectibilis, per absolutam tamen potentiam deficere potest. Necessarium item aliud est *ex suppositione antecedente*, quod antequam existat, habet necessitatem in suis causis ad existendum, vt lux in sole: aliud ex suppositione consequente, cuius necessitas oritur ex suppositione suimetipsius: sic ambulatio Petri crastina est necessaria ex suppositione, quod ambulabit.

De necessario complexo, *seu* de propositionibus æternæ veritatis hæc obserua. 1*mo* Propositio æternæ veritatis nemine cogitante, neque est vera, nec falsa; quia nemine cogitante nulla est propositio. 2*do* Propositio æternæ veritatis absoluit à tempore, non quidem etiam possibili & imaginario, quia aliàs non esset propositio. vtpote non verificabilis vllo tempore: sed à tempore determinato, quia scilicet non pro vno, sed pro omni determinato tempore est verificabilis: *Item* absoluit à tempore, hoc est, habet suam veritatem, & ingerit sui notitiam, & si ipsi auferatur particula *est*: nam esto in his propositio-

nibus

nibus [Petrus est , Petrus est sedens] si tollas *est* , tollis rei notitiam : attamen si ex hac propositione [homo est animal rationale] tollas particulam *est*, hæc propositio non decidet à sua euidentia. 3*tio* Propositiones æternæ veritatis sunt absolutæ, nō hypotheticæ : *est contra Suarium Ratio tum quia* si istius propositionis (homo est animal rationale) esset iste sensus [homo si existet , existet rationalis] tunc impossibili omni existentia falsum est dicere (homo si existet , existet rationalis :) Atqui implicante omni existentia , adhuc verum esset dicere [homo est animal rationale.] ergo : *tum quia* possibilitas non satis rectè explicatur per conditionatam existentiam : ergo nec propositiones æternæ veritatis : *tum quia* Scientia simplicis intelligentiæ in DEO, esset scientia conditionata. 4*to* Huius propositionis [homo est animal rationale] sensus est iste (homo identificat sibi animalitatem & rationalitatem) 5*tò* Verificatiuū propositionum æternæ veritatis , non est diuina essentia *seu* omnipotentia , ita Młodzianowski, cum antiquioribus contra Perez & Ezparsam. *Ratio*

tio

2do 1ma quia verificatiuum huius propositionis (ego existo actu) non est existentia Dei vel Deitas: ergo & verificatiuum huius propositionis (quidquid existit, est actu) non est Deitas. *Conf. prob:* Inter possibilem & actualem existentiam, non est distinctio realis, nisi ratione statuum: *Ratio 2da* si propositionum æternæ veritatis verificatiuum esset Deitas, ideo esset, quia verificatio est de ente, essentiæ autem ab æterno sunt nihil: sed hæc ratio non conuincit, quia essentiæ rerum ab æterno, etsi sint nihil physicè non sunt tamen nihil metaphysicè: ergo &c. *6to* Verificatiuum ergo propositionis æternæ affirmatiuæ, est connexio, *seu* identitas prædicati cum subiecto, in negatiuis autem est alietas prædicati à subiecto. *7mo* consequenter dicendum, quòd diuinarum notitiarum seu cognitionum, *seu* assensuum, dissensuumque, *item* volitionum *seu* amoris motiuum, non est sola essentia diuina. *Ratio tum quia* quæsitus DEVS cur sol sit pulcher, non respondebit, ideo tantùm esse pulchrum, quia ipse DEVS pulcher est; *tum quia* principium à Quo motiuũ, & elicitum debet distingui.

(293) III. Ens aliud est idem, aliud diuersum. *Idem* dupliciter sumitur, vt notat Suarius disp. 7. met. sect. 3. n. 2. 1*mo formaliter seu relatiuè*, quatenus connotat respectum ad aliud, cum quo est idem, vel saltem ad seipsum diuersâ aut eadem ratione connotatum; quidquid enim dicitur idem, dicitur cum alio idem. Sic rationale in homine est idem cum risibili; extrema conclusionis sunt idem cum medio, id est habent identitatem inter se. Sic etiam Petrus hodie est idem secum, *seu* cum eo, qui fuit heri, quia nempe æquè hodie ac heri est admiratiuus; locutiuus, ambulatiuus, &c. 2*do negatiuè*, quatenus dicit negationem diuisionis in se & ab alio, quasi diceretur, idem, id est non diuisum in se, nec diuisum ab alio, cum quo est idem. *Diuersum est*, quod nullam habet conuenientiam, seu similitudinem vniuocam in prædicatis essentialibus. Sic imago Dei & Diaboli sunt diuersa, sic nigrum & album &c.

(294) IV. Ens aliud est essens, aliud existens: *Essentia* est radix existendi, vel est ipsum ens, prout radix primò & for-

maliter essendi, quæ ratio essendi sit radix deinde existendi. *Existentia* est essentiæ esse actuale, *seu* esse extra causas.

Solet hic quæri 1*mo* An esse essentiarũ sit ab æterno. Cui quæstioni satisfit his propositionibus. 1*mo* esse obiectiuum & intentionale habent res in mente Dei omnia comprehendente. Vnde Arist. 7. met. tex. 33. speciem intentionalem domûs, domum sine materia appellat: & 3. de Anima tex: 14 & 15. intellectum propter speciem intelligibilem intelligibilia vocat. 2*do* esse actuale res habent in causis, scilicet in omnipotentia Dei, à qua produci possunt, nullum autem habent esse actuale extra omnipotentiam Dei, vt contra Viclefum decidit Ecclesia, quia status existentialis est esse productum, nibil autem ab æterno est productum. 3*tio* essentiæ habent esse fundamdntale distinctũ ab esse obiectiuo in mente Dei, & ab esse in Omnipotentia. *Ratio tum quia* non ideo homo est animal rationale, quia Deus scit & potest illum producere animal rationale; sed è contra; *tum quia* dantur propositiones æternæ veritatis,

quæ

quæ non continentur in omnipotentia Dei, vt si dicas (lapis per impossibile si esset leo, sentiret.) 4*to* Hoc esse rerum in mente & omnipotentia Dei, est reale, quia non fictum, attamen extra intentiones nō est realiter, sed tantùm fundamentaliter, sicut finis est causa realis, non causat tamen realiter; animal etiam in statu præcisionis est reale, quia est obiectum id, quod est à parte rei; & tamen prout præcisum non est realiter. Sicut ergo vniuersalia extra nostras intentiones, non dantur nisi fundamentaliter, ita & esse essentiarum ab æterno, extra scientiam & omnipotentiam Dei non est nisi fundamentaliter, id est, est id, quod habet nexum prædicatorum scibilem & producibilem. 5*to* *Dicendũ contra Scotistas*, quòd essentiæ rerum, non habent ab æterno esse diminutum, *seu* quoddam intelligibile, productũ ab intellectu diuino. *Ratio* 1*ma* Quidquid est in Deo, est DEVS, sed illæ creaturæ nō sunt DEVS, vtpote productæ: ergo. *Ratio* 2*da* Impossibilis est productio rei sine existentia physica, sed essentiæ non habent existentiam physicam: ergo.

 go.

go. *Ratio 3tia* Illa productio creaturarũ in esse intelligibilis, erat Deo libera, fides enim docet, omnia liberè à Deo creari, ergo fuit præcognitum : ergo præextitit. *Ratio 4ta* DEVS ab æterno cognoſcit non esse creaturarum actuale ; atqui tunc non producit illarũ esse intelligibile: ergo &c. *Ratio 5ta* Deus cognoſcendo ſuam essentiam non ſiſtit in illa, ſed producit intra ſe verbum ; producit id, quod eſt intrinſece Deus, & quod eſt diſtinctum à producente, ergo idem esset & ibi. *6to Dicendum* eſt contra multos Scotiſtas & contra Albertinum, non dari ab æterno ſtatum realem essentiarum ſecundùm ſola essentialia prædicata priorẽ ſtatu existentiæ obiectiuæ in mente Dei, pro quo ſtatu reali illæ essentiæ nec ſint productæ, nec improductæ. *Ratio 1ma* Sequeretur quod essentia à parte rei, *& esset producta*, quia eſt identificata cum exiſtentia, quæ producitur, *& non esset producta*, quia præhaberet esse actuale. *Ratio 2da* Sequeretur creaturas non produci ex nihilo essentiæ, ſed vnumquoque produceretur ex potentia reali improducta receptiua exiſtentiæ,

con-

consequenter essentia non esset ens ab alio. *Ratio 3tia* essentia hominis spectata pro statu essentiæ non est DEVS: ergo est aliquid productũ, ergo actu habet existentiã.

DICES *1mo.* essentiæ rerum sunt ab æterno secundùm suum esse, distinguuntur à nihilo secundùm suum esse, secundùm suum esse in esse possibili amantur necessariò à DEO, ex quo amore dicitur Spiritus Sanctus spirari, ergo sunt aliquid, ergo sunt quid positiuum. *2do* si creaturæ essentia esset nihil in statu possibilitatis, sequeretur *1mo* eam nõ esse creabilem, quia nihil non potest creari. *2do* non posset collocari sub eadem specie, sub qua collocatur essentia actualis. *3tiò* nõ posset habere exemplar sui in mente diuina: ergo *3tio* natura in statu essentiæ est *prior* statu possibilitatis, & statu existentiæ obiectiuæ in mente Dei; *abstrahit* à prædicatis contradictorijs contingentibus, adeò vt hæ propositiones (essentia est actu ab æterno, essentia non est actu ab æterno) non sint contradictoriæ, quia esse vel nõ esse actu est contingens, ac proinde ab illo abstracta natura potest considerari, secundùm

sola

sola essentialia prædicata : ergo &c. R. 1mi D. A secundùm esse fundamentaliter & in omniscientiæ, omnipotentiàque Dei, C. A. secundùm esse status realis actualis, N. A. 2di D. A. Si creaturæ essentia esset nihil simpliciter, C. A. secundùm quid, N. A. 3tij D. A. est prior & abstrahit formaliter & per intellectum C. A. realiter N. A.

Solet hic quæri 2dò An essentia & existentia distinguuntur realiter? Negatiua verò cum Scotistis contra Thomistas placet. *Ratio 1ma* Essentia existentiæ non distinguitur realiter ab ipsa existentia, aliàs daretur processus in infinitum, sed si essentia Petri distingueretur realiter ab existentia Petri, etiam essentia existentiæ deberet distingui realiter ab ipsa existentia, ergo. *Min pr.* Quæcunq; ratio probat essentiam à parte rei positam non esse rationem formalem existendi, eadem probat etiam essentiam existentiæ non esse rationem formalem existendi; Sicut enim essentia Petri potest existere & non existere; ita etiam essentia existentiæ potest existere & non existere. *2da* Existentia

possi-

bilis non distinguitur realiter ab existentia actuali: Ergo & essentia possibilis nó distinguitur realiter ab essentia actuali seu ab existentia. *3tia* Nihil potest fieri ens per aliam entitatem: ergo nec existens per alienam existentiam. *A.pr.* Quidquid distinguitur ab alio, distinguitur tanquam ens ab ente, ergo distinguitur per suam entitatem, ergo constituitur per illam. *4ta* Actio productiua Petri non solam existentiam Petri attingit, aliàs enim essentia ita nunc esset ens actuale, sicut fuit olim, imò existeret tanquam quid condistinctum existentiæ; ergo essentia Petri fit in seipsa intrinsecè. *Confirmatur.* Humanitas Christi est magis nunc producta, quàm ab æterno. *5ta* Esse actu à parte rei, esse ens actu, & habere actuale esse essendi, est habere existentiam, sed essentia Petri prout condistincta ab existentia Petri, est actu à parte rei, ergo essentia Petri prout condistincta ab existentia Petri habet propriam existentiam.

Dices 1*mo* Arist. 2. Post. c. 2. ait " hominem & esse hominem aliud est & inferius, esse verò nullius est substantia ";

&

& 3. de Anima c. 4. ait. " aliud est magnitudo, aliud magnitudinis esse " Ergo. 2*do* existentia est separabilis ab essentia, est producibilis, est corruptibilis, est mutabilis, est prædicatum conueniens non necessario, sed contingenter & dependenter à causa efficiente, est negabilis de essentia, non eadem in Petro est hodie quæ fuit heri, essentia verò est eadem. Ergo 3*tio* Nihil est indifferens ad seipsum, nihil refertur ad seipsum: sed essentia est indifferens ad existentiam, & refertur ad illam: Ergo. 4*to* Essentia est potentia recipiens, participans actualitatem recipiendam, existentia autem est actùs & accidens receptum, participatum, ergo distinguuntur 5*to* Quod potest habere & nó habere aliquem actum, distinguitur realiter à tali actù, quia quod potest sedere & non sedere, non est actus sedendi: sed omnis creatura potest habere & non habere actum essendi: ergo ℞. 1*mi* *Exp. Ant.* aliud ratione obliqui C. A. ratione recti N. A. 2*di* D. A. existentia sumpta secundùm rectum N A. secundùm obliguum, C.A. 3*tij* Dist: Ma, indifferens & refer-

refertur physicè, C. *Ma.* secundùm modum concipiendi, N. *Ma.* 4*ti Dist. Ant.* est potentia metaphysica, & recipiens metaphysicè, & actus metaphysicus, C. A. physicus N. A. 5*ti Dist. Ma.* quod potest habere & non habere pro statu physico, C. *Ma.* potentionali & intentionali, N. *Ma.*

Dices *iterum* 1*mo* Posse esse & non esse, non est idem realiter cum esse actu: sed essentia est posse esse & non esse, existentia autem est esse actu: ergo. 2*do* Nemo dicitur habere id, quod est à se indistinctum, vt homo non nisi absurdè dicitur habere animal rationale: sed essentia dicitur habere existentiam: ergo. 3*tio* Nemo dicitur intelligere per hoc, quod sit intelligere, *seu* quod sit actus intelligendi, sed per hoc quod habet actum intelligendi, ergo etiam essentia non per hoc existit, quod sit esse, sed per hoc, quod habeat esse. ℞. 1*mi* D. *Ma.* non est idem secundùm rectum N. *Ma.* secundùm obliquum, C. *Ma.* 2*di* D. *Min.* essentia metaphysicè, C. Min. physicè N. Min. 3*tij* N. C. quia actus intelligendi

est forma physica, iam autem à forma physica non currit paritas ad formam metaphysicam.

(296) V. Ens aliud est possibile, aliud impossibile; *impossibile* est, quod implicat, *possibile* est, quod non implicat. Controuertunt hic duæ potissimum sententiæ, in quonam consistat rerum possibilitas. *1ma* dicit possibilitatem creaturarum nihil esse in se intrinsecè, sed solùm denominationem extrinsecam à Deo potente producere: adeoq; possibilitas Petri in recto est mera negatio Petri, pro formali dicens potentiam diuinam potentem producere Petrum. *Contra 1mo* Chimæra vel est possibilis ex se, vel impossibilis ex se; *si est possibilis ex se*, ergo DEVS non potest aliquid producere, quod est possibile: *si impossibilis ex se*; ergo possibilitas non stat in posse creari. *Contra 2do* In eo formaliter consistit possibilitas, quod potest pro vltima ratione reddi, cur aliquid possit vel non possit produci: sed; ergo. *Contra 3tio* In eo consistit possibilitas, quod potest produci; sed nihil, aut posse producere, non potest produci: ergo

Con-

Contra 4to Antichristus per seipsum intrinsecè non repugnat, ergo per seipsum intrinsecè est possibilis. *Contra 5to* Deus est possibilis, non enim est impossibilis: atqui Deus non potest produci: ergo. *Contra 6to* Possibilitas passiua non est denominatio ab omnipotentia Dei, quia alias DEVS seipsum amando, necessariò amaret & possibilitatem peccati. *Contra 7mo* Denominatio supponit denominabile. *2da* dicit Possibilitatem creaturarum actiuam esse DEVM, passiuam autem esse ipsam entitatem extituram, *seu* esse positiuum nexum prædicatorum essentialium, quem sequitur non repugnantia, seu non implicantia ad existendum. *Ratio 1ma* Impossibile est quid negatiuum: ergo possibile est quid positiuum. *Ratio 2da* Ideo homo est possibilis, quia dicit positiuum essentialium prædicatorum nexum; hircoceruus autem impossibilis, quia hunc non dicit, sed potius dicit disconnexionem prædicatorum: Ergo.

DICES *1mo* Ens possibile non est reale, non est æternum, non est necessarium, nō dicit perfectionem, quia hæc omnia soli

Deo conueniunt, non est idem quod actuale, nunquam potest existere vtpote negatio: ergo possibilitas non est ipsa entitas extitura. R. D. A possibile sumptum secundùm nexum prædicatorum essentialium, N. A. secundum statum existentiæ, C. A. *vel* non est reale, non habet perfectionem physicam C. A. metaphysicam N. A. DICES *2do* Esse effectũ est esse à causa; implicante causâ implicaret per locum intrinsecum omnis effectus, ergo. R. *D. A.* effectum, effectus secundùm prædicatorum nexum N. A. secundùm existentiam, C. A. DICES *3tio* Omne ens reale aut est DEVS, aut à DEO factum: sed possibilitas non est ens à se, est sub dominio Dei, ergo totam perfectionem accipit à DEO, ergo non distinguitur ab eo. R. *1mo N. supp. Maioris*, quia sicut possibilitas in suo conceptu non inuoluit esse substantiæ aut accidentis, ita etiam præscindit ab esse à se, & ab esse ab alio, præsertim quia possibile etiã DEO conuenit. R. *2do D. Mi.* non est ens à se, id est, non habet, nec habere potest sine Deo actualē statum existentiæ, *C. Min*: id

est

eſt ex ſe intrinſecè non dicit nexum prædicatorum eſſentialium, *N. Min*: DICES 4*to* DEVS habet adæquatam potentiā creandi ex nihilo, vt fides contra Ariſtotelem docet: ſed non haberet: ergo ℞. *D. A.* ex nihilo exiſtentiæ creaturarum C. A. ex nihilo nexus prædicatorum N. A. DICES 5*to* errabant Manichæi aſſignantes duo principia, vnum bonum, nempe DEVM, & aliud malum; errabant & Ethnici aſſignantes multos DEOS: ſed hæc ſententia etiam aſſignat plura principia: ergo. ℞. N. Min: quia poſſibilitas hæc nō eſt principium actiuum, ſolus enim DEVS eſt influxiuus; nec paſſiuum; quia non eſt materia prima; & præterea Dij à Diuina bonitate & neceſſitate magis diſtant, quàm poſſibilitas, quia non habent veram prædicatorum connexionem. DICES 6*tò* Poſſibilitas excludit omnem imperfectionem, odibilitatem, diſplicentiam, ſeu meritum ſeu capacitatem terminandi fugam: ergo eſt ſummum bonum: ergo DEVS. *Ant: prob:* Poſſibile eſt neceſſarium, ineuitabile, æternum: ergo ℞. *D. 2dum Ant:* æternum &c. phyſicè, ſeu ſecundùm a-

ctualem existentiæ statum, qualis est solus DEVS, N. A. metaphysicè, seu secundum prædicatorum nexum, C. A. DICES 7mò Potest DEVS efficaciter contemnere omnia à se distincta, & nolle vt sit aliquid à se distinctum : ergo. ℞. *D. A.* vt sit physicè C. A. metaphysicè N. A. DICES 8uo Potentia Dei est adæquata & perfectissima, ergo non indiget extrinseco. ℞. *D. C.* extrinseco vt completiuo virium suarum, C. C. vt termino N. C. DICES 9no Prima denominatio debet cadere super aliquid reale: sed non caderet : ergo ℞. 1mo *N. Min:* quia cadit super chimæram. ℞. 2do *D. Ma.* reale id est existens, *N. Ma:* id est nō fictum *C. Ma.* DICES 10mo Cognitio Dei est prima idea ; sed non esset : quia possibilitas saltem ratione præcederet cognitionem Dei ; ergo. ℞. *D. Ma:* idea intellectiua seu formalis *C. Ma,* obiectiua N. *Ma:* DEVM enim cognoscentem nulla præcedit cognitio ; ipsa autem Dei cognitio debet præsupponere id, quod debet cognoscere.

(297) VI. Ens aliud est positiuum, aliud negatiuum. *Positiuum* est esse rei, seu

quasi

quasi affirmatio rei; *negatiuum* est nō esse rei positiuæ, seu quasi negatio rei positiuæ. De his negationibus aliqua sunt decidenda.

Dicendum 1mo negatio *alia est intentionalis*, quæ est ipsa propositio negatiua, *alia obiectiua* seu obiectum, & de hac negatione hic agitur. Rursus negatio obiectiua sumi potest *vel actiuè pro eo*, quod formaliter remouet, & excludit rem positiuam; *vel passiuè pro eo*, quod remouetur, & tollitur, & excluditur. Præterea negatio obiectiua passiua est triplex; nempe *vel æterna & simpliciter necessaria* seu essentiæ, vt est negatio chimæræ: *vel æterna sed non simpliciter necessaria* rerum scilicet contingentium, seu negatio quoad existentiam tantùm, non autem quoad essentiam, vt solis & mundi alterius: *vel temporalis* quæ non datur ab æterno, sed incipit & desinit in tempore, vt nox, cæcitas, silentium.

Dicendum 2do Dantur negationes rerum nemine cogitante. *Ratio tum quia* omnis denominatio est ab aliqua forma, sed Antichristus habet modò denomina-

tionem non existentis seu exclusi, epulo autem habet denominationem mortui: ergo; *tum quia* omnis propositio vera debet habere obiectum verificatiuum sui: atqui vera est propositio hæc [Antichristus non existit;] *tum quia* quodlibet est aut non est, *tum quia* Ens diuiditur in positiuum & negatiuum.

Quod si dicas 1mo Quamuis ad verificandum propositionem affirmatiuam, requiritur, vt eius obiectum detur à parte rei; non requiritur tamen ad propositionem negatiuam, quia hæc intentionaliter recedit ab obiecto. *2do* Si nec DEVS, nec quidquam daretur à parte rei, tunc vera esset propositio hæc [res non existunt] atqui tunc non daretur negatio à parte rei, quia nullibi haberet subiectum. ℞. *1mi Nego 2dam partem Antecedentis*, quia propositio hæc [Antichristus non existit] ita directè negat suum obiectum existere, vt simul indirectè affirmet dari non existentiam sui obiecti; sicut hæc propositio [Petrus est albus] affirmat indirectè dari albedinem. ℞. *ad 2dum* Negatio spatij imaginarij non requirit subiectum, ergo

&

& illa negatio posset esse sine subiecto. Præterea dato vno absurdo, dantur plura, ergo dato absurdo, quòd DEVS non esset, negatio esset extra subiectum.

Dicendum 3tio Variè definitur & explicatur negatio. *1mo* Aureolus, Sotus, Monæus, negationem definit esse ipsam rem possibilem, quatenus connotat propositionem negatiuam veram. *Contra* quia etiamsi nemo formet propositionem negatiuam, adhuc tamen Antichristus non existit, aër noctu est tenebrosus, peccator caret gratiâ &c. *2da* Esparza, Perez, Sforcia, Iasquierdo, Maurus, Gieraldinus, quos sequitur & citat Morawski *Disp. 2. de principijs entis, quæst. 2.* § 6. Docent nullam dari negationem, quæ nō sit identificata enti positiuo. Et quidem *1mo* negationes æternas necessarias simpliciter identificant essentiæ Dei, quatenus non contentiuæ chimærarum, supponit enim hæc sententia possibilitatem rerum, esse denominationem extrinsecam ab omnipotentia Dei. 2. Negationes æternas contingentes, non distinguunt à decreto Dei libero, nolente res contingen-

tes,

tes, & non absolutè necessarias producere. Hoc punctum ex eadem suppositione procedit, ex qua præcedens. 3. Negationes temporales identificant enti positiuo, & quidem negationes actiuas seu exclusiuas identificant enti impedienti oppositum; vt negationem albedinis in coruo, dicunt nihil aliud esse, quàm ipsam nigredinem corui, negationes autem passiuas identificant enti positiuo excluso; sic non esse Antichristi, est ipse Antichristus non existens. 3tio Aliqui omnem negationem separant à subiecto, sed eam non omnes æquè explicant. *Tellez disp.* 23. *sect.* 6. dicit eã essa ens reale negatiuũ. *Ruuius* dicit eam esse ens reale non quidem positiuum, sed tale, quod præcisè fundet negatiuam propositionem, *vel* vt alij loquuntur tale, cui nullum aliud prædicatum conueniat, nisi hoc *Excludere suum oppositum.* Alij autem dicunt esse ens quoddam abusiuum & diminutum. *Suarez & Hurtadus* negat eam vocari nomine entis propriè. *Conimbricenses dicunt* eam esse ens rationis fundamentaliter ex eo, quòd præbeat fundamentum,

vt

vt eam concipiamus esse aliquid intrinsecum vel formæ negatæ, vel subiecto in quo forma negatur. 4to Alij distinguunt positis assertionibus tribus sic.

Assertio 1ma Dantur negationes exclusiuæ entium, quæ identificantur enti excludenti. *Ratio tū quia* homo dicit seipso negationem Leonis: *tum quia* si hæc negatio esset realiter distincta, tunc posset separari ab homine, adeoque de homine tunc non posset negari leo, sed potiùs deberet affirmari.

Assertio 2da Dantur negationes exclusæ entium positiuorum, quæ non distinguuntur ab ipsis positiuis entibus negatis. *Ratio* quia negatio est positiui deiectio ad non positiuum, reductio esse ad non esse: atqui seipso Antichristus non est; ergo.

Assertio 3tia Dantur præterea negationes exclusiuæ entium positiuorum, distinctæ ab omni ente positiuo, non quidem ab eo quod negant, sed ab eo cui in existunt, adeoque non dantur negationes identificatæ aut essentiæ Diuinæ, aut decreto Dei libero. *Ratio 1ma* Impossibile est idem esse sui & non esse sui. *2da* non

est

est falsum illud principium diuisiuum: Quodlibet est aut non est: Ergo. *3tia* Ab æterno falsa erat obiectiuè propositio hæc (Lux est) ergo vera hæc (lux non est) & quidem vera non tantùm de non luce actiua, seu de non producente, sed vera etiam de luce passiua. *4ta* Dantur vera contradictoria: atqui positiuum non opponitur contradictoriè positiuo: ergo opponitur negatiuo. *Aliter* sicut propositio affirmatiua opponitur propositioni negatiuæ, ita & obiecta illarum opponuntur inter se iuxta illud Philosophi cap. de oppositis, "vt affirmatio *sedet* negationi: *non sedet* opponitur, sic & res, quæ sub vtrumque cadunt, sedere in quam & nō sedere" ergo. *Respondet Morawski* obiecta verificatiua propositionum debere esse opposita, adeoque propositionis affirmantis existentiam rei obiectum est existentia rei; propositionis autem negantis existentiam rei, obiectum est negatio exclusiua rei, at verò obiectum terminatiuum propositionum contradictoriarum debet esse vnicum, à quo propositio negatiua recedat, & cui propositio affirmatiua

matiua

matiua accedat. *Contra* quia illa propositio verificatiua propositionis contradictoriæ, non potest esse quid positiuum, ergo est negatiuum distinctum ab ente positiuo negato. *5ta* Si negatio esset tantùm ens positiuum incompossibile cum re negata, nulla esset saltem ex parte obiecti differentia inter terminos contrarios & contradictorios, adeoq; [album & nigrū] idem significaret; quod significat [album & non album. *6ta* Distinctus est conceptus rei & non rei. *7ma Aristoteles* 1. *Priorum cap. vlt. ait.* ex termino negatiuo non potest inferri infinitans, potest tamen è Conuerso: atqui si negatio esset quid positiuum hæc Philosophi doctrina esset falsa: Ergo. *8ua* Nullum contradictorium potest identificari suo contradictorio: Ergo.

Dices *1mo* Non datur vllum necessarium, quod sit extra Devm; non datur aliquid, quod Devs necessario ponit extra se, siquidem extra se omnia libere facit, adeoque errauit Aristoteles docens Devm necessitatum fuisse ad ponendū mundum ab æterno; *quidquid* datur ponit aliquam

perfectionem, & conducit ad pulchritudinem vniuersi: atqui negationes necessariæ simpliciter, *seu* negationes impossibilium ponentur necessariò, negationes etiam contingentes necessariò ponerentur à DEO, eo ipso, quia rem contingentem nollet producere; negatio non est pulchritudo: ergo. *2da* Daretur actu infinitum Categorematicum: ergo. *3tio* Negationum præsertim in tempore contingentium non datur vllum principium. *4to* Obiectum propositionum contradictoriarum terminatiuum est vnum, atqui non esset vnum: ergo. *Mi. prob.* Negatio non esset idem cum positiuo: ergo. *5to* Sequeretur dari negationem negationis, vt non esse cæcitatum, non esse tenebrarum: ergo. ℞. *1mi Dist. Ma.* non datur vllum, non datur aliquid, quidquid datur, positiuum *C. Ma.* negatiuum *N. Ma* Præterea etiam negatio sicut suo modo est ens, ita suo modo est pulchritudo. ℞. *2do Nego supp. Min.* negationes enim non ponuntur, siquidem non est in eas influxus. *2di vel Dist. Ant.* Daretur infinitum negatiuum, quod idem est, ac

non

non daretur, C. A. positiuum N. A. vel N. A quia tales sunt negationes, quale ens negant, sed ens quod negatur est infinitum Syncategorematicè: ergo. *3tij vel N. A.* qui idem est principium negationis, quod fuit productiuum formæ; *vel* D. A. principium defectiuè agens, N. A. perfectiuè agens, C. A. *4ti Disp. probationem Minoris.* negatio secùndum rectum cui infundatur, N. A. secundùm obliquum, C. A. Præterea propositio negatiua non negat negationem, sed negat positiuitatem entis, ac proinde idem habet obiectum. *5ti vel T. A.* quia datur affirmatio affirmationis, ergo & negatio negationis, *vel N. A.* quia duæ negationes faciunt vnam affirmatiuam.

(298) §. VIII. De speciebus Entis prædicamentalibus.

Species prædicamentales entis sunt decem prædicamenta, quæ in Logica & Physica satis sunt explicata hic de substantia spirituali aliquid addendum.

I. De Angelis quæri solet, quæ sit eorum natura, an dentur, quomodo inter

ſe differant; an diuerſum à noſtrate intellectum habeant, an ſint diſcurſiui, an indigent ſpeciebus impreſſis, qualis eorum volitio, locutio, motus &c. Sed de his communiter agitur in Theologia Scholaſtica.

[299] II. Agitur hic de DEO; & quidem DEVM poni in prædicamento ſubſtantiæ dictum eſt in Logica. Iam verò Dei demonſtrabilitas, eſſentia infinitas, immenſitas, æternitas, immutabilitas & alia attributa paſſim Theologia explicantur; & nos dari DEVM primum Motorem dicebamus cum Ariſtotele in Phyſica, in qua etiam aliquas alias perfectiones Dei explicuimus, præcipuè de cauſatiuitate & independentia, & connexione cum creaturis tantùm ſecundùm dici, pro quo vt hic vberiùs addantur rationes.

Dicendum Omnipotentia DEI dicit quidem ad creaturas relationem tranſcendentalem ſecundum dici ſeu ſecundùm explicari; non dicit tamen relationem tranſcendentalem ſecundùm eſſe, talem ſcilicet, vt implicante creatura deberet implicare DEVS. *Ratio ima* Actualitas

Omni-

Omnipotentiæ Diuinæ ante mundi constitutionem non dependebat ab actualitate mundi: ergo & possibilitas omnipotiæ diuinæ non dependebat à possibilitate mundi. 2*da* Independere ab aliquo etiam vt à termino est maior perfectio, quàm dependere: Sic maior est perfectio materiæ, quæ non dependat à forma; & obiecti quod non dependet à speciebus; & per se stantis, quàm inhærentis. *Item* esto materia in animam rationalem nō influat, tamen adhuc perfectior est anima rationalis, quæ minus dependet à materia, quàm alia anima etiam creata, quæ dependeret saltem in conseruari: ergo & DEVS si non dependeat ab alio tanquam à termino, erit perfectior. 3*tia* Pendere ab alio tanquam à causa est imperfectio *vel ex eo*, quia cessante causa cessaret in Deo aliquod prædicatum, quod accipiendum esset à causa; atqui etiam deficiente alio vt termino cessaret in DEO scientia, volitio, Omnipotentia &c. *vel ex eo* quia influente causa etiamsi increatâ aliquâ aliâ, iam hic DEVS & esset DEVS vt supponitur, & non esset DEVS,

 quia

quia non esset à se: atqui si etiam tanquã à termino dependeret, & *esset Deus*, quia nullius egeret, & *non esset Deus*, quia ad sui conseruationem egeret termino: ergo. *4ta* Quando subtrahitur concursus igni in fornace Babilonica, aut aliquod requisitum, tunc ignis ex se non desinit habere vim productiuam: Ergo etiam subtracto termino non desinet habere vim productiuam. *5ta* Primo essentialis conceptus potest suam possibilitatem habere independenter à secundo intentionali conceptu vt conceptus de entitate Patris potest haberi sine conceptu de Paternitate: atqui relatio transcendentalis iuxta communẽ, non est primo essentialis conceptus: ergo. *6ta* Potest desinere respectiuum prædicamentale, etsi sit identificatum absoluto, & tamen non desinet absolutum: ergo etiam potest desinere respectiuum transcendentale; *vel certè* non desinet, quia erit ad terminum producibilem sub conditione, si scilicet ille terminus non implicet. *7ma* Materia prima non tantùm propriam habet existentiam, sed iuxta aliquos non dependet à forma naturaliter

etiam

etiam à posteriori inexistere: sed materia est causa formæ, & forma est effectus materiæ, ergo causa ab effectu non dependet non tantùm essentialiter, sed nec naturaliter quidem. 8*ua* Si dum constituor in tenebris, annihiletur liber, nihil tunc annihilabitur in oculo meo: *tum quia* non assignatur causa annihilationis; *tum quia* vel diuisibiliter deberet annihilari, vel indiuisibiliter; *non indiuisibiliter*; quia mea anima, ac proinde potentia visiua est indiuisibilis, *non indiuisibiliter* seu non tota simul, quia ex eo, quòd huius libri videndi non essem capax non sequitur quòd non essem capax videndorum aliorum obiectorum, sicut ex eo, quòd cygnus non sit capax nigredinis, non sequitur, quòd non sit capax albedinis. DICES FORS, causam non ab vnius effectûs possibilitate pendere, sed à collectione eorum vel sub disiunctione: Ergo iam omnipotentia Dei æquè se habet, siue implicet hircoceruus, siue non implicet, modo aliæ creaturæ non implicent: Ergo Omnipotentia Dei dicet nunc respectum ad hircoceruum, quòd sit hircocerui productiua,

na, si hircocernus non implicet. DICES Quod est productiuum effectûs ex se, debet illum continere in se, sed impossibilitatis creaturis, DEVS creaturas non contineret in se, ergo impossibilitatis creaturis, DEVS non esset creaturarum productiuus ex se: Ergo implicantibus creaturis Dei omnipotentia implicaret; Ergo DEI Omnipotentia in suo esse dependet à creaturis saltem vt à termino. ℞. *D. Ma.* debet continere in se ex se, *C. Ma,* in se ex ratione creaturarum, *N. Ma. Sic Dist. Minorem.* vide & Physicam.

(300) §. IX. De Subsistentia.

I. Aristoteles & si iuxta multos non agnouit subsistentiam, saltem tamen dedit fundamentũ disputandi 1. post. tex: 9. & 1 de anima tex. 64. & 5 met. tex. 16. Christianis autem Philosophis & Theologis notitia subsistentiæ est eruta ex mysterio SS. Trinitatis & Incarnationis. Credimus enim in Deo dari tres subsistentias, & vnam naturam; in Christo autem dùas naturas, & vnam subsistentiam, eamq; solam diuinam; ex quo infertur dari in homi-

homine vltra naturam humanam, quæ tota fuit in Christo, aliquid aliud, quod sit subsistentia, quâ caruit Humanitas Christi, & cuius loco habuit subsistentiam diuinam. Ex homine autem philosophamur ad omnes alias subsistentias creatas. vnde communior sententia est, quæ docet subsistentiam naturaliter non potuisse demonstrari.

Copiosius porro disputandi de subsistentia dederunt occasionem Theologis quædam controuersiæ in Ecclesia. & quidem 1*mo* erant aliquæ ab hæreticis. 1*ma* fuit excitata ab Arrianis, qui in Christo negabant personā diuinam. 2*da* à Sabellianis negantibus distinctionem personarum in Trinitate 3*tia* A Patropassianis, qui dicebant æquè Patrem ac Filium esse passum. 4*ta* A Nestorio, qui in Christo præter personam diuinam etiam creatam personam dicebat. 5*ta* Ab Eutichete vnam tantum naturam agnoscente in Christo. 2*do* Aliquæ Controuersiæ erant Suscitatæ intra terminos fidei cotholicæ an scilicet idem sit vsia & Hypostasis; Multi enim ex Sanctis Patribus Latinis & Græcis non aude-

debant affirmare tres esse Hypostases in Deo, imò vnam dicebant esse Hypostasim, quia per hypostasim significabant Substantiam, ê contra multa Concilia dicebant in Deo esse tres Hypostases; Tandem verò per receptam consuetudinē definitum est, vt vsia significaret substantiā Hypostasis subsistentiam.

(301) II. *Subsistentia* â supposito & personâ differt sicut genus ab inferioribꝰ; Nam subsistentia conuenit omni indiuiduo completo, suppositum irrationalibus, persona rationalibus, imò subsistentia ab aliquibus accipitur pro persona, ab aliquibus tamen non accipitur, quia sunt aliqui, qui in Diuinis præter personam & subsistentiam relatiuam, admittunt subsistentiam absolutam essentiæ, ac proinde subsistentiam partialem. *Addo* Persona interdum accipitur pro concreto ex natura & subsistentia, interdum pro abstracto, seu pro sola subsistentia & personalitate.

Item multi docent Personam debere semper accipi in concreto, adeoq; dici debere, Persona Petrus nō Persona Petri.

(302) III. Definitio seu formalis effectus

ctus subsistentiæ 1mo *iuxta aliquos* est reddere naturam independentem ab alio tanquam â subiecto inhæsionis sustentante, adeoq; per se existentem, & incommunicabilem alteri. *Contra* 1mo quia ratio huius sententiæ est, quòd scilicet natura antequam terminetur subsistentiâ, est ex se indifferens vt dependeat vel non dependeat actu ab alio tanquam â subiecto: atqui hæc ratio non subsistit, *tum quia* Angelus in suo conceptu præcisè sine subsistentia est independens â suo subiecto *tum quia* natura per subsistentiam est potiùs dependens quàm independens, vnita enim supposito dependet & exercet dependentiam ab illo; *Contra* 2do subsistentia non habet rationem subiecti formaliter aut virtualiter, vtpote ipsa accidens: Ergo non posset tollere indifferentiam ab Angelo tanquam â subiecto inhæsionis aut sustentationis. *Contra* 3tio Materia prima præcisa omni subsistentia habet independentiam â subiecto, non habent autem formæ materiales 2do *iuxta alios* Effectus formalis subsistentiæ est vt reddat naturam sistentē in se & alteri incommuni-

cabi-

cabilem etiam Diuinitus seu (vt loquitur Lugo) dicit incommunicationem respectu illius, cui etiam Diuinitus nequit communicari. *Ratio huius sententiæ est 1ma* quia subsistere nihil est aliud, quam non progredi vltra. Ergo: *2da* Ideo humanitas Christi non habet propriam subsistentiam, quia non est in se, sed in Verbo Diuino. *Contra 1mo* quia *1mi D.A* nihil est aliud & ideo consecutiuè & secundario C.A. primariò N.A. negationes enim habent se consecutiuè ad positiua. *Contra 2do* quia amor quoque facit incomunicabilem odio, *Contra 3tio* quia natura eo ipso non est incommunicabilis quia est in Verbo Diuino. *Contra 4to* quia non explicatur quid sit subsistere in se. *Contra 5to* quia natura Diuina terminata subsistentiâ Patris, est adhuc capax terminari subsistentiâ Filij: Ergo & creata erit capax; *Respondet* est capax intra se, non extra se. *Contra* quia vrgetur duplex paritas *3tia iuxta* aliquos subsistentiæ effectus formalis est vt per illlam natura reddatur potens operari, non quidem tanquam per principium & rationem operandi; sed

tan-

tanquam per conditionem requisitam ad operandum. 4to Communiter docetur Subsistentiæ munus esse reddere naturam per sè stantem per modum totius, vltimò terminatam, & vltimò completam in esse & operari, *seu* esse vltimum complementum naturæ, reddens naturam incommunicabilem vlterius *seu primarius formalis effectus* subsistentiæ est reddere naturã stantem per modum totius, quia effectus formalis primarius est ipsa forma siue metaphysica, siue physica, & eiusdem vnio ac subiectũ capax. *Primario secundarius effectus formalis* subsistentiæ est habere negationem partis, seu est negatio essendi in alio tanquam in toto quia effectus hic fluit primariò ab essentia. *Secundario secundarius effectus formalis* est vt non communicetur alteri cum subsistentia, quia hic secundario seu mediatè fluit ab essentia.

Quando autẽ dicitur subsistentia subsistere per se, non significatur quod non subsistat in alio, seu non posse esse distinctam à natura subsistentiã siquidem natura humana Christi; subsistit in alio, nempe in Verbo; sed significatur quod vltimo terminetur. Kkk

(303) IV. Subsistentia *iuxta aliquos* super naturam addit negationes duas, 1*mã* aptitudinalis dependentiæ ab alio seu aptitudinalis vnionis cum alio tanquam actu aut subiecto, quia scilicet natura sic completa non habet aptitudinem naturalem vt naturaliter vniatur alteri supposito. 2*dam* negationem dicit actualis dependentiæ & vnionis, quia scilicet natura defacto nec naturaliter, nec miraculosè vnitur alteri supposito: natura enim in quantum natura tantùm ad naturalia se extendit. His positis docent 1*mo aliqui* subsistentiã consistere in hac 2da negatione, quatenus natura coniuncta cum hac personalitate nõ potest alteri supposito communicari 2*do* *Aliqui dicunt* subsistentiam consistere in vtraq; hac negatione: adeoq; dicunt defectu posterioris nagationis in Christo nõ fuisse subsistentiam creatam, defectu autem prioris negationis animam separatam non esse personam.

Impugnatur hæc tota tertia sententia vniversaliter 1*mo* iuxta doctrinam Patrum & Conciliorum Verbum Diuinum assumpsit humanam naturam, non autem hominem

seu

ſeu perſonam creatam; atqui non dicitur non aſſumpſiſſe negationem: Ergo. *Reſpondent* Natura humana eo ipſo quod aſſumpta eſt à Verbo amiſit illam carentiam actualis coniunctionis. *Contra* quia ſequeretur quòd huius propoſitionis à SS. Patribus & Concilijs vſurpatæ [Verbum non aſſumpſit perſonam humanam] ſenſus eſſet hic [natura humana aſſumpta à Verbo non manſit per ſe exiſtens ſine vnione ad Verbum] atqui hæc æquiualentia eſt ridicula: Ergo. *Imp. 2do* illud eſt perſona quod Neſtorius dicebat aſſumptum à Verbo negabant autem Patres: ſed non negationem vnionis aſſumptam docebat Neſtorius, & relictam dixerunt Patres: Ergo. *Imp. 3tio* SS. PP. non arguebant Neſtoriũ contradictionis quando aſſerabat perſonam quoq; humanam aſſumptam fuiſſe: atqui in hac ſententia arguere potuiſſent: Ergo. *Imp. 4to* Natura humana amittit perſonalitatem propriam ex eo, quia vnitur Verbo: Ergo etiam Verbum deberet amittere perſonalitatem & non eſſe per ſe, quia vnitur humanitati. *Imp. 5to* Duo entia completa

Imò ens & non ens non faciunt vnum per se; sed Verbum cum natura humana facit vnum per se: Ergo natura humana non est completa. *Imp. 6to* Supposita creata sunt primæ substantiæ: Ergo non includunt in se negationem. *Imp. 7mo* Christus & Petrus nō differunt nihilo sed differunt Subsistentijs: Ergo. *Imp. 8uo* Scotus ex incommunicabilitate naturæ singularis probat singularitatem esse quid positiuum: Ergo si natura personata sit incommunicabilis personalitas est quid positiuum. *Impug. 9no* Persona Diuina non est quid negatiuum: Ergo & subsistentia creata. *Imp. 10mo* Patrem esse ingenitum non est quid negatiuum: Ergo & natura incommunicabilis non dicit primò aliquid negatiuum. *Imp. 11mo* Persona Verbi supplet personalitatem creatam ac defectum eius respectu humanitatis; Et vt SS. Patres loquuntur persona Verbi consumpsit personam humanā; sed non supplet nec consumpsit nihil seu negationem: Ergo. *Imp. 12mo* Sequeretur naturam humanam, acquisiuisse imperfectionem ab vnione hypostatica, siqui-

ſiquidem acquiſiuit dependentiam. *Imp.* 13*tio* Sequeretur quod natura humana prius ſaltem prioritate naturæ fuiſſet perſonata per propriam perſonam quam per diuinam, quòd eſt contra Theologos; quia natura fuiſſet producta prius prioritate naturæ quam vnita Verbo ac proinde pro priori naturæ habuit negationem & aptitudinalis communicationis naturaliter; & actualis communicationis etiam diuinitus. *Impug.* 14*to* Suppoſitum in eſſe tali per illud conſtituitur, à quo habet repugnantiam, vt faciat vnum per ſe cum alio ſuppoſito; ſed hoc habet ab aliquo poſitiuo non à negatiuo: ergo. *Ma pr.* Negatio quæ dicit repugnantiam ad aliquid fundatur in aliquo poſitiuo, cui affirmatio repugnat opoſita: ſic negatio albedinis in coruo fundatur in nigredine incompoſſibili cum albedine: Ergo &c. *Impug.* 15*to* Verbum Diuinum ſupplet id in quo refunderentur actiones humanitatis Chriſti ſi non fuiſſet aſſumpta: ſed id non eſt negatio quia negatio nullum habet influxum in actiones poſitiuas: Ergo. *Imp.* 16*to* Si ſuppoſitum eſſet aliquid ne-

gatiuum; sequeretur quod Deus nos nõ redemerit: quòd actiones non sint infiniti valoris, quòd non detur communicatio idiomatum; atqui hoc est absurdum: Ergo. *Ma. prob.* Si suppositum constituitur formaliter per negatiuum, non possent actiones refundi formaliter in suppositum: Ergo. *Imp.* 17*mo* Substantia quæ est omnino completa & terminata intra genus substantiæ, est suppositata: sed humanitas Christi est talis secundùm se secluso Verbo & vnione: Ergo. DICES *Positâ negatione* communicationis in substantia iam intelligitur substantia esse personata, non positâ negatione hac, substantia non intelligitur esse personata: Ergo. *item* Terminus Continui est negatio vlterioris extensionis: Ergo terminus substantiæ, est negatio vlterioris vnionis. ℞. 1*mi* D. A. 2*di* C. positâ negatione, negatio, posito eius fundamento C. A. & Con. non posito eius fundamento N. A. & Con.

(304) V. Subsistentia iuxta aliquos est quid positiuum à natura distinctum & quidem 1*mo* *iuxta quosdam* tanquam existen-

ſtentia. *Contra* quia exiſtentia eſt ipſa eſſentia ſeu natura à parte rei exiſtens. *2do iuxta quoſdam* vt aliquid præcedens exiſtentiã *Contra* quia non deciditur an ſubſiſtentia in natura fundetur tanquã paſſio metaphyſica vel tanquã aliquid phyſicũ: *tum quia* ſubſiſtentia ſupponit exiſtentiã: *tum quia* ſubſiſtentia non eſt pars, alias enim Verbum Diuinum eſſet pars aut forma. *3tio iuxta quoſdam* tanquam modus. *Contra* quia modus eſt actualis determinatio rei ad aliud; ſubſiſtentia verò non eſt talis, nam natura non determinatur per ſubſiſtentiam, vt ſit independens ab alio tanquam à ſubiecto, hoc enim præſtat creatio, neque determinatur, vt ſit independens ab agente creante, quia hoc quoq; præſtat creatio, neque ad exiſtendum per ſe & non in alio ſuppoſito, quia natura non eſt indifferens ad varia ſuppoſita, vel ſaltem hæc incommunicabilitas non eſt conceptus primus. *4to iuxta quoſdam* tanquam aliquid abſolutum, & quidem etiam tanquam accidens. *Contra* quia non ſunt multiplicanda entia ſine neceſſitate, *tum quia* ſequeretur naturam

humanam esse in statu violento, siquidem careret naturali perfectione, esto haberet terminum perfectionum: *tum quia* daretur aliqua entitas substantialis in hominibus, quæ non posset assumi à Deo, & quæ consequenter non esset curabilis à Deo: *tum quia* Christus Dominus careret aliquo complemento substantiali spectante ad naturam humanam, & quòd natura posset produci absque vlla suppositalitate: sed sequela est inconueniens; nam singularis natura Petri existens absq; personalitate, haberet ita omnes suas operationes, sicut habet intellectus & voluntas in statu separationis à corpore: ergo iam suppositalitas esset superflua: iam verò quòd aliqui dicant suppositalitatem deseruire ad terminandam naturam, aut ad faciendam incommunicabilem, non satisfaciunt: *tum quia* natura est seipsâ singularis: ergo terminata, nec communicabilis: *tum quia* nullum positiuum ponitur præcisè ad ponendam negationem in aliquo: *tum quia* subsistentia est completiua substantiæ, accidens autem non potest esse completiuum substantiæ: *tum*

quia

quia natura humana in Christo D. fuit indiuidua, & cum omnibus accidentibus sibi debitis, & tamen sine propria subsistentia.

VI. Iuxta quosdam subsistentia distinguitur à natura solâ ratione, seu per modum significandi, ita, vt quod natura significat in abstracto, hoc suppositum significet in concreto, adeoque natura & suppositum distinguuntur sicut entitas & ens, humanitas & homo. *Contra tum quia* natura humana in Christo sine personalitate humana, est absolutè simpliciterque & non tantùm quoad modum significandi: *tum quia* quæ sunt realiter idem, illorum quod competit vni, competit & alteri: atqui naturæ humanæ competit assumi à verbo, & personalitati humanæ non competit assumi à Verbo Diuino: ergo natura humana & personalitas humana non sunt idem realiter.

(305) VII. Iuxta quosdam subsistentia est substantia prima, seu ipsum indiuiduum, seu natura & essentia, prout dicit rationem totiùs & perfecti; vnde non debet dici (subsistentia Petri,) sed (subsisten-

ſtentia Petrus) *Ratio tum quia* ſubſiſtentia eſt ſubſtantia: ſed ſubſiſtentia non eſt ſubſtantia ſecunda: ergo *tum quia* ſubſtantia indiuidua eſt incommunicabilis alteri per modum partis, & iuxta aliquos eſt negatio vnionis ad perfectius: atqui hinc ſequitur quod ſubſiſtentia ſit prima ſubſtantia connotans rationem totius: ergo: *tum quia* ſubſiſtentia habet rationem totius, nam *totum eſt à quo nulla pars abeſt eorum, ex quibus totum natura dicitur*, ait Ariſt. 5. met atqui hoc eſt in ſubſiſtentia: ergo *Min. prob.* Partis imperfectiones ex Ariſt. varijs in locis ſunt hæ: 1. quòd perfectione & entitate ſit minor toto 2. quòd ad totum habet ſe vt materia ad formam 3. quòd ad totum habet ſe vt habitum ad habens; vnde pars non eſt ſua ſed totius 4. quòd partis non eſt agere, ſed totius: atqui hæc non conueniunt ſubſiſtentiæ: ergo *tum quia* multi è SS. PP. docent hypoſtaſim non eſſe partem, ſed totum; *tum quia* manus non dicitur ſubſiſtens, quia eſt pars: *tum quia* quæ finem ſuum obtinent, perfecta terminataque dicuntur: ergo.

Si

Si Dices 1mo Sequeretur in Diuinis tot esse substantias, quot sunt Personæ: ergo. 2do Natura Diuina prout condistincta à subsistentia non est Persona, & tamen est indiuidua; similiter humanitas Christi: ergo. 3tio Patres ordinariè explicant subsistentiam per naturam vnà cum accidentibus sumptam: ergo. 4to Sæpe mutatur ratio totius vt in nutritione non mutata persona: ergo. R. 1mi N. A. nam multiplicatis connotatis nõ multiplicatur rectum. 2di D. A. est indiuidua, id est, incommunicabilis N. A. non diuisibilis in aliam entitatem C. A. 3tij D. A. cum accidentibus, tanquam aliquo notiore C. A. tanquam aliquo quidditatiuo N. A. 4ti D. A. ratio totius, ita, vt ex incommunicata reddatur communicata, & ex ratione totius transeat ad rationem partis, N. A. aliâ mutatione C. A.

(306) VIII. *Potest dici* Subsistentiam esse naturam ipsam, seu primam substantiam completam substantialiter in esse & operari quæ connotat rationem totius, aut negationem coniunctionis aptitudinalis vel actualis cum alio extra se, aut

etiam

etiam negationem defectibilitatis à totalitate. *Ratio 1mi* vt in præcedenti sententia : *item quia* SS. PP. nunquam negârunt hanc propositionem [Persona est indiuidua, & completæ naturæ rationalis substantia cum proprietatibus) negant autem eam oppositi : *tum quia* SS. PP. docent quod hypostasis ad naturam habet se per modum particularis ad commune, & per modum speciei ad genus; quod oppositi negant : *tum quia* SS. PP. procedentes contra Nestorium, supponunt non posse assumi personam humanam cum natura : atqui posset; quia *nihil naturale*, inquit S. Maximus, *sicut & ipsa prorsus natura Auctori naturæ vnquam repugnat* : *tum quia* vna gutta solâ adiunctione ad aliam guttam amittit rationem totius : ergo. *Ratio 2di* quia duratio, vbi, & terminus continui connotat negationem : Ergo.

Obijcit 1mo Lugo 1mo Devs assumpsit naturam humanam, & non assumpsit personam humanam : ergo persona addit aliquid positiuum supra naturam. *2do* Inter duo entia in actu incompleta quoad

to-

totam suam entitatem positiuam, non potest intercedere vnio positiua substantialis: ergo vt inter verbum & humanam naturam intercedat vnio substantialis, debet esse incompletio: ergo debuit naturæ deesse aliquid substantiale. *3tio* Huius propositionis definitæ à Concilijs (Verbum non assumpsit personam humanam, sed naturam) sensus esset hic (natura humana assumpta à Verbo non mansit per se existens sine vnione ad Verbum;) sed hic sensus est ridiculus: ergo. *4to* Verbum vnitum humanitati nō admittit propriam personalitatem: ergo & natura humana ex eo præcisè, quòd vniatur verbo, non amittit propriam personalitatem, ac proinde amittit aliquid distinctum. ℞. *1mi & 2di D. C.* addit aliquid, debuit deesse aliquid entitatiuè distinctum N. C. ratione connotati distinctum C. C. *3tij N. Min.* quia non est ridiculus apud Lugonem sensus hic præfatæ propositionis [Verbum assumpsit solam naturam humanam, & non assumpsit entitatem superadditam naturæ] ergo nec ridiculus est sensus præfatus: *tum quia* asserere substan-

 tialem

tialem vnionem inter verbum & naturam, non est ridiculum; hoc enim SS. PP. intendebant contra Nestorium, qui inter Verbum & naturam, non physicam vnionem agnoscebat, sed tantùm moralem, vel secundùm operationem, vel secundùm æqualitatem honoris. 4*ti* N. C. quia debet manere id, quod vnitur; vnitur autem Persona Diuina & natura humana: *tum quia* pars, & minùs principale, dicitur haberi, & vnione perfici: verbum autem non est pars, & est magis principale.

Obijcit 2do Arriaga & Ouiedo. 1*mo* In natura humana Christi, non mansit subsistentia humana: ergo est separata. 2*do* Vox illa *totalitas* significat ex parte obiecti aliquid distinctum à materia & forma vnitis: atqui hoc distinctum est subsistentia. 3*tio* amissio denominationis est ab amissa aliqua forma vel quasi forma: sed accedente vnione verbi ad naturam humanam, amittitur denominatio totalitatis: ergo. 4*to* distingui secundùm connotata est esse fundamentum distinctionis: ergo distingui secundùm connotata, non est distingui realiter. 5*to* Relatio

latio & veritas est ad connotatum distinctum entitatiuè: ergo & suppositalitas. *6to* Dicere aliquid in recto & obliquo est opus intellectûs: ergo. *7mo* Quod distinguitur realiter, distinguitur vel vt res, vel vt modus: ergo. *8uo* quando aliqua sunt idem realiter, tunc illorum vnum si assumitur, assumitur & aliud: sed natura humana assumitur à verbo subsistentia non assumitur: ergo. ℞. *1mi* *D. C.* separatur separatione propriâ aut ratione recti N. C. ratione obliqui, aut separatione impropriâ, sicut separatur quis existens hodie à seipso existente heri C. C. *2di* *D. Ma.* totalitas sumpta secundùm rectũ & ratione subiecti N. Ma. secundùm obliquum & connotatum C. Ma. *3tij* *N. Ma.* quia gutta vna vnita alteri nullam formã amittit, & tamen amittit rationem totius amittitur ergo denominatio non tantùm per amissionem formæ veteris, verum & per accessionem nouæ. *4ti* *D. C.* realiter, id est, tanquam entitatem ab entitate C. C. id est, ratio connotati non importatur, nisi post opus intellectûs N. C. Sic relatio partis ad filiũ A & relatio eiusdem

 enti-

entitatis ad filium B non distinguuntur inter se realiter tanquam entitas & entitas, realiter tamen important connotationem termini. *5ti N. C.* quia relatio est ad aliud, & veritas est conformitas cum alio. *6ti N. C.* quia etsi dicere recti & obliqui est post opus intellectûs, obiectum tamen huius recti & obliqui est nemine cogitante. *7mi D. A.* quod distinguitur vt entitas & entitas C. A. vt subiectũ & connotatũ N. A. *8ui D. Mi.* subsistentia secundũ id, quod dicit in recto, aut natura extra circumstantias, in quibus dicit rationem totius & completi C. Min secus N. Min.

Obijcit 3tio Amicus & alij 1mo Sequeretur naturam humanam in Christo esse personam quoad entitatem, etsi non quoad esse formale: ergo. *A. prob.* Ablato termino manet relatio quoad entitatem: ergo. *2do* Persona Diuina supplet personam humanam: ergo. *3tio* Impossibile est corpus, quod sit sua figura: ergo. *4to* Implicat qualitas, quæ sibi identificet gradus intensionis: ergo. *5to* Implicat substantia operans actione à se indistinctâ: ergo. *6to* Persona increata distinguitur

à na-

à natura : ergo & persona creata. 7mo Implicat forma, quæ est eadem cum subiecto, non conferre illi effectum suum formalem : sed hoc non implicaret, si subsistentia esset idem cum natura : ergo. 8uo In hac sententia non bene saluatur, quomodo B. Virgo, genuerit Deum, quia pro priori naturæ debuit generari vnio materiæ cum forma, quàm cum Verbo Diuino : ergo. 9no Si Verbum vniretur soli animæ, & non vniretur corpori informato ab anima, eo casu anima haberet duplicem subsistentiam, esset enim tunc duplex subsistentia : ergo. ℞. 1mi *N*. 2. *A*. solùm enim manet id, quod dicebat pro subiecto, sic deficiente ratione totius deficit persona, quæ nata est pullulare ex natura & ex habere rationem totius. 2di *D*. *A*. suppletione propria, sicut Regem Pro-Rex N. A late sumptâ C. A. sic totalitas quam amisit gutta coniuncta alteri guttæ suppletur nouâ totalitate. 3tij *N*. *C*. quia corpus est substantia, quæ non habet sibi identificatam quantitatem, ac proinde nec figuram. 4ti *N*. *C*. quia intensionis definitio est additio graduum.

5ti vel N. A. quia anima producit verbum actione à se indistinctâ; *vel N. C.* quia non saluaretur transitus in contradictorium; *tum quia* substantia iam esset actus purus. *6ti D. A.* distinguitur à natura creata C. A. increata N. A. proinde hoc argumentum est pro nobis. Quia sicut persona diuina non est quid distinctum & superadditum naturæ diuinæ ita & persona creata. *7mi N. Mi.* natura enim tantùm in circumstantia totius est persona. *8ui N. A.* sufficit enim quod pro eodem reali temporis instanti genuit. *9ni N. A.* nam vt aliquid habeat rationē totius, nullâ sui parte debet alteri vniri.

Obijcit 4to Martinon cum alijs. 1mo. Verbum cum humanitate componit Christum, vt dicunt SS. PP. ergo verbum in Christo vnitur naturæ humanæ: ergo est pars: ergo non habet rationem totius, nec personæ; consequenter Persona Diuina non est in Christo. *2do* potest Verbum assumere non totam naturam humanam, vt in triduo mortis Christi soli separatim animæ, & soli separatim corpori vniebatur: atqui tunc vnitum illud ex

Anima

Anima & verbo Diuino esset persona: ergo extra circumstantiam totius potest haberi persona, ℞. 1*mi* *N.* 2. *C.* quia verbum est tantùm terminus, seu id, quod terminat, non autem id, quod terminatur. *vel D. Mi.* esset persona Deus, seu ipsum Verbum esset persona C. Mi. esset persona Christus N. Mi. non erat enim tunc homo: ergo nec Christus *vel* certè in illo triduo, Christi Corpus habuit rationem totius ob formam cadauereitatis: Anima quoq; ob nouum statum & nouum modum operandi, acquisiuit quoddam esse totius capax subsistentiæ.

Obijcies 5to Non potest explicari, quænam incōmunicabilitas connotatur: ergo ℞. *N. A.* Incommunicabilitas varia est 1*ma est in aliud & aliud*, sicut quæuis res singularis ita est vna, vt non possit plurificari in aliam & aliam in se. 2*da est alteri*, quòd aliquid non possit se alteri completo dare in partem, sed secum affert rationem totius: connotatur igitur prima incommunicabilitas tanquam effectus subsistentiæ partialis, posterior autem incommunicabilitas est subsistentiæ totalis.

IX. De subiecto subsistentiæ, seu de partialibus subsistentijs materiæ & formæ & partium integrantium, tria quæruntur 1. an materia & forma & quæuis pars integralis habeat propriam subsistentiam? 2. supposito quòd quæuis pars habeat propriam subsistentiam, an hæ subsistentiæ debent dici partiales? 3. supposito quòd dentur subsistentiæ partiales, an vniuntur ita inter se, vt constituant vnam totalem?

℞. *1mo* Suarez ad *3tium* quæsitum affirmatiuè. ℞. *2do* Possunt admitti subsistentiæ partiales partium essentialiũ & integralium [immò vix non & accidentium] quia hæc omnia sunt aliquomodo totum in se: in compositione tamen perdunt rationem totius nullo nouo accedente.

X. Quærenti *1mo* an subsistentia creata potest terminare aliam distinctam à se naturã creatã? ℞. *affirmant aliqui; negant ij*, qui subsistentiam non distinguunt à natura, quia vtraque natura amitteret rationem totius. *Quærenti 2do* an vna natura potest terminari pluribus subsistentijs proprijs, vel & propriâ & alienâ simul? ℞. *negant*, qui non distinguunt subsi-

sistentiam à natura quia non est intelligibile, quomodo idem haberet rationem totius pluries, & licet in Diuinis sint tres subsistentiæ, hoc tamen de creatis non vrget, quia subsistentiæ Diuinæ distinguuntur realiter virtualiter à natura adeoque sunt non mera formalitas. *Quærenti 3tio* an subsistentia creata, sine natura, & hæc sine illa potest conseruari? ℞. *affirmant* distinguentes subsistentiam à natura; *negant* oppositi.

XI. Supposito quod ex natura & subsistentia consurgat concretum, quidnam ex illis dicetur in recto, & quid in obliquo? ℞. *aliqui* vtrumque putant dici in recto; *aliqui* solam personalitatem sicut in concreto albus & iustus, in recto dicitur albedo & iustitia: aliqui naturam in recto vide num. 12.

(307) §. X. *Quid sit inhærentia accidentis.*

℞. *1mò* Poncius d. 13. n. 5, quòd sit in alio esse tanquam in subiecto inhæsionis, & facere cum eo vnum per accidens. *contra tum quia* explicandum restat, quid

sit

sit esse subiectum inhæsionis, & cur sit cõpositum per accidens. *tum quia* per Poncium d. 12. n. 9. non est primo essentialis conceptus substantiæ substare accidentibus; quia si per impossibile daretur ens finitum subsistens, adhuc hoc ens esset substantia, & si nulli substaret accidenti. ℞. 2do *Lugo* d. 12. de Incarn. s. 3. accidens est idem, quod ens in alio; esse autem ens in alio, est aduenire enti alicui constituto in suo esse completo: vnde forma materialis & vnio non est ens in alio, quia aduenit materiæ quæ nondum est aliud, aut hoc aliquid completum. Addit omnem formam indigere sustentaculo & fulcimento, sed hoc forma substantialis habet à se per emanationem: forma autem accidentalis sustentatur & fulcitur ab alio. *Contra tum quia* etiam forma substantialis potest diuinitus aduenire enti completo; *tum quia* multa accidentia aduenium materiæ nondum completæ: *tum quia* quæritur, cur in forma substantiali sit sustentari à se & hoc ly *à se* nõ sit in forma accidentali? ℞: 3*tiò* accidens

est,

eſt, quod poteſt abeſſe & ad eſſe ſine ſubiecti corruptione. *Contra tum quia* hæc definitio conuenit multis accidentibus Logocis nō phyſicis, vt eſſe habitum &c. *tum quia* etiam forma ſubſtantialis poteſt abeſſe ſine ſui ſubiecti corruptione. R: 410. Accidens eſt, quod poteſt abeſſe ſine corruptione compoſiti per ſe: *vel* accidens eſt, quid quid non per ſe ſtat.

IN.

INDEX RERVM ALPHABETICVS.

Quibus numeris præpunitur litera D quærendi in Dilectica addendisq; Dialecticæ.

An-

libera

Mmm 2 De.

Ens

Liber-

Ope-

Qua-

 Sci-

Vnio

FINIS.

ERRATA NOTABILIORA,

Quæ Correctorum bonorum absentiâ, ob pestis malum irrepserunt.

In Titulo, VIRCINI, *Lege* VIRGANI. *In Præfationis Columna* 1. *versu* 22. in ingenijs affine, *lege* ingenis in affine, *Colum:* 2. *versu* 6. Sieciechy, Xiążnic, *lege* Siecie-chow, Xiąż. *Ibidem versu* 10. meritis clarissima, *lege* meritis ac Regum connubio clarissima. *Ibidem versu* 25. Canoni Pułt. recti, *lege* Canonicum Płoceń, Pułtovień. quæsitâ & acquisitâ tum domi, tum in celebribus exterarum nationum Vrbibus, Academijsq; eruditione clarissimum, vitæ pacatæ ac se nôsse amantis studiosissimô, recti &c. *Columna* 3 *versu* 8. cum munes, *lege* communi. *versu* 26 tua, *lege* *sua*. *Columna* 6. *versu* 4. officia, animo, *lege* officia animo, &c. &c.

In Dialecticæ pluura a, 4 *columna*, 2*do versu vltimo* num: 45. *lege* num: 20. *b* 4. *col:* 1 *versu* 1. Fa *lege* Fap. *b* 2. *col.* 2. *versu vltimo*, ergo nullus est lapis, *lege* ergo nullus cygnus est lapis. *b* 3. *col:* 1. *ver:* 20 videre, *lege* inferre. *Ibid:* & *versu* 23. in so-

lius.

lius, *lege* vi solius. *b* 3. *col.* 2. *versu* 1. maior *lege* minor. *b* 5. *col.* 1. *versu* 10 & *alibi*, cathegoricus *lege* categoricus. *b* 6. *col.* 1. *versu* 1. tur: medio maius. *lege* tur medio; maius, *Ibidem versu* 7. præmissorũ, *lege* præmissarum. *Ibidem col.* 2, *versu* 10. Dabis *lege* Dabitis. *c* 1, *col.* 1. *versu* 24. sed Galenica. *lege* sed in Galenica. *c* 1. *col.* 2. *versu* 16. procedentur, *lege* procederetur. *c* 2. *col.* 2. *versu* 2. n. 17. *lege* n. 16 *Ibidem versu* 6. sub n. 20. *lege* supra. *Ibidem versu* 19. Camestrus, *lege* Camestres. *c* 3. *col.* 1. *versu* 1. n. 17. *lege* n. 16. *Ibidem versu* 6. albus, *lege* auis. *c* 4. *col.* 1. *versu vltimo* à n. 27. *lege* 19. *c* 5. *col.* 2. *versu* 19. n. 8. *lege* 9. *Ibidem versu* 20. figura *lege* figuræ. *d* 1. *col.* 1. *v.* 20. præsenti, *lege* perfecti. *d* 2. *col.* 2, *v.* 12. (34) dele, similiter qui sequuntur 35, 36, vsq; 43. *d* 3. *col:* 1. *versu* 6, & 12. modum *lege* medium. *e* 1. *col.* 1. *versu* 3. num: 34. *lege* sæpius. *e* 1. *col:* 2. *v.* 22. num: 10. *lege* 6, 8, 9. *e col:* 1. *versu penultimo* Ea *lege* Esp. *e* 6. *col:* 1, & 2. contradict, conct, aut dele, aut pone ex opposito propositionum. *f* 1. *col:* 1, *versu* 21. loco, iuxta, *legeuit*

gelo.

ge loco Minorem, iuxtá. *f* 3. *col:* 2. *v.* 2
num: 12, *lege* n. 8. *f* 4. *col:* 2. *v.* 18.(12
lege 21. *f* 5. *col:* 1. *versu* 2. neganta, *leg*
negata. *g* 1. *col:* 1. *versu* 14. & falsa, *leg*
vel falsa: *Ibid. versu* 20, sine *lege* fine. *Ibi*
dem v. 23. prædicat; *lege* prædicati. *g* 1
col: 2. *v.* 2. vel *lege* tale est: *Ibid. ver.* 18
Aristotelis, *lege* Aristoteles. *g* 4. *col* 1. *ve*
13. non pugnantia, *lege* repugnantia. *g*
col: 1. *ver.* 19. simplex, *lege* vel formal
simplex.

In Organi Aristotelis phylura (4) *Col.*
versu vltimo cum statum, *lege* eum, *Ibide*
col. 2. *versu* 10. prædicatur, *lege* prædica
tur. (*†* 4) *col* 2. *v.* 20. simpliciter; alit
esse *lege* simpliciter aliter esse; (*††* 1) *c*
2, *v.* 17. sunt proprietates, de subiect
& obiecto quæ demonstrantur, *le*
sunt proprietates, quæ de subiecto &
(*††* 3) *col:* 1. *versu* 13. in Ma. *lege* in
Ibidem col: 2. *v.* 18. scientis, *lege* scienti
A 3. *col.* 1. *v.* 7. vide n. 4. *lege* vid. n.
A 4. *col:* 1. *v.* 20. ait, *lege* agit. *B* 3. *c*
1. *v.* 10. § VII. *lege* § XII. *in C col:* 1.
8. diuer. *lege* diuerso. *in G.* 3. *col.* 1. *v.*
igne *lege* vno. *in L.* 6. *col.* 2. *v.* 20 er

&

t lege ergo est. in N. 1. col. 2. versu 15.
on potest esse lege, non potest non esse.
n.O 5. col: 1. versu 6. rectio lege ratio. In
. 1. col. 2. v. 23. an quibus l. an & à
uibusnam. in Q. 4. col. 1. v. esse in in-
ebitam l. esse indebitam. R. 3. col. 2.
. 21. aliquem l. aliquam. in Z. 1. col:
. v. 20. diuinis est l. diuinis non est. in
Z. 4. col. 2. v. 8. legationem l. negatio-
nis. Aa. 3. col. 2. v. 11. & l. est. Cc. 6.
col. 2. v. 13. non l. nam. Dd. 3. col. 2. v.
12. possesso. Ratio, l. possesso, sunt effe-
ctus finis. Ratio. Dd. 4. col. 2. v. 21.
agun, l. aguntur. Ee. 6. col. 2. v. 5. quia
ex l. quia si ex. Ff. 1. col. 1. v. 20. rei,
l. rei infinitae. Ff. 2. col. 1. post v. 14. ad-
de §. 1. De natura & proprietatibus quan-
titatis. Hh. 1. col. 2. v. 10. §. punct. l.
§. 2. punct. 3. Hh. 2. col. 2. v 12. cor-
poribus l. temporibus. Hh. 6. col. 1. v. 7.
non es- lege non est es- Kk 3. col. 2. v. 14.
tis illisq; , lege tis generationibus illisque.
Kk 6. columna 1. versu 4. & se, lege ex
se. Mm 1. col. 2. versu 8. & 9. calo-
rem, calor l. colorem color. Mm. 4. col.
2. v. 13. quantitatis l. eius. Mm. 5. col.

1. v. 23. octo *l.* octauus. *Qq.* 1. *col.* 1. *v.* 4. 222 *l.* 228. *Qq.* 2. *col.* 2. *v.* *vlt.* indiuidualibus *l.* indiuidualis. *Qq.* 3. *col.* 1. *v.* 1. æquales *l.* per æquales. *Qq.* 4. *col.* 2. *v.* 3. non *l.* vel *Qq.* 5. *col.* 1. *v.* 2. constent *l.* constet. *Rr.* 3. *col.* 2. *v.* 14. suipsius, potenti *l.* sui ipsius, excludit potenti. *Ss.* 3 *col.* 1. *v.* *vlt* quo *l.* quod. *Ibid.* *col.* 2. *v.* 12. non pro *l.* non per pro. *Ss.* 6. *col.* 2. *v.* 10. requisitionem *dele.* *Ibid.* *v.* 14 sita *l.* situ. *Tt.* 1. *col.* 1. *v.* 8. cognitione *l.* cognitio. *Tt.* 2. *col.* 1. *v.* 21. in illa *dele.* *Tt.* 6, *col.* 1. *v.* 19. & *l.* à *Ibid.* *col.* 2. *v.* 9. patientia *l.* potentia. *Ib.* *v.* 23. quamuis *l.* magis. *Vu* 1. *columna* 1*ma*, *versu* 9. tactus, *lege* tactûs *versu* 19. vnius, *lege* vnus.. *Vu* 5. *col:* 1 *versu* 22. sensibus, sed, *lege* sensibus, sed. *Vu* 6. *col:* 1. *versu* 6. N C *lege* N. Min *Xx* 6 *col:* 2. *versu* 4 *Affirmantium ratio*, ponendum à Capite. *Ibidem versu* 16, 8 cum diebus, *lege* 8, ait cum diebus. *Yy* 1. *col:* 1, *versu* 1. manifesto, *lege* manifestè. *Yy* 3. *col:* 1, *versu* 8, & 23 ex modo intelligendi per reflexionem in infinitum; ex modo volendi & appetendi per indifferentiam, *lege ex* mo-

modo intelligendi per &c. Yy 6. *col:* 2, *versu* 24. singularis, *lege* singulares. Ccc 3. *col.* 2. *versu* 9. singuluri, *lege* singulari. Ddd 3. *col:* 2. *versu* 12 non iuchoandus à Capite. *Ibidem versu* 17. *Ratio 2di*, & *versu* 2. *2da Sententia*, incipiendũ à Capite. Ddd 6. *col:* 1. *ver.* 5. lege *modus quidem intrinsecus*. *Ibidem* versu 8. lege *Intrinsecus*. Eee 1. *col.* 1, *versu* 7. docens, *lege* docet. Eee 2. &c. *1ma*, *2da negatio*, *3tia negatio*, *4ta negatio*, incipe à Capite. Eee 4. *col:* 2. *versu* 6. & quia Petrus non est, *lege* quia Petrus & non Petrus. Eee 5. *col:* 2. *versu* 8. preprietas, *lege* proprietas. Eee 6. *col:* 1. *versu* 12. possio, *lege* passio. Fff 2. *columna* 2. *versu* 16. sexto, *lege* VI. Fff 3. *col:* 1. *versu* 1. Septimo, *lege* VII. *Ibidem versu* 10 Octauo, *lege* VIII. *Ibidem versu* 18 Nono *lege* IX. Fff 3. *col:* 2 *versu* 8, secundo, *lege* secunda. Ggg *col:* 1. *versu* 5. esse, *lege* Esse. *Ibidem col:* 2. *versu* 25. & si, *lege* etsi. Ggg 5. *col:* 2. *versu* 10. Solet hic, *lege* 295. Solet hîc. *Ibidem versu* 20 essentiam à parte, *lege* essentiam Petri à parte. Hhh *col:* 1. *versu* 7. potentionali, *lege* potentiali. Hhh *col:* 1

ver-

versu 22. in existunt, *lege* inexistunt. *Iii* *col*: 2. *versu* 4. ponentur, *lege* poneretur. *Iii* 2. *col*: 2. *versu* 12. passimTheologia, *lege* passim in Theologia. *Kkk* 3. *col*: 2. *versu* 20. 2di, *lege* et. *Lll* 6. *col*: 2. *versu* 3. præpunitur, *lege* præponitur;